
BIBLIOTECA NAZIONALE
EMANUELE
8
9 H
39

R. P. FRANCISCI COSTERI E SOCIETATE IESV PRESBYTERI, THEOLOGI DOCTISSIMI,

CONCIONES

IN EVANGELIA A DOMINICA
Prima post Festum SS. Trinitatis vsque
ad Aduentum.

PARS I.

Nunc iterùm ex Belgico, melius quàm anteà per R. D. L. M. S. Theolog. Licent. in Latinum sermonem translatæ, & denuò in lucem editæ.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus Antonij Hierati, sub signo Gryphi.
ANNO M. DC. XIII.
Superiorum permissu, & cum grat. & Priuil. S. Cæs. Maiest.



ADMODVM REVERENDO ET

DOCTISS.mo PATRI FRANCISCO

Costero è Societate Iesu Presbytero, SS.Theolog.Doctori.



QVOD canis festinus cæcos pariat catulos, Adm.R P. etsi prouerbium taceret, clamaret tamen frequens experientia, quam in opere, vel arte sua, quilibet male discit. vnde enim, ne longius abeam, tām multa librorum monstra; nisi, vel ab Authoris, vel ab interpretis, vel à typothetarum præcipitatione? Au-

thori nonum annum Horatius præſcripſit, vt opus lucernam oleret,& vngues ſaperet: In interprete laboratior induſtria quæritur, quia aliena difficilius quã propria cõcipimus. In typothetis demum tanto ſæpe erroris occaſio maior,quantum feſtinationi ignorantia coniunctior. Ex tribus his, vnus ſi officio deſit,abortiunt pręla,non ſine aliorum horrore, nec ſine feſtinantium damno,qui ſimul & publico bono iniuriam, & ſuæ æſtimationis faciunt iacturam.

Dedit ante annos aliquot R. P. V. Belgis elaboratiſſimas conciones, quibus credo nõ nonum duntaxat, ſed plures etiam annos,R.P.V. inſudarat: (incredili-

lem enim Authoris ſui laborem, & diligentiam ſpirant) vt proinde ſufficienter eis à primo abortus periculo cautum fuerit; has dum ante annos quinque latinas multi optarent, quod infinita in eis eſſet ad omnem concionũ diuerſitatẽ materia, optabant ſimul, vt nihil vel P. V. vel opere ipſo, indignum cõmitteretur. ideoq́; honeſtus vir Antonius Hierat, qui publico bono laborem hunc optabat, interpretem quæſiuit, doctum ſimul, & pium; qui neque ſacris miſceret profana, neque tamen ſermonis inelegantia operi tam terſo ſcabritiem affricaret. ſuſcepit ille, & ad tempus pro facultate, quod ſuũ erat, præſtitit: donec detectę

errorum centuriæ, nouas rurſus moleſtias, nouoſque ſumptus typographo pepererunt. à quo cum deinde molem omnem in ſe R. P. Theodorus Petreius ſuſcepiſſet, partim noua tranſlatione, partim alterius caſtigatione, nõ ſine grauiſſimo aliquot menſiũ labore, & vigilijs opus totum conatus eſt emaculare. ſed, quam ſumus homines! habuit & labor hic licet elaboratus, quod diſpliceret. Tertius itaque politor iam à biennio acceſſit, à quo licet nitorem non exiguum liber ſenſerit, lucem tamen ob interſperſos etiam hic errores non vidit: vſq; dum & quarta eademque ſuprema manus accederet. neq; enim partim operis, partim ſui honoris,

ris, partim deniq; publicæ vtilitatis caussa, quicquam typographus intermisit, vt cultiori quàm ante ornatu liber prodiret. Nouã vero hanc translationem tibi R. P. offero; quæ etsi à nouenni cultura longius distet (interpreti autem nemo tantum tempus præscripsit) tanti tamen fuit negotij, vt si laborem quis æstimet, nihil omnino mirum videri debeat, si ab eo aliquis fructus. nam & res ipsa diligẽs studium merebatur, & publica non Cõcionatorum duntaxat, sed & auditorum vtilitas, digna erat, cuius intuitu, dies simul, & noctes, operi impenderentur. sentiet enim ex eo pius lector totidẽ pene animi stimulos, quot legit periodos. quia sic

videris ſtylum, ſimul & animũ, R.P. comparaſſe, vt humani cordis, quod Propheta *inſcrutabile* dixit, penetrato receſſu, prima peccatorum fundamenta conuelleres; virtutum initia, media, ſumma ſtabilires. quoties aculeata citatione hominem ad ſupremum diuini iudicij tribunal prouocas, & cõſcientiæ examẽ: ad quæ duo quiſquis paulo diligentior attẽdit, eũdem ſibi fructum ſentiet, quem ex nouiſſimorum meditatione Sapiens omnibus promiſit. Seditioni factioniq́; ciuium, quando etiam faces, & ſaxa volant, & arma miniſtrat furor, optimus Poëta optimum dixit remedium:

Si

Si pietate grauem, & meritis, tunc forte virum quem
Conspiciant.

ille enim, quia & verborum maiestate, & vitæ incōtaminatæ exemplo authoritatem meretur, alios sibi facile obediētes reddit. Et verò

Quanti motus humana rotant
Corda!

Quoties ex alto virtutum gradu homo deijcitur, quia, excusso rationis imperio, vires inferiores perduellionem factiose instituunt? Multi vident meliora, & probant, nec sequuntur tamen, quia neque ipsi se ducunt, neque alios, à quibus duci possint, inueniunt. Pauci quos Deus amauit,

qui ad iuſtitiam ſe ipſos ſimul & alios regunt; quia pauci in firmamento, tanquam ſtellę in perpetuas æternitates, lucebunt. & tamē ſine his quid eſt Eccleſia? nunquid quod ſine Legislatore, & viua lege, Reſp.? Poſſunt hi internas animi factiones, & rebellionem ſpiritualem feliciter compeſcere, vt decreſcentibus paulatim, quę rationem verberarant, procellis, homo iam ſibi, & rationi redditus diſcat odiſſe vitiū, quod amabat, & amare virtutē, quam oderat. Polemonem vna Xenocratis oratio temperantiā docuit. Multis Plato dum de animi diſſerit immortalitate, rerū caducarum, imo & vitæ tædium perſuaſit. & tamen homines erāt illi,

illi, & vanitatis amatores, sibi quærebant eandem, non alijs vtilitatem, Diuini vero verbi quãto maior vis, & quot encomia! *viuus est sermo Dei*, ait Apostolus, *& efficax, penetrabilior omni gladio* ancipiti: quia petras ferro impenetrabiles diuidit, & mõtium fundamenta subuertit. Hoc tu R. P. tanquam vnus ex sexaginta illis fortibus, qui lectulum Salomonis ambiunt, accinctus super fœmur, quicquid in hominibus animale est, & commune, occidis; vt, Domino per tua ministeria eos purificante, manducari possint, & in corpus Christi viuum aggenerari. Quia & verbo, dum licebat per ætatem, & scripto perennaturo, alijs ad pietatẽ dux

dux factus, in magnificentia & virtute vocis Domini, tanto sępe fragore intonas, vt *appareant* statim *fontes aquarum* vberrimi, quibus vitæ prioris maculas peccator abluat, & per confessionem *reuelentur* malitiæ *fundamenta, ab increpatione* & *inspiratione spiritus iræ Domini*: Dicam maiora? nihil meo encomio opus. Librum quisquis aperit, maiora reperiet: neq; si accedat vt debet, aperuisse pœnitebit, imo optabit accessisse citius. Testes sint illi, in quorum manibus, iam ab ipso editionis initio, liber tam familiaris, vt eum à se, vel se ab eo amoueri vix patiantur. Testes pene innumeri, quos aliquanta eius lectio, à vitijs

ad virtutem non solum transtulit, sed & in virtutis summo feliciter, ac fortiter locauit. Hæc vero quis in ista venerandæ ætatis canitie, tibi R. P. cogitatu, vel auditu neget iucunda? equidem ita ex me alios iudico: vt sicuti recte nos Apostolus dixit *spe esse beatos*, sic tanto sit quisque beatior, quanto spe fortior est, & vberior. Spem vero quis nescit meritis niti, & laboris præteriti iucunda recordatione? cuius si fructum videmus, accedit nescio quid suauitatis, & condimenti spiritalis. Vt proinde nihil faciam à debito alienum, si hanc laboris tui aliquantam partem, & futuræ mercedis semen

men, non alijs, ſed tibi ipſi, & in iſta quidem ætate, offero: vt præter eam quam dixi voluptatem, illa quoque accedat, quod in opere hoc te ipſum, tanquam in filio patrem, conſideres; & in manibus, ac ſinu tuo, paruus hic Coſterus ludat, tanto expreſſior tui imago, quia non corporis lineas, aut temperiem, ſed animi virtutes habet, & ideam. Erit voluptatis meæ pars, ſi tibi gratum te ſenſero, & laboris præteriti ſolatium, ſi placuiſſe videro. Quicquid enim à me in opere hoc tuo præſtitum, & alienæ vtilitatis, & tui honoris cauſſa libens perfeci. Vale, & accepto laborum tuorum ad

quod

quod festinas præmio, vacillantem me precibus iuua, quem in vacillanti tua ætate laboris adiutorem admisisti.

R. P. V. studiosissimus
L. M.

APPRO-

APPROBATIO CENSORIS.

HAS viginti quatuor Conciones à Dominica prima post Pentecosten vsque ad Aduentum, ego subsignatus relegi, illasque doctissimas esse, & ad vtilitatem multorum edi posse in lucem iudico, atque ad hæreses refellendas & confutandas non parum profuturas censeo. Datum Bruxellis 17. April. 1597.

Petrus Vinck SS. Theolog. Licent. Pastor S. Catharinæ, & Censor Ordinarius.

PRAE-



PRÆFATIO AD CHRISTIANVM LECTOREM.



OSTEAQVAM, beneuole Lector, id vnum Christianorum officium sit, omnia opera sua, omnemque vitam diuinæ voluntati cõformare necessarium inprimis est, vt in omnibus hanc diuinam voluntatem cognoscere elaboret, quæ certè ex nullo melius, quam ex Dei verbo cognosci potest, vti nemo hominis alterius voluntatem cognoscit melius, quam si eum loquentem audiat. Idcircò necesse est, vt in Dei verbo nos exerceamus, & vigilemus, quippè ex eo vniuersum bonum nostrum, omne solamen, omnisque salus nostra procedit. Hic modum impetrandi remissionem peccatorum discimus, hic benè beateque viuendi, hic Christianæ perfectionis consequendæ rationem, Deoque placendi in omnibus methodum docemur. Verbum Dei in tenebris huius mundi lux est, in laboriosa hac peregrinatione dux, consolator in omnibus tribulationibus, & certum in omni necessitate refugium. Hinc conducibile inprimis est, verbum Dei iugiter nobis proponere, id noctu & interdiu meditari, quemadmodum Deus ait ad Iosue, quippe filijs Israel sic ille ante mandauerat, inquiens: *Eruntq; verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. Et ligabis ea, quasi signum in manu tua, eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos, scribesq; ea* in li-

I.

Voluntas diuina ex eius verbo cognoscitur melius.

Vtilitas verbi Dei.

Iosue 1.8. Deut. 6.v.6. & seq.

2.Tim.3.17. *in limine & ostijs domus tuæ.* Nam (vti S. Paulus inquit) *omnis Scriptura diuinitùs inspirata, vtilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.* Heb.4.12. *Viuus enim est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ & Spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum* & *intentionum cordis*. Quisquis namque hominum in verbo Dei sese exercuerit, is ad bona opera impellitur, tanquam ab aliquo intrinsecus viuente igni: is seipsum discit cognoscere, discrimenque intelligere, quod est inter animam, cui sensualitas, seu inferior homo imperat, & Spiritum diuina gratia excitatum: item inter cogitationem, iudicium, aut consensum: facitque vt totos nos peruideamus, quò facilius omnes defectus nostros deponere, & in omnibus Deo deseruire summa cum puritate possimus. Non omnibus legendæ scripturæ. Sed aduertendum, non omnes homines idoneos Scripturis legendis esse, tum propter ignorantiam, quod neque legere aut scribere norint, tum propter alia negotia impedientia, tum denique propter periculum ingens errorum, in quos incidere possent, præsertim si pro suo beneplacito Scripturas, quas non intelligunt, interpretarentur, vti hoc tempore (proh dolor) multis eiusmodi fanaticis hominibus accidit, qui bono Scipturarum ad propriam damnationem abutuntur; non secus atque ardentibus febribus laborans, ardens pretiosumque vinum ad sui interitum bibit. Quare Ecclesia certas scripturarum partes, præsertim ad Christianorum instructionem facientes, secreuit, videlicet epistolas ac Euangelia, quæ totius anni decursu in Dominicis, festiuisque diebus, & quotidie in Quadragesima sub sacro Missæ officio legerentur, præcipiens spiritualibus Præpositis & Concionatoribus, ea populo proponere ac iterpretari, vt ille firmiter ea memoriæ commendet, & diuinis præceptionibus suam vitam contemperet.

II. Et quanquam nemo verbum Dei alio fine, aut sensu legère deberet, nisi vt Dei voluntatem in eo cognosceret, aut magis exardesceret in eis amore, quo paratior ad cultum ei exhibendum esset, nihilominus quinque distinctis modis Scripturam tractare possumus vtiliter, & totidem modis ea inutiliter

Quinque modis possumus scri-

tiliter abuti, legendo, docendo, concionando, audiendo, meditando seu cogitando. Hi quinque modi clariùs exponendi sunt, ne Dei verbum, quod ad salutem nostram nobis datum est, cum damno nostro tractemus.

pturam tractare vtiliter, & totidem modis ea abuti.

Primus modus est, Lectio.

Primum itaque legimus sacram Scripturam in diuersis linguis. Vetus Testamentum maxima ex parte in Heabrica lingua conscriptum est, nouum Græca. Vniuersa Biblia Latinè sunt reddita: vetusque translatio à S. Ecclesia acceptata est, & approbata. Hæ tres linguæ Latina, Greca, Hebraica, sunt in ligno Crucis, in titulo Domini, sanctissimo Christi sanguine consecratæ, diuinisque euulgandis mysterijs factæ communes. Latina in Occidente, in Oriente Græca, Hebraica in Syria: duæ priores pro gentibus, Latina scilicet & Græca; tertia pro Iudæorum populo, & illis, qui lingua eadem vtuntur, faciunt. Quare permissum semper fuit, non solum legere Scripturas in hisce linguis: sed etiam decantare in Ecclesijs. Aliarum linguarum vsus nullus vnquam in cultu diuino fuit, propter multa incõmoda, quæ, quia sunt extra propositum, lubens prætereo. Præterea neque vsitatum fuit, adeò vulgariter sacras Scripturas in alias linguas & vernaculas transferre, nec vulgo legendas dare, ne propter stuporem ingenij earum lectione scandalizaretur. Nam si quispiam rudior & inconcinnior scripturam hanc legat, *Osculetur me osculo oris sui: leua eius sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me*, quid aliud, quam oscula amoresque cogitabit? Cùm leget Oseæ à Deo dictum fuisse: *vade, & sume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum.* item Saram, Liam, & Rachel, indulsisse maritis, vt ancillas cogoscerent, nonne ad idem faciendum excitabitur secundum doctrinam Lutheri, si non vult Sara, veniat Agar, & si difficilem sese vxor præbeat, ancillam adi? Hoc nostro tempore pictor quidam in Prussia fuit, qui cum legisset, Loth cum vtraque filia dormiuisse, etiam suammet propriam cognouit. Anabaptistæ legentes illud Dei præceptum: *Crescite & multiplicamini*, post vespertinos Sermones, cum illis congredi solebant, quæ inter concionandum maximè placuissent: Vulgare valde

Conc. Trid. sess. 4.

Cant. 1. v.

Osea 1. 2.

Gen. 19. 33.

Gen. 1. 28.

tritumque est Prædicantibus hæreticis, cum fœminis ancillisque fornicari Ioannes. Leydensis crassus sartor, non aliam linguam, quam Hollandicam vernaculam edoctus, in suis Germanicis biblijs se Regem fore, inuenit, & plures vxores habere posse: item omnia bona temporalia communia esse aportere. Dauid Georgij inuenit in ijs, se Dei filium esse. Alias in Germania, cum ibi degerem, legēs formam baptismi: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, omnes suos exercens profusos catulos, ijsdem verbis baptizauit. Alius Argentorati legens illa verba CHRISTI in Cruce pendentis: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* non potuit intelligere, quomodo illa verba sine desperatione dicta fuissent: quamobrem tenebat, CHRISTVM in desperatione mortuum, & in æternum damnatum fuisse. Hi sunt fructus, quos illi stupidi mortales ex imperita Scripturarum lectione colligunt. Quare prudenter in Ecclesia statutum & cautum est, ne permittantur sacræ litteræ in alijs, quam tribus commemoratis linguis, & à nemine legi, nisi solis illis, qui ab Ecclesiasticis Præpositis ad id faciendum idonei iudicantur: quod semper omnibus hæreticis maximoperè displicuit, vtpote qui iudicium Doctiorum declinare, &, vt omnem auctoritatem Scripturarum proculcarent, indoctis illas tradere, consueuerunt. Sic olim Arriani fecerunt, sic hodie hæretici nostri faciunt. Timuerunt ad Concilium Tridentinum venire, & in tot eruditissimorum hominum præsentia suam ignorantiam nudare: at sui similibus illiteratis, pro suo libitu interpretantur Scripturas, & quiduis illis persuadent atque inculcant, vtpote qui non aliter instructi, id ipsum pro bono accipiant.

Matth. 28. 19.

III. Qualiter legendę sacrę Scripturæ.

Qui sacram Scripturam vtiliter, & sine damno suo legere desiderant, non sic accedere debent, ac si prophanos libros legerent, aut alios sacros à spiritualibus hominibus conscriptos, quantumcunque docti & sancti extiterint. Nam prophani libri ab humanis ingenijs excogitati sunt: sacri verò tametsi per inspirationē Spiritus sancti compositi sint, sine cuius assistentia nemo tantum boni conscribere potest, quantum vnus liber continet, immo, *nemo potest dicere,*

dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, aut cogitare aliquid à se, tanquam à se: non tamen ab illis, tanquam De verbum, conscribuntur, sed tanquam hominum, quos ad illud scribendum Spiritus sanctus exsuscitat. Maioris sanè dignitatis scriptura est: non *enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines,* id est, qui sacrã Scripturam scrpsêre, nihil ex sua parte addiderunt, quippe qui tanquam Secretarij, quidquid suggessisset Spiritus S. scribebant. Nam ipse verba, velut Dominus aliquis, scribæ suo dictabat. Quare omnia diuina verba sunt, nec vllum punctum est, quod mysteriorum non sit plenissimum. quibus adde, vt incomprehensibilis Dei sapientia, & inuestigabilis est: sic etiam ipsius verba quodammodo se habent, nec intelliguntur à quolibet. Spirtus S. hæc scripsit, intellectum eis aperiendo, vti Apostolis suis Christus post resurrectionem aperuit. S. Petrus ait: Scripturam non propria cuiusquam interpretatione explicari, sed spiritu Dei, eam conscribente. Nam quemadmodum linguas aut idiomata alia nemo intelligit, nisi, qui didicerit: nec qui artem aut scientiam aliquam ignorat, libros, de arte illa scientiave tractantes, capit: sic etiam, qui Spiritum Dei non habet, Scripturam per eundem spiritum conscriptam, vtiliter non intelliget.

1. Cor. 12. 3.
2. Cor. 3. 5.
2. Pet. 1. 21.
Luc. 24. 45.
2. Pet. 1. 20. & 21.

Quatuor seruanda vtiliter volenti legere Biblia.

Vtiliter ergo, qui Scripturam legere volet, primò sese ad omnibus peccatis perpurget. Nam *Non intrabit in maleuolam animam sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Et, *animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei*: sed *Beati mũdo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

Primò cor mundum à peccatis.
Sap. 1. 4.
1. Cor. 2. 14.

Secundò, rectam secum intentionem adferat oportet, ad diuinam voluntatem cognoscendam, quo illam facilius exsequatur, non verò peccata sua & imperfectionem excuset. Plerique sunt, qui non alia intentione scripturas legunt, quã vt aliquid inueniant, quod peruersæ vitæ illorum & erroribus patrocinetur: vti malitiosi Aduocati in testamentis id quærunt, quo veritati cõtraueniant. Tales temporibus Apostolorum fuêre, qui D. Pauli Epistolas aliasq; scripturas, vti S. Petrus cõqueritur, adulterabant. Tales sunt oẽs hæretici, qui ꝙ noctu noui somniarũt, aut cõmenti sunt, super eo Scriptu-

Secundò, Recta intentio.
2. Pet. 3.

ras consulunt, vt aliquid inueniant, quo nouiter inuentam insaniam confirment. Non libet illis ieiunare aut macerare carnem,& eodem Dei verbum traducunt, v. g. *Non quod per os intrat, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, coinquinat hominem*. Et S. Paulus ait: *In nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, prohibentes nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum*. Plerique monachi, quos votorum redditorum, castitatis, & obedientiæ videlicet, fastidium cepit, profugiunt ex monasterio,& habitum deserunt,& vxores ducunt, illud ex scriptura excusantes: *Melius est nubere, quā vri*, Et. *Episcopum debere esse vnius vxoris virum*. Sunt *Spiritus erroris nubere prohibentes*. *Quippe omnes nos in libertatem vocati sumus*. Interea scripturas alias, ad ieiunium, pœnitentiam, mandatorum ac votorum obseruantiam, seuerè exhortantes omittunt.

Matt.15.11. 1. Ad Tim. 4.2. 1. Cor.7.9. 1.Tim.3.2. 2.Tim.4.3. Ad Gal.5.13.

Tertiò, necessaria est, profunda humilitas, vti Deus dicit. *Ad quē aūt respiciā, nisi ad pauperculū & contritū spiritu & trementem sermones meos?* id est corda humilia. Nam sicut aqua ad inferiora, sic quoq; Spiritus Dei ad humilia corda descendit. B. Maria Virgo aiebat: *Respexit humilitatem ancillæ suæ*. Et Christus agebat gratias Patri suo cœlesti, ꝙ *mysteria diuinæ sapientiæ abscondisset à sapientibus ac prudentibus, & reuelasset ea paruulis*. Quæ sanè humilitas nō in paupertate, ignorantia, aut cōtemptu sita est, vti multi homines sibi persuadēt, cōtemptibiles ignorantes, egenos esse reuera humiles, eò ꝙ tales essent Apostoli. Pleriq; hæretici, vt Anabaptistæ, in sua inscitia gloriantur, ac si per illā digni redderentur, qui sapientiā diuinā, ac genuinā scripturarū intelligentiā acciperēt. Hi nosse deberent, Abrahamū & Dauidē diuites fuisse,& nihilominus nō superbos, sed humiles extitisse. Moyses admodum eruditus fuit, vtpotè omni Ægyptiorum sapientia instructissimus, vti de illo S. Stephanus testatur,& nihilominus humilis. S. Paulus in scholis secus pedes magni doctoris Gamalielis omnē scripturarum veritatē accepit,& nō modò in Theologia versatus erat, cum Christo nomē daret, sed etiā gentiliū scientijs instructus, vti ex citatis Epimenide, Cretensi, Menandro, Arato, ethnicis poëtis apparet: de cuius, obsecro, humilitate quis dubitabit? Ambrosi⁹ Augu-

Isa 66 2. Tertiò profunda humilitas. Luc.1.48. Matt.11.25. Humilitatē non consistere in paupertate, ignorantia, aut cōtemptu docetur. Act.7.22. Act 22.3. Tit.1. 1.ad Cor.15.

Auguſtinus, Gregorius, Hieronymus, quatuor celeberrimi Eccleſiæ Doctores, etiã ſuã libris editis eruditionẽ oſtentant, & nihilominus adeo humiles fuerunt, vt inuiti tres primi in Epiſcopos ordinati ſint, & D. Hieronymus, vt omnem dignitatem ſubterfugeret, in monaſterium Bethlehemiticum ſeſe abdiderit. Diu⁹ Thomas Aquinas, vnus ex doctiſſimis totius mundi, ex mera humilitate Archiepiſcopatum Neapolitanũ recuſauit, & cùm in ſuo Bononienſi monaſterio inambularet aliquando, à quodam peregrino fratre vocatus eſt, ibidem hoſpitante illumq; non agnoſcente, vt ſecum exiret, cum omni cum humilitate comitatus eſt, quantumuis in itinere ab illo fratre, acerbis verbis increparetur, & irreuerenter, quod ad illius beneplacitum non properaret, haberetur. Omnes hi Doctores per cordis humilitatem, veramque abiectionem ſui ipſius, ſcripturarũ intelligentiã adepti ſunt. Quippè humilitas vera in corde ſita eſt, cui⁹ opus eſt, vt vnuſquiſq; ſeipſum paruipendat, de alijs verò magna concipiat: item ſuum iudicium alterius iudicio libenter ſubijciat. Quare ſi quis Scripturas legens, proprio iudicio niti vult, nec ad concordem veterum Sanctorum doctorum reſpicere interpretationem, ſic ſecum ſtatuens illos tam benè homines fuiſſe, atque ſe, & non ſecus ac atque alios errare potuiſſe, is requiſitam humilitatẽ ſecum non confert, præponens ſeſe omnibus doctoribus, atque ſi homo non eſſet, ſed Angelus. Quod (proh dolor) multi Aſini modò faciunt, qui nulli alij præterquam ſuo opificio ſtuduerunt, ſuumque iudicium omnium doctorum explicatione ſapientius duxerunt. S. Gregorius Nazianzenus, & Baſilius poſteaquam in Academia Athenienſi diu eruditos Magiſtros audiuiſſent, vnà in ſolitudinem ſeceſſerunt, vbi tredecim annis ſacram Scripturam perlegerunt, nec ad ſuum, ſed ad Sanctorum Patrum vnanimem ſenſum conſenſumque intellexerunt. Idem Diuus Hieronymus factitauit, omnibus ſui temporis pene libris perlectis, de ſeipſo ſic ſcribens: *Fateor, nunquam me diuinis voluminibus, proprijs viribus credidiſſe, nec habuiſſe opinionem meam, ſed ex etiam, de quibus ſcire arbitrabar, interrogare me ſolitum, quanto magis de ijs, de quibus anceps eram?*

Act. 17. v. 11

Humilitatis propria.

Epiſt. 101.

Idem omnes Catholici vſurpant, quantumuis docti ſint & intelligentes: ſiquidem optimè nouerunt, nihil noui inducendum in fidei negotio, ſed illud ſolummodò tenendum, quod nobis iam inde ab Apoſtolorum tempore per maiores noſtros, & Eccleſiæ Catholicæ doctores, traditum eſt.

Quarto ſpiritus, cum quo ſcriptæ ſunt. 1. Cor. 12. 8.

Quartò ad Scripturarum meliorem intelligentiam, ille Spiritus eſt neceſſarius, quo cum ſcriptæ ſunt. Qui non modò eſt is, qui peccata remittit, ſed eſt ſapientiæ, ſcientiæ & intellectus. Diuus Paulus ait; Deum non omnia ſua in vnum contuliſſe, *ſed vnicuique ſua per ſpiritum dediſſe, vni ſermonem ſapientiæ, alteri ſermonem ſcientiæ, ac tertio fidem in eodem ſpiritu, ſiue fiduciam, quarto interpretationem linguarum, &c.* Nihilominus certificati non ſumus, quibus nos Deus donis ornauerit, ne in ſuperbiam efferamur: Scimus autem Eccleſiam, quæ Chriſti ſponſa eſt, verum Dei ſpiritum habere, item donum ſapientiæ, veramque intelligentiam Scripturarum, cum eius membra fuerint illi, qui per Spiritum Dei Scripturas Sanctas ſcripſerunt. Quare cùm legis Scripturas, hunc ſpiritum Eccleſiæ oculis tuis obijce, & vide num occurrens tibi expoſitio, nullo modo ſe ab eo, quod S. Mater Eccleſia docet diuerſa ſit. Si in omnibus conſentiat, illud cogita, te intellectu bono præditum: ſi verò in minimo diſſentiat, ex ſpiritu Dei non procedere exiſtima, qui nunquam ſibi ipſi contrarius eſt; vti ſi quis prophanum quempiam auctorem verbi gratia Ciceronem, Ariſtotelem, aut Platonem exponere velit, nunquam genuinum ſenſum inueniet, ſi cum maiorum interpretatione depugnet.

Duplicis generis ſcripturæ vixia ſcripta in papyro, altera ſcripta in corde Eccleſiæ. Ad Heb. 8. 11. Iere. 31. 33. 2. ad Cor. 3. 3.

Duplicis generis ſcripturas Spiritus ſanctus ſcripſit, alteras quidem in papyro per manus Apoſtolorum ac Eangeliſtarum: in corde verò ſanctæ matris Eccleſiæ alteras. De quibus apud Sanctum Paulum ex Ieremia Deus loquitur: *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eam. Et non docebit vltra vir proximū ſuum, & fratrē ſuum, dicens: Cognoſce Dominū, oēs .n. cognoſcent me à minimo vſq; ad maximū.* & ad Cor. S. Paulus ſcribit: *Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui: nō in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.*

Cùm

Cum enim Apostoli concionarentur mundo, hominesque ad Christum conuerterent, Spiritus Sanctus cordibus eorum veram, germanamque fidem impressit, quam illi exterioribus verbis, operibus & cæremonijs testabantur, & profitebátur. Hęc vnctio est, de qua D. Ioannes: *Et vos vnctionem quam accepistis ab eo, qui manet in vobis: & non necesse habetis, vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non mendacium.* Instruit enim, quo pacto gerere nos debeamus, quando quispiam nouis cum dogmatis & interpretationibus scripturarum sese nobis offert: videndum namque est, num cum fide S. Matris Ecclesię, quam à maioribus nostris accepimus, consentiat. Si declinauit ab illa, nō egemus opera illius, sed tanquam nouum hæreticum illicò respuemus. Idipsum S. Paulus, alijs tamen verbis expressit: *Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes, siue prophetia secundum rationem fidei, &c.* id est, vnusquisque sua dona habet, plerique donum prophetiæ habent, videlicet peculiarem explicandi & intelligendi scripturas gratiam, quorum vel maximè interest, diligenter aduertere, ne vllam nouitatem importēt, sed vt explicatio fidei conformis sit, quam in sancta Ecclesia inuenerunt. Nam, vti in alio loco ipse ait: *Sed licet nos, aut Angelus de cælo Euangelizet vobis, præterquam quod Euangelizauimus vobis, anathema sit.* Aduertendum inprimis est, nusquam illum dicere, vt aliud legat in Scriptura, pręterquam quod Euangelizando acceperis: apprimè sciens, multos nouatores venturos, qui multa inuenirent in scripturis, quæ ijs non continerentur, & quæcunque vellent illas distraherent. Litera Scripturæ expers sensus est, trahe se sinit, augeri & minui: verum Scriptura in corde Ecclesiæ viua est, sensuque bono prædita, & nequaquam se adulterari, aut extendi permittit. Qui ergo scripturam hanc sensus expertem intelligere volet, is faciet vt intellectus suus cum viua sensusque compote scriptura concordet. Quod sanè si omnes homines facerent, nunquam hæreses aut errores circa fidem in hoc mundo orirentur.

1. Ioan. 2. 27.

Rom. 12. 6.

Gal. 1. 8.

IV.

Secundus modus tractandi scripturas vtiliter, fit docendo.

Alter modus tractandi scripturam in scholis docetur, in quibus scriptura ipsa & ea, quæ ad Theologiæ dogmata spectant, explicantur, vt aliqualis eorum conquiratur cognitio, & stu-

prodibant, discipuli Simonis Magi, vt Marcionistæ, Encratitæ, illorumq; complices Manichæi, nuptiarum, multorumq; ciborum vsum interdicentes, non amore castitatis, aut pœnitentiæ, sed hæretica opinione, à diabolo facta esse, docentes.
1. Tim. 3. 2. Similiter, quod sanctus Paulus ait : *Episcopum debere esse vnius vxoris virum*, sic pro crassa sua ignorantia exponunt, ac si nuptiæ Episcopis omnibus ac Sacerdotibus commendatę essent, nescientes veteris Ecclesię consuetudinem, tempore Apostolorum, quod tum propter penuriam innuptarum personarum, sæpissimè coniugati viri in Episcopos ac Sacerdotes delecti sint & ordinati, qui tamen post ordinationem opus matrimoniale exercere nequaquā debebant, licet eorum cōiuges illis succurrere, quoad victum vestitumque, in necessarijs cogerentur. Et ne nimia indulgentia in eiusmodi hominibus ad Clericatum assumendis vterentur, constituerunt SS. Apostoli, ne alium ex cōiugatis admitterent, nisi qui monagamus, & vnius vxoris vir esset, nec ante nuptias fuisset viduus, vt ita à Sacerdotio bigami arcerentur. Eiusmodi complures obtusas & stolidas rationes adducunt imperiti nostri hæretici, ab ipsis mirificè eleuatas, quas tamen historiarum periti iure exsibilent, eorumque inscitiam contēnant. Quartò, Doctoribus illis Theologiæ cognitio necessaria est, in hac quippè eorum propria professio versatur, quos veteres Doctores legisse oportuit, & alios illos, qui in certas summas & ordinem Theologiæ scientiam contulerunt, quos scholasticos Doctores vocamus, vt ad omnes quæstiones, quæ ex Scripturis adduci queunt, respondere possint. Hæretici nostri, horum veterum doctorum contemptores, & maxime scholasticorum, sæpissimè impingunt. Beza, sacramentum Eucharistiæ ceruisia, absque vino, peragi posse, definit: Lutherus cū suo Wittembergensi Consistorio, posse aliquem interdum duas coniuges sibi disponsare, &c. Caluinus & Smidelinus docent, Christum inferni pœnas passum esse: Osiander verò, quod iusti illa iustitia, quæ in Deo est, iusti sint, non qua nos iusti simus: & his similes insanias agitant illi, qui proprium caput mordicus sequuntur & imperite, Doctoresq; sanctæ Ecclesiæ non euoluunt. Quinto, cognitio aliqua iuris canonici valdè

Quarto. Cognitio Theologię.

Quinto.

valde necessaria est, vt non solum ordinationem Ecclesiæ sciamus, verum vt multas quæstiones, ad conscientiam ipsam spectantes, resoluere possimus, & docere, per quæ peccata Christiani in Excommunicationem incidant, aut in alias similes pœnas. Nam in omnibus his dubijs, habent simplices refugium suum ad Doctores Ecclesiæ. Propter necessitatem verò tantæ eruditionis, bene cônstitutum est in Ecclesia, vt ad functionem Doctorum, aut Magistrorum non admittantur alij, nisi qui multos annos in hisce scientijs triuerint, & post multas disputationes atque examina idonei, inuenti fuerint, ad eiusmodi functionem laudabiliter sustinendam. Aliqua cognitio iuris Canonici.

Secundò, necessarius est his Doctoribus bonus & maturus intellectus, ad bonum in omni difficultate ferendum iudicium. In explicatione S. Scripturarum sæpissimè difficultates incidunt, propter diuersitatem sensuum, quæ in eis est. Nam est in eis literalis sensus, & spiritalis in literali fundatus, qui nihilominus à sanctis scriptoribus sæpius literali intextus est. Sicut quod Deus per Oseam de Israelis filijs ait: *Ex Aegypto vocaui filium meum*, explicat sanctus Matthæus de Christo, qui post mortem Herodis iussus est, ab Angelo redire. Et quod Moyses de Pascali agno pręcepit, *Os non comminuetis ex eo*, intelligit S. Ioannes de Christo, cuius ossa cum latronibus crucifragium passa non sunt. Item, quod in veteri testamenti scriptum est, *Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas*, de Ecclesię ministris Diuus Paulus accipit, & concionatoribus, quibus necessaria sua sustentatio debetur, apponens illud, *nunquid de bobus cura est Deo?* ac si diceret, maiorem curam Deus hominũ, quam boum suscipit; Magis ad spiritualem sensum certè, quã literalem respiciens. In literali etiam non paruæ oriuntur difficultates, ob geminum eius sensum. Prior sensus simplex est, vt textus sonat: videlicet natum Christum esse, flagellatum, coronatum, mortuum, sepultum, ac denique resurrexisse, & ascendisse, hæc adeò simpliciter intelligenda, vt verba referunt. Alter sensus figuratus est, v.g. cum Christus dicit: *Ego sum vitis vera: ego sum ostium: ego sum lux mũdi: habeo oues alias, quæ non sunt ex hoc ouili: vos estis sal terræ, &c.* manifestum namque est, hæc verba non intelligenda esse, vti sonant, sed figu-

II. Requiritur in Doctoribus iudicij maturitas.

Osee 11.v.1.

Matt.2.15.

Exod 12.46.

Ioan.19.37.

Deut.25.4.

1.Cor.9. v.9.&10.

Literalis sensus, vel simplex, vel figuratus.

Proclum diſcipulum S. Chryſoſtomi , & miniſtrum videre (qui poſtmodum Epiſcopatum Conſtantinopolitanum adminiſtrauit) tribus continuis diebus Apoſtolum Epiſcopo aſtare, & in dexteram aurem loqui, vbi ſuggerebat, quæcunq; ſcriberet & commentaretur.

V. Doctor non tantũ debet docere Auditores, ſed etiam animos eorum accendere ad amorem Dei.

Quinto, quantumuis horum Doctorum officium ſit, intellectum informare eruditione aliqua, & doctiores reddere auditores: nihilominus non decet illos eo contentos eſſe, ſed vel maxime conabuntur, vt voluntatem quoque permoueant, & ad diuinum amorem inflamment , videlicet non mundana dogmata, ſed Dei verbũ ſolummodo tractando: quod cum inſtar ignis ſe habeat tanquam ignis etiam tradi debet, ad accendendum hominum corda. Horum diſcipuli profecto pueri non ſunt nec propter ſeculares proceſſus agitãdos, ſtudent, vti in iure ciuili fit: ſed vt animas ad vltimum ſuum finem, id eſt, ad æternam ſalutem promoueant. Ex horũ ſcholis Confeſſarij prodeunt, Paſtores, Concionatores, Epiſcopi, alijque Eccleſiaſtici Pręſides, qui per ſuam eruditionẽ & inculpatam vitam, Eccleſiam adminiſtrent. Idcircò à magiſtris ſuis tam in ſcientia, quam in virtutibus inſtrui debent. Et magiſtros hos in ſuis pręlectionibus deceret , aliquando breuiculas exhortationes facere , quibus virtutum memores eos facerent, attendentes ad informationem horum hominum, in quorum gratiam hi ſtudent, non minus ſanctum viuendi inſtitutum paſtoribus eſſe neceſſarium , quam magnam doctrinam. Nam vti ſanctitas ſine eruditione Chriſtianos informare non poteſt, ſic neque eruditio ſine ſanctitate vitæ quidquam efficiet. quodcunque enim eruditio ædificat, mala vita rurſum deſtruit, quæ populo perſuadet, aut non eſſe vera, quæ dicũtur; aut fieri ab illo non poſſe, tametſi dicantur. Eruditio bona documenta dat, bona vita verò eorũ executionem poſſibilem docet, & oues, vt ſuum paſtorem ſequantur quoddammodo compellit.

V.

Tertius modus tractandi ſcripturas, fit concionando.

Tertius modus tractandi ſcripturam, verbo fit & ſermone, quando populus à Catholicis concionatoribus inſtruitur, & ad virtutem excitatur. Hic concionator ſemper ob oculos ſtatuat neceſſe eſt munus ſuum, & quid eum deceat, vt idonea ad

nea ad illud media conquirat. Vti namque opifex, v.g. sartor, qui iudicat aliud quidpiam esse opificium suum à sarciendo, videlicet fabricari, siue in ligno, siue ferro, valde in medijs aut instrumentis conquirendis errabit: nam loco vlnæ, acus, fili, &c. quæ ad consuendum necessaria sunt, malleos, secures, ascias, &c. conquiret, quibus fabricatur: sic quoque cõcionator qui nesciat, quid concionari sit, putetque officium suum non aliud esse, quam diuitias, commoditates, honores, laudemque hominum conquirere, is suo munere, prout par esset, non fugetur. Christus officium concionatoris nobis exposuit; cum Sancto Petro & Andreæ diceret: *Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum*: docens vtique muneris eorum esse, lucrari animas, easque cœlo donare. Hoc officium etiam sua media & instrumenta habet, vti Piscatores sua retia, & hamos, quibus pisces capiant. Quorũ mediorũ præcipuè quatuor sunt: Amor Dei, scientia bene viuendi, bonus modus permouendi corda, & quoddam placendi omnibus studium & promptitudo. Quantum ad primum attinet, videlicet amorem Dei, illum ingentem in concionatore esse oportet, vti Christus notauit, cum Petro oues suas cõmitteret, dicens illi: *Simon Ioannis, diligis me plus his?* Nã vti nullum animal pullos producit, nisi ad perfectam ætatem peruenerit, & naturales vires acceperit: sic etiam ille qui spirituales filios vult producere, debet abundare in amore Dei, in tribus illi potissimum necessariò. Primò, vt bonam syncera mque intentionem seruet in sermonibus ad populum institutis, ne concursu populi, fauore, laude (quem sibi addictum videt) elatus, propria complacentia, & superbia animi seipsum perdat, & sic minus vtilitatis sibi ipsi, alijsque hominibus adferat. Secundo, vt persecutionibus malorum tanto constãtius queat resistere. Nam sincerus concionator, veritatem nequaquam tegẽs, sed peccatorem pro meritis castigãs, communiter persecutiones patitur, vt Christus. *Si enim me persecuti sunt, & vos persequẽtur*. Quod ita vulgare est, vt concionator videns, se nullas obtrectationes & persecutiones pati, timere possit, quod fortè munere suo fungatur, Christo teste: *Si essetis de hoc mũdo, mundus vtiq; quod suum erat, diligeret: sed*

[Margin notes: *Matt. 4. 19.* — Quatuor media concionatoris, cupientis animas lucrari; 1. Amor Dei — *Ioan. 21. 15.* — 1. Amor Dei in tribus maxime concionatori necessarius. — 2. — *Ioan. 15. 20.* — *Ioan. ibid. 19.*]

tum de mundo non sitis, odit vos mundus. Si vlcus proximi tui tetigeris paulò asperius, clamabit, teque acerbe compellabit: si tacuerit, signum est, te eum non bene tetigisse. *Multi canes muti sunt, non valentes latrare.* Multi quoque concionatores odiũ indignationemq; metuentes viam admodum suauem reddunt, *puluinosque sub omni cubito manus consuunt*, inquit Propheta, *faciuntq; ceruicalia*, immò adulantur auditoribus, & maximè vt desidiæ illorum parcant, eamque non aliter, quam vt cauda putidum secessum bestiæ, tegant, vnde etiã à Propheta caudæ vocantur. Quę omnia propter defectum charitatis aut certè exiguam illorum charitatem eueniunt. Tertiò, vt maiori cum efficacia concionetur, populumque permoueat. Nã vti vas vino pleno, si superius aperias, te miro odore afficiet, item, vti homo, qui multum vini aut ceruisiæ bibit, eundem odorem per halitum emittit: sic quoque homo, qui ex commotione cordis loquitur, alios similiter mouebit. Quod videmus in hominibus, in magnam aliquam miseriam prolapsis: tales enim mouent nos, immo lapideum cor ad compassionem emolliunt. Quamobrem amore Dei repletus esse debet, Deumque impensè amare, si alios ad eundem amorem volet impellere. Porro ad hunc amorem adipiscendum duo imprimis necessaria sunt. Primũ est, vt seipsum in frangendis suis passionibus valde exerceat, & deinceps sic fractas cohibeat. Alterum est, vt multum oret ac meditetur. Deoq; semper coniunctus sit. Quæ duo suos discipulos Christus docuit, cum eis post Ascensionem *suam præcepit manere in ciuitate, quoad induerẽtur virtute ex alto*, id est, quoad Spiritum S. acciperẽt, exigens vtique, vt supra nominati concionatores in schola virtutum accuratè prius studerent, priusquam concionatoris munus aggrederentur. Illud autem quo melius nobis inculcaret, voluit Dominus noster Iesus Christus à D. Ioanne Baptizari desertumque ingressus, quadraginta dierum ieiuniũ ibi cõtinuare, antequam sua prędicatione populum erudiret. Eandem lectionem duobus suis discipulis ediscendam proposuit S. Paulus, Tito videlicet ac Timotheo D. Hieronymus Nepotiano, omnibusque demum Concionatoribus S. Gregorius. Cæterum si quispiam sit, qui in muneris eiusmodi administra-

[Margin notes: *Esa. 56. 10.* — *Ezech. 13. 18.* — *Esa. 9. v. 14.* — 3. — Duobus potest concionator amorem Dei adipisci. 1. 2. — *Luc. 24. 49.* — De vita clericorum. *In pastorali p. 1. c. 2.*]

ministratione ex superiorum præcepto, versetur, nec tamen eam perfectionem attigerit, is pro virili conabitur precibus, suique subactione, adimplere, id quod neglexit: D. Paulum Apostolum in eo sequens, illico à sua conuersione ex mandato Dei prædicationem inchoantem castigantemque corpus suum, *ne cum alijs prædicauerit, ipse reprobus efficeretur.*

Lib. 11. mor. c. 8. & l. 1. epist. 24.

1. Cor. 9.

Secundum medium est eruditio, qua instructus concionator, pulcherrima, integerrimaque auditoribus documenta proponere potest: quemadmodum Paulus Titum admonet: *Tu autem loquere, quæ decent sanam doctrinam*; Videlicet. 1. Synceram veritatem, nullamque falsitatem, vti falsi Prophetæ facere consueuerunt. 2. illud, quod conducibile est ad salutem nō quod curiosum sit, & vanas ac inutiles quęstiones, ad salutē non proficuas contineat. 3. Antiqua dogmata S. Ecclesię, nō verò nouitates, vt antiqua illa dogmata, nouis similitudinibus, exemplis, rationibusque explicare possis, & illustrare. 4. Firma ac certa dogmata, quibus nullum dubium subsit, aut aliquid incertis hominum opinionibus, imaginationibusue labefactatum.

II. Medium concionatoris, Eruditio.

Ad Tit. 2. 1.

Ad quæ *imprimis* necessaria est magna scientia, tam sacrarum scripturarum, ac veterum Patrum, scripturas explicantium, quam Doctorum quos scholasticos vocamus, clarissimè docentium, quid in Christianis dogmatis pro certo, quid pro incerto ducendum sit, & quid pro falso respuendum. *Secundo*, bonus modus, hæc dogmata populo proponendi: quippè satis non est, multum scire: sed vt illud, quod scis, idoneè alijs proponere, explicareque possis, necesse est, & vti S. Gregorius admonet, bene aduertendum est, quid dicturus, & quibus, & num dicendi tempus sit opportunum, quo spiritu, & quo exteriori habitu corporis gestuque dicturus, quibus verbis, & quanto tēpore dicturus sis. Ad hoc bene & laudabiliter perficiendum Concionator ante omnia se orationi dedat, postquam materiā & ea, quæ dicturus est, collegerit, omniaque illa in Dei præsentia in bonum ordinem digerat, eiusque auxilium super illis exposcat. *Tertio*, magna discretio & naturale iudicium, quibus intelligat, quid dicere sit cōueniens adhibēda sunt. Etenim licet Deus per os asinæ Balaam

Parte 1. Pastoral.

locutus sit, linguasque simplicium disertas possit facere, nihilominus Deus tentandus non est, nec extra necessitatem miracula petenda sunt. Quapropter superiores Ecclesiasticos (quorum interest concionatores deligere aut mittere) obligantur, vt accuratè attendant, quem mittant, diligenterque caueant, ne ad tam sublime officium quemquam (quod vnũ ex præcipuis Apostolorum officijs fuit) vocent, nisi naturalẽ quandam congenitamque discretionem habeat, & nihil imprudenter illi excidat, quod destrueret in auditore plus, quã ædificaret.

In docto Concionatori quid faciendum, vt bene munere suo fungatur, pulchrè & copiosè traditur.

Quod si verò quispiam concionatoris munere absque eruditione illa fungatur, non abijciat animum, sed cauebit quidquã dicere, de quo certus non sit. Et 1. quidem diligẽter studebit, & de quo dubitat, super eo eruditos consulet. 2. succinctis verbis sermonem suum conscribet, & doctiori legendum porriget. Vnde hoc faciendo, eruditior indies fiet, & tãdem eo peueniet, vt nullius aliquando auxilio opus habeat. *Tertiò*, subtilibus se disputationibus non fatigabit, sed principaliter illa tractabit, quę populo ad honestam vitam traducẽdam vtilia erunt, & ad salutem animæ conferent, inter quæ plerique exempla scripturæ sæpissimè tractant, tanquam initium & fontem omnis boni. Sciendum, *in primo* necessarium esse, intelligere quemlibet & scire, quę illi ratione muneris sui facienda incumbant: & quod Deus nullam excusationem admissurus sit in seuero illo iudicio, quasi dicere velles & obtendere, nesciui qui mihi faciendum incumberet, &c. Respondebit enim, non oportebat te officium aliquod suscipere, nisi ea, quæ ad illud requirerentur, perspexisses: & si ex te ipso perspicere nequiuisses, tuum erat super eo doctiores cõsulere. *Secundò*, necessaria illa solicitudo & cura illis inculcanda est, quam Parentes, præceptores, & matresfamilias filijs suis, & famulis ac famulabus impendere coguntur; de qua profectò Deo rationem sunt reddituri. Obligantur namque, vt domesticos suos diebus Dominicis & festiuis ad sacrum audiendum dimittant, & in Catechistica doctrina informari curent, item, vt Dei pręcepta, & Ecclesiæ seruent, quotidie Deum orent, prolibus probos magistros conquirant, & ne

per mala

per mala consortia, aliqua malitia inficiantur, diligenter caueant. Reprehendendi meritò sunt parentes illi, qui ab ipsis, velut incunabulis suas proles precios è vestiunt, aut lepores, choreas, saltationes aliasque vanitates docent, illisque in talibus & similibus malum exemplũ præbent. *Tertio*, de dominorum magistratuumque iustitia dicendum est, quam in maleficos exercere tenentur, non modo fures, raptores & latrones, sed etiam in eos, qui aliorum sese grauissimorum scelerum reos faciũt, quos annonę charitate Deus, peste, dysenteria, alijsque affinibus plagis visitare consueuit, vti impudicitia est vsura, hæresis, ebrietas, luxus vestium, aliaque similia Adami & Saulis inobedientia grauissimè à Deo punita fuit, *Gen. 3.* *1. Reg. 15.* vti Dauidis superbia populum numerantis: item, irreuerentia *2. Reg 24.* Ozę Dei arcam contingentis, & Bethsamitarum curiosè eam *2. Reg 6.* *1. Reg. 6.* spectantium: item, mendacium Ananiæ & Saphyræ, &c. Si *Act. 5.* enim superiores cum eiusmodi peccatoribus conniueant, Deus de illis peccatorum loco, vindictam sumet. *Quarto*, de statu quem quilibet in sua iuuentute tenetur deligere, propter quem grauissime certè parentes sese quandoque cruciant, cum liberos suos non secundum Dei vocationem & inspirationem, sed pro suo arbitrio ad certum statum destinant, atq; si ipsi Domini suorum liberorum essent, & liberi eorum velut mancipia & equi, qui suis magistris obsequi tenentur. Ex quo abusu multum mali in omnibus vrbibus nasci videmus, cum illos Ecclesiasticos faciunt, aut monasterijs includunt, qui à Deo ad coniugalem vitam vocati fuerant: & è contrario ad coniugalem vitam transmittunt, quos Deus tamen Ecclesiasticos esse cupiuisset. Conueniens inprimis est, vt parentibus filij animum suum aperiant, & quantum ad matrimonium attinet, neminem ducant, contra voluntatem parentum, tum quod parentes in hoc negotio, quod ipsi pertractarant, melius liberis suis versati sint, quippè qui amoris stulti vehementia sæpius excæcantur: tum quod magnam cognationem & affinitatem per matrimonium contrahant parentes, quamobrem illorum maximè interesset scire, quem filium suam filiam ducentem acciperent, & qua filia filio suo nubente donarentur, & in quo consensum præbituri essent:

iniuriam enim filij parentibus faciunt, dum filium aut filiam nouam, per matrimonium, in paternam domum inducunt, parentibus displicentem: quemadmodum impius Esau fecit, qui in hoc parentem suum Isaac, & matrem Rebeccam contristauit. Gen. 27. Quantum vero ad religiosum statum attinet, diligenter aduertant parentes, necesse est, ne filios filiasue in dissolutum quodpiam monasterium intrudant, in quo bibitur editurque tantum, in quod plerique non sine præsentissimo periculo ingrediuntur, in quo votorum obseruantia, præsertim vero paupertatis nulla floret, in quo religiosi mundana potius pectora & desideria, quam religiosa, circumferunt: nam ex talibus monasterijs multo profundius in Infernum, quam ex mundo descendunt: vti periculosius ex sublimi turri, quam ex scamno, quis cadit. In quibus, vt filij parentum consilia sequantur, ratio dictat: verum parentes diligenter sibi caueant, ne liberos suos, siue illi filij, siue filiæ sint, ad vllum statum ingrediendum compellant. *Quinto*, de amore Dei, qui initium est & plenitudo omnium reliquarum virtutum. Hic dicendum est, quis Deus ille sit, qui te diligat: & quis homo, quem diligat, quibus medijs amorem suum nobis exhibuerit, & quid nos pro reddenda gratitudine faciamus. Proprium vtique nobis filium donauit, quo nos per mortem sanguinemque suum æternæ damnationi subduceret. *Sexto*, de prouidentia Dei, qui vniuersum mundum sic administrat, vt quoque singulorum curam suscipiat, præsertim illum amantium atque colentium. Quare, vt in illo nos fundemus, & fiduciam collocemus, æquum est, certò scientes, illum aspecturum esse infirmitates nostras, nobisque opitulaturum, quando misericordi charitati eius fuerit collibitum. *Septimo*, de malitia peccatorum, quę sanè omni bono destituunt, faciuntque vt nullum opus ab illo æternæ salutis meritorium fieri possit, tam diu, quoad in statu peccati vixerit, in quo si moriatur continuo ad Infernum descendet æterni damnationi obnoxius. Hic concionator in particulari poterit agere de superbia, auaritia, luxuria, alijsque peccatis, eorum maximam enormitatem explicare,

quæ

quæ tamen plerique hominum parui faciunt. *Octauo*, de occasionibus peccati impensè fugiendis, & præsertim carnalium peccatorum, videlicet libidinis & incontinentiæ, vbi accurate parentes admonendi sunt, vt quam diligentissimè ad filias suas oculum animumque adijciant, nec multum illis confidant, nam diabolus fornicationis admodum subtilis est, omnemque parentum industriam potest eludere. *Nono*, de operibus virtutum, præsertim misericordiæ, quæ non solum peccata remittere, sed etiam in hoc mundo multa bona obtinere potest, magnaque palatia & thesuros in cœlis parare, de quo multa perpulchra exempla in libris Doctorum conscripta sunt. *Decimo*, de frequenti repetitione emundationis conscientiæ per confessionem, frequentemque communionem: Quippè secundum consuetudinem veteris Ecclesiæ, solebant Christiani singulis Dominicis corpori sanguinique Dominico communicare, solorum fructuum, quos ex ea communione capimus, intuitu. Qui fructus multiplices sunt, quos explicare concionator poterit, modumque docere ad eiusmodi venerabile sacramentum se præparandi. Hęc, similiaque horum concionator suis proponet, ad quę magna eruditio necessaria non est, illisque ea dogmata adijciet, quæ in Catechismo Concilij Tridentini inueniet.

Tertium medium est, modus tangendi Christiani auditoris cor, & commouẽdi, in quo sermonum omnium fructus situs est. Nam finis concionatorum esse debet, persuadere hominibus, vt ea omnia opere compleant, quæ docentur: vnde discrimen est, inter lectiones quas in scholis addiscimus, & conciones, quod lectiones intellectum solum informent, & doctiorem reddant, conciones verò affectum voluntatemque commoueant, quod non nisi ex peculiari gratia Spiritus sancti fieri potest. Quapropter lectiones eiusmodi pro pecunia fieri possunt, eo quod opus eiusmodi sit, quod ab homine, eiusque viribus fieri queat: verum conciones, quibus Spiritum sanctum in hominum corda transmittere volumus, pro pecunia habere

III. Mediũ cupientis lucrari animas est permouere corda.

Differentia inter lectiones & conciones.

non possumus, absque Simoniæ peccato. Ad quem modum quatuor necessaria sunt.

Ad mouendum corda, 4. necessaria.

I Gratia Dei specialis.

Act. 2. & 4.

Primum peculiaris Dei gratia ad tangendum cor: cum enim hoc peculiare opus sit Spiritus sancti solum hominum corda ingredientis, peculiare quoque donum in concionatore sit, necesse est, ad corda perueniens: quemadmodum in Diuo Petro fuit, qui post acceptum Spiritum sanctũ vna concione tria millia hominum conuertit, & post in alia concione quinque millia. Qua sanè instructi gratia Apostoli, totum mundum ad fidei veritatem traduxerunt: vides plerosque, qui sua verba videntur cordibus fidelium imprimere. Alios autem permagna sua eruditione neminem tangere autem mouere. Priorts hanc gratiã habent, posteriores vero non. Qui autẽ habent, sunt duplices, pleriq; habent beneficio naturæ, vti videmus plurimos esse, qui ab ipsa velut infantia inclinationem, promptitudinemq; naturalem concionandi habent. Pleriq; gratiã hanc suo labore obtinent, & presertim precibus, eo quod ingẽti desiderio proximum iuuandi exæstuent. Ex quibus plerique eam in omnibus habent concionibus, plerique interpolatim in quibusdam. pro diuino beneplacito, & pro auditorum meritis: nam in quibusdam concionibus adeo magnam ariditatem exhibẽt, vt neminem permoueant. Quæ gratia tametsi sit maxima hominibus ad Deum conuertendis, non tamen habentem suum meliorem reddit, nec sanctiorem, adeò vt huiusmodi concionator ista cum gratia verba faciens multos ad salutem possit traducere, seipsum vero ab ea excludere. CHRISTVS ipsemet ait, ad iudicium permultos venturos, qui dicant, *Domine, Domine, in nomine tuo prædicauimus, virtutes multas fecimus*, quos velut ignotos reijciet. Quare si forsan efferatur quis, quod huius gratiæ beneficio multos CHRSISTO lucretur, in eo sese nequaquam fundet: quippè campanæ homines in templum euocant, pistoresque forno panes immittunt, & tamen foris manent. At quisquis cum hac gratia illibatam vitam coniungit, is vir Apostolicus est. Quare *secundum* ad hoc necessarium est, exemplaris vita, quę sæpissimè plus

Matth. 7. v. 22. & seq.

II. Requisitum ad monẽdum, est exemplum bonæ vitæ.

plus trahit & mouet, quam facundia verborum. Sic concionabatur D. Ioannes Baptista, qui de seipso aiebat; *Ego sum vox*: non verò, *ego habeo vocem*, aut loquor voce mea: sed, *ego sum vox*, ac si diceret, tota vita mea concionatur, mea vestis cilicina, meum quotidianum ieiunium, meus incoctus cibus, cōtinuaque mea pœnitentia. Cum S. Didacus, Episcopus Oxoniensis in Hispania cum S. Dominico in Italiam venisset, inuenit ibidem duodecim Abbates, ex præcepto Innocentij III. concionantes, & disputantes contra Albigenses hæreticos: Frustra ait laboratis, verbis populum hunc non conuertetis: si vtiliter laborare vultis, me sequamini, & continuò relicta familia, omnibusque fortunis, nudipes & vili toga præcinctus, ostiatim propter Deum stipem corrogat. Quod exemplum cum duodecim illi Abbates sequerentur, plurimos hæreticos ad veritatem fidei reduxerunt. Hoc modo ex Christi mandato concionabantur Apostoli, primum ad prædicandum ab eo emissi, quo modo etiam mundum conuerterunt, vti ex S. Paulo apparet, qui quodam loco necessitate compulsus, suas calamitates, laboresque commemorat. Sancta & illibata vita propria concionatorum esse debet, miraculorum loco: quippe vulgus magni facit, & miraculi instar habet, cum eruditum hominem quenquam magnos labores absque vlla spe præmij exsorbere vident: sanè sanctè viuere, honores hominum, dignitatesque declinare, omnes iniurias irrogatas patienter tolerare: ardentissima cum charitate sese ad proximum iuuandum effundere, nec sibimetipsi, nec labori vlli parcere. Talibus enim miraculis S. Ioannes Baptista populum ad se attraxit, non alia miracula, quàm hæc ipsa faciens.

In vita Dominici lib. 1. c. 6. & c. 7.

Matth. 10.

2. Cor. 10.

Tertium medium ad mouendum est, vt concionator validas rationes & argumenta producat, quibus ea, quæ docet, persuadeat. Et licet hoc medio mundani oratores vtantur, non tamen debent illud Ecclesiastici oratores abijcere, præsertim cum Christus, qui magister & exemplar omnium oratorum fuit & concionatorum, eo vsus sit varijs in locis, & nominatim cum inimicos diligendos esse doceret, & solicitudinem pretiosarum vestium deponendam. Hanc consuetudinem

III. Requisitum ad mouēdum, sunt valida argumenta.
Matt. 5. v. 7.

 nem

nem in Apostolorum epistolis, & SS. Doctorum concionibus videre est. Nam cum homo rationalis creatura sit, rationibus etiam persæpe commouetur, Idcirco imprudenter plerique concionatores faciunt, qui plus vastitate vocis, & clamore, quam rationibus eo populum implere cogitant, quo volunt. Rationes vero concionatorum tales esse debent, vt persuadeant bonum esse, quod docetur. Nam voluntas nostra bonum non appetit, nisi intellectus bonum esse iudicet, & non modò in virtutibus, sed etiam in peccatis sese species boni spectāda offert. Tria sunt bonorum genera, iucundum, vtile & honestū. Quandocunq; diabolus animā tuā ad peccatum allicit, hæc tria producere solet, si potest, vel ad minimum vnum, aut duo. Quod si te impudice viuere desideret, illud per voluptates, carnisque titillationes sibi persuadet. Quando te auaritia ipsa tentat, tunc vtilitatem proponit. In luxu vestium inspirat, honestum esse, quod non difformiter alijs vestitus sis, quemadmodum & in ambitione facit, videlicet honestū fructuosumq; esse, in dignitatibus viuere. Quando vult de tuis inimicis vindictam sumere, omnia collectim hæc bona producit: *Inprimis* honestum esse coram mundo, qui alias te, ceu timidum quempiam gallum contemneret. *Secundò*, vtile esse, ad aliquam dignitatem obtinendam, ostētare generosum animum, & superbiā aliquā præ se ferre. *Tertio* iucūdū esse, hostē suum opprimere. Quibus sanè, quorumq; similibus, tum diabolus eiusq; satellites, tum caro, mundusque, argumentis vtuntur. At opposita remedia duo cōcionator adhibere debet, & perspicuè docere. *Primum est*, peccatum nullum verum bonum, siue honestum, siue vtile, siue iucundum illud sit, secum afferre: sed solummodo boni speciem & colorem: quippè cum sub hoc exteriori bono, multo plus mali lateat, quam videatur; quin potius genuinum malum intermixtum est, tibi magnam calamitatem, & damnum, cōfusionemque allaturum, primò quidem in hac vita, deinde verò in futura. Voluptas peccati est, elegās larua, deformi faciei affixa, aut elegans pallium, multas maculas tegens. *Secundò*, quod verum bonum in virtute sola inueniatur, scilicet, vera iucunditas, certa vtilitas, veraque honestas. Hoc scripturis ostendi

Tria bonorum genera.

ostendi debet, patrumque perpulchris sententijs & rationibus, quin immò & exemplis, quæ olim contigerunt, & quotidie adhuc contingunt: nam certa exempla magnam efficaciam ad mouendum hominem habent, quibus Christus frequenter vsus est, vti in diuite epulone patet, item in Galilæis, quorum Pilatus sanguinem cum sacrificijs miscuerat: denique in octodecim illis, turris siloes ruina oppressit; & misero illo in latrones incidente, & Samaritani pietate adiuto.

Luc. 16. 19.
Luc. 13.
Luc. 10.

Quartum medium ad mouendum est, vt concionator bonum pronunciandi modum habeat: quippe si appositè mutare vocem nosti, multum commouebis auditores. Hoc quia pleriq; cõcionatores nõ aduertunt, ideò hic grauissimè delinquunt. Plerique semper eodem tenore vocis vtuntur, ac si ad mensam legerẽt, sibi persuadentes, satis esse si intelligatur, quod dicunt. Pleriq; subinde vocem mutant, qui tamen id congruenter non faciunt: nam cum ingenti zelo loquuntur ibi, vbi vox sedata esse debet: aut submissè loquuntur, vbi contentio vocis adhibenda esset; atque ita docent, se ipsos antè commotos non esse, sed commotos se fingere. Plerique vocem quidem mutant, sed immoti, non secus ac stipites cõsistunt, ac si pro qualitate materiæ nõ commouerentur. Quare vt hæc incõmoda omnia euitentur, aduertendũ est tres tonos, aut pronuntiandi modos esse, quos Cõcionator in omnibus cõcionibus suis vsurpare debet. Primus est quando aliquid docet, vel narrat. Secundus, qñ exardescit ardenterq; cõmonefacit. Terti⁹, qñ peccata redarguit, & cum quodã zelo peccatores admonet, & increpat. In quibus omnibus duo seruanda sunt. PRIMO, vt vox & motus corporis naturales sint, & non ficti, nec compositi instar comicorum actorum miros motus in scenis suis simulantium. At quid aliud præter fictionem & vmbram habent? Quãdo naturales mot⁹ nõ sunt, illico error aliquis admittitur, ex quo facillimè fictionẽ auditor colligat, vt nõ modò nõ moueatur, sed etiam ipsum concionatorem irrideat atque contemnat, vtpotè qui scenicas suas actiones probè perficere non queat. *Secũdò*, vt in hisce tonis aliquis zelus ostẽdatur, & in vno plus, quam

4. Requisitũ ad mouendum, est bona pronuntiatio.

Tres modi pronunciandi, omnibus concionatoribus obseruãdi.

Primus tonus quando adhibēdus.

quam in alio, vt nos verè tali modo affectos esse, totumque negotium cordi esse perspiciāt. Est autem nonnihil de tribus hisce tonis dicendum. Primus itaque tonus conueniens erit doctrinæ ac narrationi qui moderatè fieri debet, absque gestibus multis, motuque corporis, sed fere eo modo, quo lectiones in scholis habentur, nisi quod plusculum fernoris hic adhiberi conueniat. Vox canora semper esse debet, vt ab omnibus; exaudiri possit: nō præcipitata, quò intelligatur cōmodius; nō odiosè tarda, ne fastidiū pariat; nō vno spiritu nimiū producta, sed repetita respiratione interrupta, vt ad audiendum mora auditori detur. Manus nunc quiescant, nunc eleuentur, nunc moueantur. Secundi toni vsus est, quando peramanter alio monere, vel rogare, & cum iucunditate quadā perducere vis, vt & declinet à malo, & bonum faciat, quemadmodum S. Paulus ad Galatas scribens, ait; *filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Vellem autem esse apud vos modò, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis.* Item corpus appositè moueri debet, non seuerè, sed suauiter, & precantis in morem, nunc complicando manus, nunc ad cœlum leuando, nunc per modum crucis extendendo, vt hoc modo emollire peccatorem possis. Tertius tonus maiore cum feruore fit, ac motu, verbisque expeditioribus, instar Domini famulos suos obiurgantis: vbi benè notandum est, ne hic feruor ex ira aut impatientia, sed ex amore Dei proficisci videatur, immò & à seruo Dei honorem magnifaciente, defendente, atq; super hominum malitia ex corde dolente. Tali modo S. Ioā. Bapt. obiurgabat Pharisæos & Sadducæos, ad se ventitantes, dicēs: *Progenies viperarū, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?* Et Christus. *væ vobis Pharisæis hypocritis*: Et S. Paulus, *O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati?* Modum vtendi tribus hisce tonis, debet te discretio tua docere, nihilominus duo peculiariter adiumento erunt. *Primum est*, vt sic te in Concionibus tuis geras, ac si duos aut tres tantùm alloquereris: quemadmodum enim tum remisse, ac suauiter loqueris, talem quoque te fingere & habere debes, in omnibus tuis auditoribus alloquendis. Quando cum duobus aut tribus loqueris, nouam vocem non fingis, sed naturali-

Secundi toni vsus.

Gal. 4. 20.

Tertij toni vsus.

Matth. 3. 7.
Marc. 23. 13. & seq.
Gal. 3. 6.

Duo obseruanda circa vsum trium tonorum.

1.

raliter, vti recta ratio te docuit loqueris. Idem in concione fac, excepto, quod ob multitudinem auditorum vocem clariorem edere cogaris. Quod si, cum duobus tribusve loquẽs, ficta voce vtaris, quemadmodum multi concionatores faciunt, te ridebunt, vti multi clamosos illos, qui voci suæ imperare non didicerunt, rident. *Alterum est*, vt in hoc vel maximè euigiles, quo ex animo loquaris, tuisque auditoribus id persuadere cupias, quod doces, absque peculiari pronunciationis respectu: nam natura te modum suapte sponte docebit. Exemplum cape ab agresti homine, qui nunquam quid Rhetorica sit, nouit: Qui si iter faciat, & pro suo modulo aliquod negotium tractet, vocem gestusque suos pro qualitate materiæ, quam tractat, mutat. Alio enim modo se habet, quando narrat quippiam factum, alio quando rogat, obsecrat; alio quando litigat cum aliquo, & reprehendit, non tamen suum morem modumque attendit, sed id solùm, quod alteri persuadere conatur, eumque permouere contendit. Hæc imitare, & in excellentem concionatorem euades. 2.

Quartum instrumentum aut Medium concionatorum est, vt in suis concionibus delectent, id est, sic auditorem capiant atque permulceant, vt non modo populum ad se trahant, verum etiam fructuosa documenta cum quadam suauitate instillent, adimantque fastidium, quod adeò prolixis concionibus contrahi posset, præsertim in quibus multa dicuntur, quæ sensualitati multum repugnent, quemadmodũ pueris saccarũ, ad vermium morsus abigendos, cum ipsamet medicina præbemus. Prophani illi oratores solenne habent aliquid leporis suis orationibus miscere, vt suis auditoribus risum moueant: sed hic modus Catholicos concionatores non decet. Primò, Quia neque Christus, neque Apostoli nec SS. Patres eo vsi sunt. Secundò, quia concionator in cathedra veritatis, stat Dei loco, & quam maximè necessaria propter Deum ꝓponit, vt animas ad beatitudinẽ perducat. Sanè inhonoraretur valdè Deus, si nugæ aut ioci aliqui producerentur, ad risum populo eliciendũ ab eo, cuius magis esset ad fletum lachrymasque mouere. Ideò inquit Diuus Hieronymus ad concionatorem quendam: *Cum in templo concionaris vt*

IV. Medium cupientis lucrari animas, & delectare.

Ad Nepot. de vita Clericor.

popu-

populum, non acclamantem tibi, sed aggementem, audiamus, operam da, quippe lacrymæ auditorum sunt concionatorum laudes. Hæretici prædicantes, Leuem populum demulcere student, conuicia euomendo super Sacerdotibus, Monachis, Episcopis, Pontifice, Cardinalibus, haud ignari, effrenes illos homines, ad audiendum malum de proximo, esse propensissimos, sed is modus est indoctorũ obtrectatorum, qui tempus suum non aliter, eo quod negligenter studuerint, norũt transmittere. Horum scurriles conciones à Pontificibus, Cardinalibus, &c. nõ audiuntur. Quod si cum fructu eorum scelera redarguere velint, conscribant, illisq; vbi sint, vti nos Catholici hęreticis facimus, palam ostendant. Relictis ergò omnibus huiusmodi nugis causisque risus & obtrectationis, cum eruditione delectabit cõcionator, placebitq;. Nam tametsi omnes homines naturaliter scire desiderent; nihilominus quò doctius est, id ꝙ audiunt, & quo clarius aptiusq; est ad cõprehendendũ, ꝙ explicatur, eò maiorem inde voluptatem capiunt auditores, maioreque cum voluptate & attentione audiunt. Duo porrò sunt, quæ hanc delectationem efficiunt. Primum est, vt aliquid docti dicas, ꝙ auditoribus nouum esse videatur (nam semper aliquid audire noui discupimus) aut etiam quid subtile, de quo eruditi sermonem miscere soleant, & ꝙ cuilibet tritum vulgareque non sit. Fastidium quippè parit, aliud non audire, quã semper idẽ, cuiq; notum, & ex quo nihil discamus. Sancta Ecclesia schola est, & ideò in ea Christiani quotidie doctiores fieri debent. Ad hoc verò debitè præstãdum, necessaria est concionatoribus eruditio, & præsertim Theologię, quam Scholasticam nominamus, in qua multa perpulchra dogmata tractantur, quę etiam plebeio homini placeãt, illique bona cum instructione proponi possint. Hic verò bene aduertendum est, ne documenta hæc ideo placeant, ꝙ ad carnem quoq; pertineant: vti hæreticorum dogmata, quibus copiosum populum ad suas conciones trahunt, vt his asseclis id, ꝙ carni acceptum est, permittant. De quo S. Ioannes ait, ipsi de mundo sunt, *ideo de mundo loquuntur*, *& mundus eos audit*. Nihil noui in Sanctam Ecclesiam introducendum est, sed

Duo delectationem hãc efficiũt. Primum Docti aliquid referre.

1. Ioan. 4. 5.

tantum

tantum vetera beneq; vſurpata dogmata reducenda: in quibus nihilominus multa noua ſunt, quæ populus nunquam aut rarò audiuit; quæ ſi concioni inſerantur, ſua nouitate & eruditione magnã delectationẽ voluptatemq; parient. Alterum in proponendo materiæ tuæ modum ſitum eſt. Nam vti pictòr non ſolum placet elegantium colorum ergo quibus pingit ſed etiam ideò, quia colores in pulchrum ordinem digeſti, ſuoque loco poſiti ſunt, & ſicuti domus ſuam pulcritudinem habet, non ſolum ex pretio materiæ: ſed etiam ex vniuſcuiuſq; partis diſpoſitione: ſic quoq; ſatis non eſt, multa pulcherrima tuis ſermonibus inſerere, ſed etiã ea acceptabili modo proponere par eſt. Vbi ſex inprimis tibi adiumento erunt, quæ ipſa eruditione attentationẽ excitare ſolẽt. Primũ eſt, bona diſpoſitio materiæ, non turbato, ſed eleganti collocata ordine, cuius beneficio auditor melius à te dicta apprehendit; meliuſque retinet. Vt enim catena, cuius annuli connexi ſunt, melius portatur, quàm ſi inter ſe ſeparentur, ſic etiam conciones melius retinentur, in quibus bonus ordo diſpoſitioque cernitur, & vnum punctum ex alio connexum ſequitur.

Secundò delectabir, bonum ſeruando ordinem in dicendo.

Sex bonum ordinem iuuabunt.

1. Bona diſpoſitio.

2. Alterum eſt, quibuſdam perpulchris ſacrarum ſcripturarum ſententijs conciones tuas exornare, eaſque interpretari ea expoſitione, quam quidem in veteribus patribus inuenire eſt, ſed plebeis hominibus eſt inaudita. Pleriqne concionatores citant multas ſcripturas, eaſque coaceruant ſubindè ſic propoſito conuenientes, atque vt communi prouerbio dicitur, aſino Lyra; Aut tameſi conueniant, nõ tamen admodum neceſſariæ ſunt, quòd res, quam ijs confirmant ſatis perſpicua ſit: aut tametſi neceſſariæ ſint, non tamen intelliguntur. Ideò gratius eſt, non multas ſententias ſcripturarum ad vnam rem conferre, ſed collatas aperire eleganti expoſitione, vt Papa Gregorius in ſuis libris vbique facit. Tertium eſt, vt conciones tuas quibuſdam pulchris nouiſque ſententijs veterum Patrum exornes, quibus illorum libri pleni ſunt: tales quippè valde placent, tum propter eruditionẽ illorum; tum quod ſuccinctis verbis multa ſubtilia contineant. Quartum eſt, vt aliquas interdum figuras Veteris Teſtamenti propo-

Locis ſcripturę cõcionem exornare.

3. Sententias Patrum inſerere.

4.

Iuuabit adhibere figuras veteris testamenti. proposito tuo conformes & explices. Quod S. Paulus in suis epistolis facere solet. Hæ figuræ, tres spirituales explicationes habent, teste Sancto Paulo. Prima vocatur, sensus allegoricus, quando scilicet quippiam quod in veteri Testamento accidit, ad aliquid in nouo Testamento significandum traducitur. Videlicet quod Abraham duos filios suscepit, vnum ex Sara Libera, nempe Isaac: alterum ex Agar ancilla, Isaac fratrem suum persequentem. Quo Ecclesia innuitur, ac Iudæorum Synagoga, Iudæosque Christianorum persecutores futuros. Alter sensus Tropologicus vocatur, cum aliquæ figuræ ad nostrum viuendi modum accommodantur, docendo ex ijs, quo pacto nos gerere debeamus. Vti S. Paul' de Ecclesiæ ministris illud exponit, quod de bobus scriptum est: *Non alligabis os boui trituranti.* Sic quoque poteris præfatas figuras de Abrahamo exponere, Christianis videlicet malis accommodando, quod mancipia peccatorum sint: item bonis quod in libertate viuant, & semper à malis illusionem persecutionemque sustineant. Tertius vocatur sensus Anagogicus, qui sublimis est, eò quòd figuræ in eo, de futura vita quidpiam significent. Verbi gratia illud, quod in Psalmo scriptum est: *Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam,* exponit Diuus Paulus de malefactoribus in æternam requiē non ingressuris, vti & supradictam figuram de Abrahami filijs exponere poteris: videlicet quod boni per Isaacum designati, sint hæreditatem vitæ æternæ accepturi: mali verò in hac duntaxat vita felicitatem aliquam temporariam habituri, denique ab hæreditate cœlesti excludendi, & in ignem inferni præcipitandi.

[Margin: Tres scripturarum sensus. Allegoric'. *Ad Gal. 4. 15. 22. & seq.* — Sensus Tropologicus quis? *1. Cor. 9. 9.* *Deut. 25. 4.* — Sensus Anagogicus quis. *Psal. 94. 11.* *Heb. 4. 3.*]

V. Accommodatas adhibere parabolas.

Quintum, quod ad delectationem inprimis conducat, est, vt ad exemplum CHRISTI, in explicationibus documentorum tuorum & admonitionibus, cōuenientes parabolas, adhibeas: nam illæ magnum robur habent, ad illud perspicuè explicandum, quod in se obscurū est, & sic auditor delectabitur, si quod dicis comprehendat, quinimmò mouebitur, si perspicuè aduertat, ita rem se habere, vti dicis.

VI. Ad specialia descendere.

Sextum est. Vt in generalibus non modò punctis hæreas, sed etiam sæpè descendas, ad illa in particulari demonstranda. Vt v.g. quando exponis hanc Christi sententiā, *Matth. 10. 23.*

Qui

Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. Poteris in initio de eo in generali loqui, sed posteà hoc modo descendes in particulari: O quam pauci in omni statu perseuerant? multi religiosi magno cum feruore incipiunt, omnia relinquunt, intrant monasterium, sed plures elanguescunt: Coniugati in Paschate bonum propositum faciunt, sed continuò post Pascha in veterem syluam redeunt. Audis concionem bonam: placet, verum priusquam domum redeas; omnium eorum quæ in ea audiuistis, oblitus es, &cæt. Si namque hoc modo, in particulari exponas, placebit auditori, eum te sic alloqui, & absque vlla molestia, cumque iucunditate attendit. Quare si vis placere conciones tuas, documenta inprimis bona propone, multamque adfer materiam. *Secundò*, diuide ordinatè in diuersa puncta. *Tertiò*, vnum quodque punctum, siue scripturarum, siue veterum Patrum, sententijs confirma. *Quartò*, exorna figuris quibusdam aut similitudinibus. *Quintò*, in particulari ostende, loquens nunc cum hoc, nunc cum illo, nunc de vno, nunc de altero, nullum omninò nominando: sic docebit concio tua, mouebit, & magno cum fructu, tamen sine vanitate delectabit.

Quartus modus tractandi scripturam, in auditu verbi Dei situs est. Nam ante omnia bene aduertendum est, ne pro verbo Dei, verbum diaboli, aut hominis audias. Vt enim homo rudis facilè decipitur, vnas merces præ alijs emens, quas non nouit, præsertim cum multi sint, qui eum decipere cupiant, vt illius pecuniam accipiant, aut stannum pro argento venditantes, aut vile vinum pro Rhenano obtrudentes, aut circũforanea quædam medicamenta, pro sinceris pharmacis, &c. Sic multi sunt, qui te decipere cupiunt, sub prætextu verbi Dei, falsa & mẽdacia prædcantes. Apparet id in Rege Achab, ad quem quadringenti falsi Prophetæ vnanimiter dicebant, tanquam ex ore Dei, vt contra Regem Syriæ bellum duceret. Michæas solus his contrarium tenebat; sed auditus non fuit. Si ergò decipi non vis; illos mercatores imitare, qui, si bonas merces desiderent, ad coniuratos talis opificij vadunt, qui ab ipsa vrbe ad hoc muneris, cum iureiurando admissi sunt, vt eas diuendant: apud hos inueniunt sinceras, &

Quartus modus vtiliter tractandi scripturas, fit audiendo.

3 Reg. 22.

non adulteratas merces, quas quærunt. Sancta Catholica Ecclesia, hæc vrbs est, quæ certos doctores & cōcionatores proponit, & approbat: vtpotè quæ eorum doctrinam & aptitudinem examinauerit, & de eorum fidelitate, per iuramentū, quod faciunt super sincera & Catholica doctrina, secundum sanctorum Patrum propositionem, populo proponendam, certa sit. Extra hanc Ecclesiam veræ merces verbi Dei non inueniuntur. Heretici textum quidem scripturarum habent, sed non verbum Dei, quod in vero scripturarum sensu positum est. Vaginam habent, in qua ligneus, aut blumbeus culter est, quem tibi pro vero cultro obtrudere volunt. Ne illis credideris: non enim admissi sunt cum iuramento: sua somnia tibi venditant, & nouiter excogitatas insanias, quæ non aliud sunt, quàm (vt S. Paulus testatur) *doctrinæ dæmoniorum*.

1 Tim 4. 1. Qua intentione conciones audiunt.

Quare priusquam concionem adeas, certus antè esto, concionatorem illum missum & admissum à superioribus Sanctæ Ecclesiæ, quales sunt Pastores tui, Religiosi, alijque Sacerdotes, qui in Ecclesia absq; mandato non prædicant: deinde intrabis templum, vt à seruis Dei verbum eius audias, bona intentione discendi quidpiam boni; quod ignoras. In hoc multi homines peccant. Nam primò pleriq; sunt, persuadentes sibi, eruditos se satis esse, & scientes quo pacto viuere debeāt, ideoque dedignantur concionem audire existimantes, nihil noui ibidē doceri, quod ignoretur, neq; perpendentes, principalem finem concionum esse, affectum aut voluntatem, vt superius diximus, mouere, quæ motio, non tam curiositate scientiæ, quam ipsamet concione, qua Spiritus S. per os concionatoris in cor ingreditur.

Act. 10.

D. Petro, in Cornelij Centurionis domo, prædicante, omnes Spiritu S. implentur. Ardentes conciones non minùs doctis, quàm indoctis sunt necessariæ, ad cor illorum, ab ipsa superbia factum, quasi lapideum, humore diuini verbi emolliendum, ne cum vniuersa scientia sua damnentur. Secundò, plerique ad conciones ex consuetudine veniunt, ac si benè facerent, sermones verbi Dei audiendo, vti singulis diebus Dominicis Missam audiunt, propter præceptum Ecclesię adimplendum. His perindè est, vbi,

& à

& à quibus concionem excipiant, vti omnibus idem est, vbi & quorum Sacerdotum Missam audiant. At non malè agunt potest enim aliquid dici à concionatore, quantumuis simplici, quod comprehendant, & ideò moueantur. Imò etsi primò non comprehendant, potest tamen postmodum recurrere, cum maximè illis est necessarium Vti Isaias inquit: *Vexatio dat intellectum auditui.* Licet enim homo non aduertat quod per verbum Dei illi proponitur, idipsum tamen benè experientia ipsa intelliget, quando videlicet propter peccatum, in infortunium aliquod, aut aduersitatem, incidit. Isa.28.19.

Non tamen hi homines agunt, vt par est, sed conformiter studioso faciunt, scholas visitanti, quia cogitur, atque ideò in scholis ea attentione non aduertit, qua deberet: sic istis hominibus vsu venit, qui concionem non ex desiderio maioris eruditionis, aut motionis consequendæ frequentant, sed sola consuetudine, absque vllo feruore, vt non rarò in concione dormitet, quaquauersum oscitent, aut alias sibi cogitationes fingant, in ijsque hæreant, aut non sumant cordi audita, & ita, perinde frigidi, templo egrediantur, ac ingressi sunt. Tertiò, alij veniunt vt dicentem reprehendant, quemadmodum Pharisæi Christi sermones audiebant; aut vt aliquid noui intelligerent: cuius intuitu Athenienses S. Paulum audiebant, aut vt eius se recrearent eloquio, Act.17.21. vti mundanos oratores audire mos est. Hi non ad Dei verbum, sed hominum, audiendum veniunt, atque ideò parum proficiunt, quemadmodum in supradictis Pharisæis & Atheniensibus patet. Fit nihilominus magna Dei misericordia, & efficacia verbi diuini, vt nonnunquam huiusmodi auditoribus quidpiam inhæreat, vti corbis vimineus in aquam proiectus, etiamsi nihil aquæ hauriat, tamen humectatur. Id ministris Pharisæorum ad capiendum Iesum missis, accidit; qui Christi verbis permoti sunt, & absque illo domum regressi, Ioan.7. dicentes; *Nunquam sic homo locutus est, sicut hic homo.* Vis proficere, ad Dei verbum audiendũ veni, & non hominum. Christus Duodecim Apostolos ad mundũ conuertendũ misit, quibus

quidem impertitus est omnium linguarum cognitionem, vt ab omnibus nationibus intelligerentur: non tamen artificiosam elocutionem aut eloqnentiam dedit, ne conuersio mundi illorum eloquentiæ, sed Dei potentiæ tribueretur.

Præter intentionem rectam sex audienti conciones necessaria.

Præter hæc adhuc 6. tibi necessaria sunt. *Primum*, vt cor tuum à peccatis purges, à distractione, à peregrinis cogitationibus, in quantum possibile est. Vbi enim vitrum putidum, luto aut puluere infectum, vinum purè non recipit: sic verbum
1. Dei purum, in cor impurum mitti non potest. Quarè bonum est, ante illud confessione eluere, aut ad minimum, cum vera contritione remissionem peccatorum à Deo petere, gratiamque ad omnem distractionem dissipādam flagitare, ad quod conducit inprimis, cum deuotione aquæ benedictæ aduer-
2. sus Diaboli tentationes aspersio. *Secundum*, vt magno cum desiderio cognoscendæ diuinæ voluntatis ad concionē venias. Nam vt homo magna fame, aut appetitu mensæ accubens, bono cū gustu comedit, & cibis melius nutritur: sic q magno desiderio diuinę voluntatis cognoscendæ concionem audit, in qua diuina voluntas explicatur, is maiore cum gustu fru-
3. ctuque auscultabit. *Tertium*, vt cor tuum omninò aperias, quo omnia comprehendas & præstes, quæ audis: Deo sic in psal-
Psal. 80. v. 10. mis loquente, *Aperi os tuū, & ego adimplebo illud*. Nam vti ille, qui in vas aquam pluuialē vult colligere, plus aquæ accipit, quò capacius vas adfert; & quò vas amplius est, eò quod minus, aut nihil effluit, quod non fit, cùm os vasis aut poculi angustum est: sic cor suum omninò aperiens: & ad Dei illud placitum resignans, plus gratię accipit, diligenterque sibi cauet, ne de alijs hominibus sub cōcione cogitet, (vti nos solemus, dicentes illic, *hunc aut illum accommodatè tetigit*) sed pro se omnia,
4. quæ dicuntur suscipit. *Quartò*, vt in cōcione nō adeò ad eloquentiam, aut artificium, quo concionator vtitur, aduertas, nec super his mireris: nam hæc velut quædam iuscula sunt, ad diuinum cibum iucundius admittendum: sed totum te ad id applica, vt spiritum Dei in te concipias: carpe poma de arbo-
5. re, & folia relinque. *Quintò*, Tametsi omnia comprehendere quæ dicuntur, nō possis, non ideò sis pusillanimis. Quemadmodum enim in mensa omnibus appositis cibis nō vesceris,

ſed modico tantum recrearis & ſaciaris: ſic quoque ſatis erit te duo aut tria ex concione documenta tibi maximè vtilia retinere. *Sextò*, vt nihil tibi auferri ex auditis patiare. Nam vt hydriæ, ad aquam ferendam aptæ, ſi foraminoſa ſint, foramina obſtruis, vt inde nihil effluat: & diſtillata aqua, admodū ſubtilis, in obturatis vitris cuſtoditur: ſic poſt concionem quinque tuos ſenſus obtura, nec ad garriendum te da, ſed aliquātiſper in templo perſiſte, & audita rumina, præſertim illa, quæ ad tuam vitam pertinent, quomodo ea præſtare poſſis; recogitans inſuper & media ad illa præſtandum conquire: neque ſufficiat ſemel id feciſſe, ſed quotidie per ſeptimanam fac, vt tota ſeptimana vitam tuam, audito in die Dominica Verbo Dei attemperes. Item, *Vt iuſti ex fide Viuite, & Eſtote factores verbi, & non auditores tantum. Non enim auditores legis, ſed factores iuſtificabuntur.* 6.

Gal. 3. 5. 11. *Iac. 1. v. 22.* *Rom. 2 v. 15.*

Quintus modus ſcripturas tractandi ipſa meditatione fit, cum Dei verbum apud temetipſum expendis, & ardenti feruore recogitas. vnde multum boni naſcitur, eò q maxima ex parte, omnia hominum peccata nō aliundè, quam à neglecta verbi Dei meditatione proficiſcantur. Quod verbum ſi diligenter expenderent, nunquam tot peccata committerent, nec in iiſdem tam diu perſeuerarent. Eueniret enim tunc, q ſapiens dicit: *In omnibus operibus tuis memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis.* Per meditationem namq; verbū Dei maſticatur, & ſuaui cum guſtu deglutitur. Et vt cibi, quo meliùs in ore maſticantur, eò ſuauius ſapiunt, & melius nutriunt; ſic ſcripturę, quo magis expenduntur, hoc maiori cum ſuauitate intelligentur, maiuſq; inde commodum colliget. Hoc nouit malignus ſpirit⁹, animarū noſtrarū hoſtis, ideò omnia media inquirit, ad fructuoſam hanc meditationē euertendā. Primò namq; perſuadet hominibus, meditationem ſolum ad Eccleſiaſticos & religioſos pertinere, non cogitans Iſaacum, ſæcularem hominem, ruri meditationi vacaſſe, vt ſcriptura refert: & Regem Dauidem igni amoris, per meditationem exarſiſſe; imò Deum nobis præcipere, quotidie verba ſua meditari, eademq; filios noſtros docere. Quod *bonus homo facit, meditando legē eius die ac nocte.* Nemo ſe ab hac meditatione excuſare debet,

Quint⁹ modus tractādi ſcripturas fit meditando.

Eccl. 7. v. 40.

Diabolus à meditatione hominē auocat. primo ſuadendo, illud eſſe Eccleſiaſticorum.

Geneſ 24. *Pſal. 38. v. 4.* *Deut 6. v. 7. 8. & ſeq.* *Pſal 1. v. 2.*

debet, quæ optimum medium est declinandi peccatum, & perueniendi ad salutem nostram, ad quam desideramus oēs peruenire. *Secundò*, tot hominibus temporales occupationes objicit, vt ad solitudinem & meditationem se recipere nequeant: Vti *Pharao plus operis filijs Israel imposuit, quando se Deo in deserto sacrificaturos, eumq; adoraturos clamabant.* Cæterum hic aduertendum est, Dauidem fuisse multis occupationibus, in magno suo regno administrando, distractum, & tamen nullum diem præterlabi siuisse, quo meditationi non vacaret Surgebat diluculo, & meditabatur mane: meditabatur noctu, temporarijs omnibus depositis. Nemo adeò occupatur, qui non quotidiè tempus aliquot edendi, dormiendi, imò & garriendi inueniat. Si quotidiè vnam horam meditationi dare nequis, da mediam horam, aut quartam partem: at diebus Dominicis & festiuis, quando omnibus seruilibus occupationibus interdictum est, magis te vacare ei par est. *Tertiò*, Diabolus hominem in meditatione somno obruit, ad quem inclinatione naturæ nostræ vtitur, quæ aduertens quietem sensuum, quam requirit meditatio, eandem quoque pro corporali quiete requirere vult. Quando quidpiam, quòd turpe sit, aut impudicū, aut inuidiæ, aut cōcupiscentiæ obnoxium cògitamus, aut aliorum peccatorum materiam perpendimus, non facilè dormimus, imo, eiusmodi cogitationibus propulsare somnum solemus, quod fit per eiusmodi internā inquietudinem, à passionibus excitatam, vnde hę cogitationes prorumpunt; & opera diaboli nos insomnes detinent, vt malum cum delectatione cogitemus. Verum in bonis rebus meditādis, somnolenti sumus, propter acediam nostram, & charitatis defectum. Pro hoc somno euitando inprimis facit, vt te immodico cibo, aut potu, non oneres, nec commodè corpus tuum disponas, nec multis te vestibus graues, tempusque opportunū deligas, quod te ad somnū nō propellat, tuumq; Angelum Sanctum preceris, vt à te somnolentum diabolum arceat. *Quarto*, Multam distractionem instillat, quam peregrinis, vanis, ac inutilibus cogitationibus excitat, quæ interdum nobis ad agendum necessariæ apparent, & non reijciendas, sed conseruandas putamus, cum quadam anxietate ac solici-

tudi-

II. Auocat, occupationes objiciendo.
Exod. 5. v. 4. & seq.
Psal. 62. v. 1.
Psal. 76. v. 2.
III. Immittendo somnum.
IV distrahendo.

tudine nos inuadẽtes. Ad hæc malignus vtitur noſtra phantaſiā per peccata, adeò quaſſata, voluntatiq; adeo rebelli: vt non poſſis illam ijs cogitationibus occupare, quibus velles; ſed tametſi bonum propoſitum aliquid meditandi habeas, nihilominus prius alijs cogitationibus plenus es, quã ſcias, quò vſq; deueneris. Hic pro te iuuando, duo neceſſaria ſunt. Primũ eſt peculiaris Dei gratia: alterum magna induſtria, teipſum in ſolitudine conſeruandi, neq; nimium extra meditationis tẽpus te effundendi. Quemadmodum Romæ, vbi multæ muſcæ ſunt, ſolenne habent feneſtras maturè claudere, vt muſcas ab ingreſſu prohibeant; ingreſſas.n. nõ facilè eſt expellere: ſic qui meditari vult, maturè omnes vanas cogitatiões à ſe expellat. ſc. veſperi examinãdo conſcientiã ſuã, & manè diligenter cauendo, ne ante meditationẽ peregrina vlla Phantaſmata irrepant. *Quinto*, occupat diabolus intellectũ noſtrũ aliqua quæſtione, aut diſputatione, ex materia meditationis deſumpta, tam per modum diſputabilem nos mouendi, deuotionemq; adimendi, quã propter ſuauitatẽ in intellectu retinendam, & affectũ ſiue voluntatẽ abſq; fructu in ſiccitate relinquẽdam. vti ille, qui dulces cibos mandit, aut os pretioſo vino eluit, & deindè abſq; vlla eorũ ſumptione omnia exſpuit, habet quidẽ voluptatẽ in ore, ſed vtilitatẽ nullã in ſtomacho: meditatio per intellectũ, tanquã per os, ad voluntatẽ progredi debet, illamq; quibuſdã bonis cõmotionibus, vt timore, amore, ſpe, cõtritione peccatorum, admiratione excitare. Relictis ergo omnibus his diabolicis tentationibus bonã meditationem facturus, ſcire debes, duobus te modis meditari poſſe. Primò, meditãdo pleraſq; materias, ſiue hiſtorias, in quib. de quatuor nouiſſimis & de paſſione Domini, aut alijs myſterijs veteris, aut noui teſtamenti agitur. Secũdò, tractãdo ſententiã aliquã ſcripturæ; vt v. g. ſunt verba decalogi, aut oratio Dominica, aut Angelica ſalutatio, aut duodecim articuli fidei noſtræ, aut epiſtolæ & Euãgelia totius anni. Vt ergò ad modum meditandi veniamus, inprimis diſpiciendum tibi eſt, quid, & de quo meditari velis, ſiue ſit hiſtoria, ſiue ſententia, neq; expectãdum in electione materiæ, quoad tempus inſtet, cũ meditatio inchoanda eſt: vti in cibis emendis & præparandis

Diſtractionem auertunt gratia Dei, & amor ſolitudinis.

V. Occupat aliqua quæſtione ex meditatione ſumpta.

Meditari volens, primò deliget tempus opportunum.

non exſpectas, quoad menſæ accubes. Idoneum tempus deligendæ materiæ eſt, veſpere præcedente, vt de eo cogitare incipias: item incumbendo, & manè ſurgendo, excluſis omnibus alijs cogitationibus, ad illam te parare. Secundo, Animaduerſo, iam meditandi tempus appropinquare, cũ omni humilitate Deum precari oportet, tam propter remiſſionem omnium peccatorum, ne te ea indignum reddant; quam propter deuotionem & ſolitudinem, ne te diſtractiones cogitationesque lædant: tum denique propter auxilium ad meditationem neceſſariò impetrandum, vt ſpiritualem ex ea fructum poſſis colligere. *Tertiò*, delectam materiam leges, eamque quo ad ſenſum, breuiter percurres, vt eiuſdem veram intelligentiam haurire poſſis. *Quartò*, ſi materia tua de quapiam hiſtoria ſit, aut, de eo, quod eſt futurum, internis ſenſibus operaberis, vt in Spiritu videas, quid accidat, & audias, quid dicatur, internoque odore guſtuque ſuauitatẽ, aut amaritudinem, &c. percipias, v. g. meditans ſuper flagellatione Domini, illum intueberis, quo pacto nudus columnæ ſit alligatus, qua crudelitate à vertice vſque ad plantam pedis cæſus ſit, quàm exuberanti cum amore ibidem ſteterit, omneſque plagas exceperit: item audies, quid flagellatores dixerint, quo pacto ei illuſerint, & minati ſint: item pœnas ſenties illi inflictas & perpendes omnia, qui patiatur, quid patiatur, pro quibus, & à quibus patiatur, & affectum tuum amore excitabis, contritione, atque admiratione mouebis, &c. Denique tuam meditationem ardenti oratione concludes. Similiter de pœnis inferni, de cęleſti gloria, alijſque nouiſſimis meditare, interioribus ſenſibus videns, audiens, guſtans, ac ſentiens id quod accidit, illudque intuens, te ipſum timore aliquo continges, quò bonum propoſitum vitæ tuæ in melius mutandæ facias. *Quinto*, ſi pro materia ſententiam aliquam, aut verba deligas, Primò, ad ſenſum ipſum attendes, & per illum temetipſum mouebis, imò & vnumquodque verbum expendes, & videbis, quidnam ſignificet, & quare ſic dictum ſit, quippè cum nullum in ſcriptura verbum fruſtrà ponatur. Si præcepta Dei conſideres, quouſque ſe extendant, videbis, quo pacto ſeruaueris, & in quibus punctis tranſ-

Secundo, Deum precabitur, ne diſtrahatur.

3. Materia eius leges.

4. Internis ſenſibus operaberis.

5. ad ſenſum attendes.

transgressus fueris, quam rationabilia, quam naturalia, ac plena amoris illa sint, quantum peccatum sit ea transgredi, &c. si mediteris super Euangelio, vtroque modo vti poteris, priori quidem in historia, posteriore verò in verbis. *Sexto*, Tota porro meditatione peracta, te ipsum cõmouebis, & aliquod bonum propositum facies; Quippe ille finis & fructus meditationis est; quam semper ardenti oratione, ex affectu tuo cõmoto excitata concludes, loquendo cum Deo, item ei gratias agendo, eumque laudando, & ingentem eius amorem suspiciendo; te ipsum contemnẽdo, & pro bono proposito emẽdationis faciẽdo, auxilium illius cum summa humilitate postulando. Deinde Diuam Virginem inuocabis, tuum Angelum custodem, ac patronos omnesque Sanctos Dei, vt te suis meritis orationibusque adiuuent, quo factum propositum, cum diuina gratia, in opere ipso præstes ac perficias. *Septimo*, absoluta meditatione breuiter, quæ tibi occurrerunt, repetes, memoriæque tuæ impressa seruabis, quo vitam tuam proposito ante facto cooformare possis. Hæc de quinq; modis tractandi Scripturam sufficiant, in quibus, vt aliquod auxilium tibi superesset, has conciones conscripsi, in quibus affatim materiam inuenies in meditatione se exercendi, & Catholicis explicationibus sanctorum Patrum fructuosisq; eorum documentis vacandi. Quos si sequaris, non errabis, ijsq; si vitam tuam couformes, saluaberis. Itaque omnia & singula boni cousule, & spiritualem tuum profectum illis conquire, hoc enim fine tibi elucubrata sunt. Ego Deum precabor, vt tibi præsto sit, quo secundum instructionem concionum harum vitam tuam emendare, & in amore eiusdem perseuerare queas. Quod si factum fuerit, me sufficientem meorum laborum mercedem retulisse existimabo.

6. Ex meditatione bonum tibi propositũ facies.

7. Repetes meditata.

INDEX CONCIONUM EVANGELICARUM, A PRIMA POST SS. TRINITATIS DOMINICA VSQVE

ad Aduentum, non quidem ordine alphabetico, sed methodo Theologica procedens: Cuius prior numerus Concionem; posterior paragraphum denotat.

DEVS.

Nihil

CHRISTVS.

Christi

Quo-

DE ANGELIS ET SANCTIS.

DE SACROSANCTA ECCLESIA.

S.Eccleſia

P A P A.

E C C L E S I A S T I C I.

Dignitas

MAGISTRATVS ET SVBDITI.

VERBVM DEI.

Quid-

FIDES ET FIDVCIA.

DE CHARITATE ET PRAEceptis Dei.

DE SACRAMENTIS, SACRIFICIIS & cæremonijs.

Quare

DE HOMINIBVS.

DIVITES ET PAVPERES.

Diuitiæ

HOMINES CHRISTIANI.

HOMINES IVSTI.

HOMINES PECCATORES, & Mundus.

Mundani,

INFIDELES HAERETICI.

DIABOLVS ET TENTATIO.

CREATVRAE.

DE VETERI TESTAMENTO *eiusq; figuris.*

CHRISTI PASSIO, GRATIA, *Iustitia & Vocatio.*

ORATIO, ET MEDITATIO.

VIRTVS ET VIRTVTIS opera.

Vir-

MISERICORDIA, EIVSQVE opera.

In

DE ALIIS IN GENERE VIRTVTIbus, & bonis operibus.

Bona

DE TENTATIONIBVS EARVM-que adiunctis.

DE

DE VERBIS EORVMQVE *peccatis.*

DE ALIIS PECCATIS.

DE MORTE.

DE IVDICIO ET PVRGATORIO.

Diabo-

DE INFERNO.

DE BEATITVDINE ET VITA æterna.

INDEX SECVNDVS
EXEMPLORVM PRAECIPVORVM HOC LIBRO CONtentorum.

1. DE REBVS DEVM, EIVSQVE SERVITIVM concernentibus.

2. DE SANCTIS

Vxor

3. DE CONTRITIONE ET Conuersione.

4. DE MISERICORDIBVS ET MISEricordiæ operibus.

5. DE ALIIS VIRTVTIBVS earumq; operibus.

6. DE TENTATIONIBVS

7. DE HAERETICIS, ET ECCLEsia persecutoribus.

Facta

8. DE ALIIS PECCATIS eorumq; pœnis.

9. DE EXTREMIS.

INDEX EXEMPLORVM.

FINIS INDICIS.



DOMINICA PRIMA POST PENTECOSTEN.

Euangelium Lucæ 6.

IN illo tempore dixit Iesus Discipulis suis: Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & nõ condemnabimini. Dimittite & dimittemini: date & dabitur vobis. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluẽtem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus supra magistrum. Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideras? aut quomodo potes dicere fratri tuo? frater sine eijciam festucam de oculo tuo ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo; & tunc perspicies, vt educas festucam de oculo fratris tui.

Breuis explicatio Euangelij.



OSTQVAM Saluator noster Christus, Apostolis, initio suæ prædicationis, plurima, optimaque ad perfectionem documenta tradidisset in monte, descēdit ex eo, ad turbas in valle expectantes, & horum multa repetijt: quòd ea illis nollet abscondita, quæ saluti earum, perfectionique commodarent. Inter hæc autem, & præsens quoque est Euangelium, quo de modo instruimur, & ratione conuersandi cum proximis; in charitate scilicet, & misericordia: eaq; non qualibet, sed qualem Pater noster cælestis, quotidie nobis nihil obstante peccatorum in singulas horas iteratione, & pœnæ per hæc demerito prȩstat.

Tria nomine misericordiæ continentur. In hac autem quæ præcipitur misericordia tria continentur. *Primum* est. neminem lædere idque non verbo duntaxat, aut opere, sed neç cogitatione. hoc enim est quod mandat Christus: *Nolite iudicare, nolite condemnare.* quasi diçat; nec verba aliorum, nec facta curiosè scrutemini, vel arguatis. *Alterum* est, mala proximi amouere; per eorum, scilicet, quæ in te peccauit condonationem. *Tertium* est, operari bonum; atque in hoc, quantum, & vbi fert oportunitas, promouere. propterea subdit Christus, *date & dabitur vobis.* Respondent porro tribus his, singula quoque præmia, nam qui nec iudicat, nec condemnat, nec iudicabitur, nec condemnabitur, remittenti remittetur, danti dabitur, non à Deo solùm, siue in hoc siue in futuro sæculo; sed & ab hominibus frequenter. Habet enim hoc, vt plurimum,

Primum. Secundum. Tertium. Præmia correspondentia operibus misericordiȩ.

Dei

Dei prouidentia, vt quæ alijs facimus nos, eadem & nobis alij faciant. si de eorum iudicamus defectu, nostrum vicissim ipsi iudicant; si misericordiam præstamus vel liberalitatem, præstant & ipsi; si toruo aut iniquiori vultu intuemur, intuentur & ipsi. Peculiariter tamen, illi, quorum benigna est in tempore liberalitas, & eleemosyna, tum frequentius plura in hoc sæculo recipiunt per horum intercessionem; eos enim, & libenter, & facile Deus exaudit: tum semper in futuro, vbi pauperes authoritatem habent benefactores suos in æterna tabernacula, id est cælum recipiendi. atque hoc in præsenti Euangelio significat Christus, cum; *mensuram*, ait, *bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum:* quo modo vos eleemosynas in sinus pauperum, *eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.* multum, vel parum; hilariter, vel austerè; promtè, vel tardè. Quantum vero ad temeraria contra proximos, quæ tamen quotidiana sunt, iudicia; tribus nos similitudinibus instruit Christus, qualis esse is debeat, qui alios iudicet. *Primo* itaque non sit cæcus, vel ignarus: quales tamen plurimi sunt, qui aliena censent: vt cum sæculares iudicant ecclesiastica, quæ non intelligunt: subdiditi arguunt superiores: carnales disponunt de spiritualibus, verbi gratia frequentem confessionem, vel communionē nō expedire: nec bonum esse vt quis patrem, & matrem, ingressurus religionem, deserat; virginitatem seruet, & voueat. Quæ tamen consilia, & proximos, & consultores ipsos sæpe perdunt: imo in abyssum peccati, ac damnationis præcipitant. *Secundo* sit doctior eo quem arguit, vel cui consulit: nam qui hæc duo facit, alio-

Tria necessaria ei qui alterum monet.

Primum.

Secundum.

rum se re ipsa magistrum profitetur. si ergo indoctior sit, quomodo instruet? magister certe discipulos non, nisi quæ scit, docet: & si ad illius hi eruditionem attingăt, perfecti erunt, non indigentes magistro. *Tertio* careat eisdem, & maioribus vitijs, quam ea sint, quæ reprehendit. neque enim decet, vt is qui trabem habet, (id est crimen seu graue peccatum) in oculo suo: videat, aut reprehendat festucam, seu leue peccatum in proximo. & tamen quotidianum est, vt impuri, ambitiosi, iniusti, vel alio quolibet crimine polluti, suum hoc non videant, alienis, eisque minutioribus, perpetuò intenti. Monentur itaque horum similes, presenti Euangelio, vt peruideant, & deponant primum propria, dein alios blandè & amicè moneant, ac instruant.

Tertium.

Documenta primæ Concionis.

I. Tempus à Pentecoste vsq; ad Aduentum sextam mundi ætatem significat. Nobis dictũ quod dictũ Apostolis.

DIXIT *Iesus discipulis suis.* Quod à Pentecoste, ad Aduentum vsque, currit tempus, sextam mundi significat ætatem: nempe, tempus omne ab Adscensione Christi, vsq; dum redeat, iudex viuorum & mortuorum. & ideo, Euangelia, quæ interea nobis proponuntur, pulcrè docent, quo modo vitam, virtutesque Christi imitemur, & ad aduentum eius nos præparemus. Quapropter, cum discipulis Iesum audis loqui, ne intelligas duodecim dũtaxat Apostolos, sed & tunc eis locutum, & nunc, cogita adhuc per Euangelia nobis loquentem, & Christianis omnibus, qui in sacramento Baptismi, in scholam ipsius, ceu discipuli, adscripti sumus. Quicquid in Euangelijs est, tibi, non minùs quam sacerdoti, aut religioso, dicitur. quin, propterea, ad lectionem illius surgis, vt gestu, paratum te significes, ad audiendum Domini tui mandatum, & spontaneè statim faciendum. Siue itaque verbum Dei legis, siue audis, tibi dictum puta, & ceu lectionem

nem hic, à summo Doctore præscriptam, quam in hoc sæculo cum omni sedulitate discas, sine errore, in reditu ipsius recitaturus, & de omnibus accuratam rationem redditurus. Cum S. Antonius, [a] templum ingressus, audisset Euangeliũ illud; *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesauros in cælo.* quasi soli sibi dictum putans, Domini regulam secutus est: quem si imitari nolis, in his quæ perfectionis; imitare saltem, in eis quæ sunt necessitatis: id est, fugà peccati, & obseruatione mandatorum Dei.

a *Athanasius in vita eius.* *Matth. 19. v. 21.*

II.

Estote misericordes. Misericordia, [b] *passio est, qua miseriæ, & malis proximi compatimur.* Fit autem tribus modis. *Primo* ex natura, & naturali affectu, quo, ad subleuandum proximum, mouemur: tum per dictamen rectæ rationis, duo hæc naturæ principia omnes docentis; *Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines & vos facite illis,* & *Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris:* tum, per inclinationem naturæ nostræ à Deo ingenitam, de qua dixit Iob, *ab infantia creuit mecum miseratio & de vtero matris meæ egressa est mecum.*

b *S. Tho. 22. qu. 30. art. 1.* Quid sit misericordia. Tribus modis proximorum miseremur. *Primo.* *Iob. 31. 18.*

Scribunt docti, quod senes, mulieres, infirmi naturaliter præ alijs misericordia moueãtur, quia miseriam, vel sentiũt, vel metuunt; diuites contrà, & qui luxu abundãt, difficilius. de quibus illa est Amos querela. *Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, nihil patiebantur super cõtritione Ioseph.* Cum tamẽ, *iustus,* vt [c] Salomon ait, & *iumentorum suorum animas* (id est vitam) *nouit: viscera autem impiorum crudelia.* Motio autem hæc *compassio* dicitur: quia per eam & nos aliquid patimur, ac (vt ita dicam) passionem cum patiente partimur. *Secundo* ex sola virtute, sine interiori passione. Atque hæc misericordia in sanctis est cum Christo regnãtibus, qui sine compassione, (id est, sine interno animi dolore) misericordes sunt: in gloria enim cęlesti dolor nullus est. Est etiam in Deo, cum nobis cõpatitur. *Tertio* ex horum vtroque; naturâ scilicet, &, quæ naturam perficit, virtute. sic Christus compassus est viduę cuius filius efferebatur in [d] Naim, & [e] Marthę ac Magdalenæ flens cùm ipsis mortem Lazari. Est autem hæc misericordia in hominibus pijs, qui tanto proximi sui malum sentiunt & dolent magis, quanto eos amant impensius. Amorem enim illa necessa-

Qui misericordes natura. *Amos 6. v. 6.* c *Prou. 12.* *Secundo.* Misericordia in Beatis & Deo. *Tertio.* d *Luc. 7. v. 11.* e *Ioan. 11. v. 35.*

a Ioan. 13. vers. 35.

Duplex caussa cur misericordia præ aliis virtutibus cõmendetur.

Prima.

cessario sequitur & cum illo crescit: non aliter quam cum ignis magnitudine & efficaciâ, æstus. Nulla virtutum est quã æque vt charitatem ac misericordiam mandat & commẽdat [a] Christus; quã ceu insigne posuit quo cognoscãtur discipuli sui. idq; duplici ex caussa, *Prima* est multitudo fructuum qui ex misericordiæ operibus nascuntur: neq; enim cælum duntaxat eis meremur, quia sunt tanquam orta ex charitate & gratia Dei, opera Spiritus S. & supernaturalis ac Diuini ordinis; sed & hic bona multa, semper quidem quæ animam, frequenter vero etiam quę corpus iuuent. *Altera* est magnitudo & multiplicitas aduersariorum à quibus virtus hæc oppugnatur. quicquid enim vel sua ipsius vel malorum hominũ, qui ministri eius ac instrumenta sunt, ope diabolus facit, non in alium finem fit quam vt hanc nobis virtutem eripiat. Ideo quosdam incitat qui conuitientur, maledicant, detrahant, bona imminuant, iniuria afficiant, qui verberent, lædant, mentiantur, fallant; vt eorum imitatores facti, charitatem amittamus, admissa ira, odio, inuidia. Quemadmodum itaque Capitanei plures illic statuunt milites, vbi plures vident hostes: ita propter oppugnantium multitudinem Christus quoq; monita præceptaq; charitatis & misericordiæ multiplicat. Post vltimam suã cœnam, integris quinque capitibus apud Sãctum Ioãnem [b] nihil egit aliud, quam vt hanc nobis virtutem commendaret. Et quidem voluit vt id vltimis verbis vltimoq; sermone fieret, quo firmior illius esset memoria, quin sermonem istum præstanti efficacique oratione conclusit, vt gratiam nobis amoris misericordis, à Patre cælesti impetraret.

Secunda.

Diaboli studia vt misericordiam nobis eripiat.

Simile.

b Ioan. 13. 14. 15. 16. 17.

Cur Christus misericordiam commendarit in vltima cœna.

III.

Dei erga nos charitas.

c Hierem. 23. 24.

d Isai. 6. 2.

e Is. 40. 12.

Sicut & Pater vester misericors est. Magnum omnino est quod Deus qui maiestate [c] sua *cælum* implet *& terram*, in quem summi Seraphin [d] vix audent adspicere [e] *qui mensus est pugillo aquas & cælos palmo ponderauit, qui appendit tribus digitis molem terræ.* qui omnia potest, omnia nouit, in quo omnes sunt pulcritudinis & diuitiarum thesauri, quod is, inquam, Deus dignetur esse Pater tuus, teque in dilectum filium adoptare; cum tamen se videat & omnia sua à te nihili æstimari, postponi homini mortali, impuræ mulieri, exiguo nummo, haustui vini vel

cereui-

cereuisiæ. O clemens & misericors Deus quantus est amor tuus, & quanta est cœcitas ac obduratio nostra! Aperi oculos nostros, emolli corda, vt & maiestatem tuam cognoscere, & de nostra possimus ingratitudine erubescere. Quia ergo Deus Pater noster est, petit Christus vt illum tanquam ingenui filij sequamur, eiq; fiamus similes: non quidem in omnibus, verbi gratia miraculis & ꝓdigijs quæ vires nostras superãt; sapientiã, pulcritudine, diuitijs, quæ ad salutem necessaria non sunt; sed in eo quod perfectissimum est, scilicet misericordia, quæ ex perfectissima virtute amore nimirum nascitur, & ad perfectionem nos ducit. Pro eo quod Lucas in presenti Euangelio habet *estote misericordes, sicut Pater vester cælestis misericors est*, Matthæus dixit *estote perfecti, sicut Pater vester cælestis perfectus est*. vt discamus perfectionem charitatis misericordis adducere nos ad perfectionem Christianismi, quomodo Christus dixit.[a] *Si vis perfectus esse vade vende quæ habes & da pauperibus & sequere me.* Considera itaque quænam sit in Deo quam imiteris misericordia. ac *Primo* vide non eam quæ ex naturali affectu oritur, sed ex virtute charitatis diuinæ: nam prior imperfecta est, neque cælestis præmij meritoria, sed quæ ex charitate est Deo placet, eique nos similes reddit. *Secundo* vide misericordiam communem sine personarum acceptione. vt quomodo [b] *Deus solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos æque ac iniustos*. ita & tu omnibus, sine exceptione, benefacias; vnum hoc considerans quod omnes ad Dei imaginem facti & pretioso Christi sanguine, quò regnum cælorum consequantur, redemti sint; item quod Deus omni nos proximo benefacere præcipiat. *Tertio* vide misericordiam simplicem, quæ nihil nisi proximi intendat profectum, vt mandat Apostolus *qui tribuit in simplicitate*, nec quærat vtilitatem propriam, quod auari solent, vt Sapiens testatur. *Datus insipientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius septemplices sunt*, id est non quærit vt auxilietur tibi; sed commodum vtilitatemque suam. Tu verò proximi quære vtilitatem, non propriam ac temporalem; alioqui non recipies mercedem aliam in futuro. *Quarto* vide *Liberalem*: Deus enim plura semper dat quam

Antithesis amoris Dei & hominũ ingratitudinis

Dei similes in quo esse debeamus.

Luc.6.36.

Matth. 6.45.

Misericordia Christianismi perfectio est.

a *Mat.19.21.*

Quam Dei misericordiam oportet consectari.

1. Eam quæ est ex charitate.

2. Communẽ.

b *Mat.5.45.*

3. Simplicẽ.

Rom.12.8.

Eccl.20.14.

4. Liberalẽ.

petimus, & optima potius quam vilissima. Paralyticus corporalem solum petijt sanitatem, & data est ei remissio quoque peccatorum. Rogabat bonus latro vt Christus, cum venisset in regnum suum, dignaretur vel meminisse duntaxat sui; & eodem ipse die in paradisum receptus est. Salomon sapientiam petijt, & cum hac diuitias præterea obtinuit & gloriam. Tu contra pauperi pauciora das quam petat, & reliquias canum famulorumque. *Quinto* vide perseuerantem: quoties enim vis, aut oras Deum, impetras quod salutare est. neque fatigatur Deus in auxilio tui, quomodo tu in subsidio proximi, quod conquereris tibi molestum, diuturnum esse, ac tædiosum. *Sexto* vide promptam imo preuenientem te: neque enim adiuuat tantum, quando imploratur Deus, de quo Dauid [a] *in quacunque die inuocauero te velociter exaudi me.* & Isaias [b] *tunc inuocabis, & Dominus exaudiet; clamabis, & dicet ecce adsum,* sed & auxilium offert sæpe necdum petentibus. Paralytico qui eum non nouerat dixit; *vis sanus fieri?* & oculis cæci, nihil ab eo petentis, lutum imposuit, eumq; misit ad natatoriam Siloe, vt ibi lauans visum reciperet.

Matth. 9. 2. *Luc. 23. 43.* *3. Reg. 3. 11.* *5. Stabilem.* *6. Promptã.* a *Psal. 101. 3.* b *Esaia. 58. v. 9.* Deus etiam non requisitus iuuat. *Ioan. 5. 6.* *Ioan. 9. 6.*

Corrige igitur, quæ in te imperfecta est, misericordiam; ad hanc misericordiam Patris tui cælestis, vt ab illo abundanter misericordiam recipias & ameris: similitudo enim conditionis, & morum, amorem excitat, & in eos peculiariter propendemus, qui sedulò nobis, & continuo opitulantur in officio isthoc, quod vtilissimum nobis simul & gratissimum est. Dei officium est & opus, vt hominũ salutem operetur; tu, quoties ex misericordia idem facies, Dei adiutor es, & præmium adiutorij huius ab eo recipies, quod habet (id est ipsum Deum,) visionem scilicet essentiæ Diuinæ, & comprehensionem.

Homo Dei adiutor. *1. Cor. 3. 9.* *3. Ioan. 21.*

IV. *Nolite iudicare.* Duo Christus prohibet iudicia. *Prius* continetur iam dictis verbis: iudicium scilicet de moribus & vita proximi. *Posterius* sequenti sententia comprehenditur; de fine scilicet proximi, & morte. Hæretici, cuiusuis etiam sectæ fuerint, quoties à nobis de hæresi monentur, & futuris pœnis; duas has Christi sententias semper replicant. nam cum hęreticos eos dicimus, & in peccato mortali, statuque damnationis vi-

Duo prohibentur iudicia. Ordinaria hæreticorũ replica.

nis vi-

nis viuere, in quo si moriantur non possint saluari, sed certo cum Diabolis sint damnandi, obijciunt statim, *nolite iudicare & non iudicabimini, nolite condẽnare & non condẽnabimini.* Operæpretium itaq; erit si verba hæc dilucidius paulo explicentur.

Certum est non omnia hic iudicia prohiberi: Magistratui enim, & Superioribus, tam ecclesiasticis, quam laicis non præripitur iudicandi, condemnandique autoritas: alioqui non possent, (quod tamen vt Scriptura docet ipsorum est) punire reos, remunerare bonos. Quod autem priuatum quẽque spectat, neq; is vetatur iudicare quod clarum omnibus, & ad oculum euidens, siue per rei confessionem, siue per Dei verbum, siue per iudicis sententiam. Itaque citra peccatum iudicabo te furem, vel homicidã, si furantem te, occidentẽue vidi; aut si, quia talis, à iudice mortis damnatus es; aut denique si talem te ipse mihi affirmaris. Similiter citra peccatum iudicabo te hæreticum, si ex verbis proprijs te aliter sentire deprehendam quam Romana Catholica Ecclesia sentiat, & credat: neque enim hæreticus aliud quid est, quam qui à religione hac deficit, & aliã eligit. Demũ citra peccatũ erit ꝙ dico damnandum te, si in peccato mortali, quale est furtũ, homicidiũ, impudicitia, Lutherismus, Caluinismus, Anabaptismus, moriaris: hoc enim pluribus locis Scriptura dixit. *neque fornicarij, neque adulteri, neque fures, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.* & *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, quæ prædico vobis, sicut & prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Quare si Christianus sum, Christique fidem profiteor, non licet vt dubitem quin vera sint quæ Scriptura dixit, cogorque de te, qui ex illis vnus es, fateri quod in statu damnationis sis, nec alium habiturus ab inferno locum, si talis moriaris. Iudicium hoc Christus non prohibet; sed magis omnibus Christianis illud mandat, cum sit de rebus fidei; imo si quis contrarium dixerit, quod scilicet aliquis homicida, fur, hæreticus, veneficus, ebrius, qui talis moritur, possit saluari, aut euadere damnationem æternam, hæreticus est, negat fidem, ac aperte cum verbo Dei pugnat. Ioannes cum

Nõ omnia iudicia prohiberi.

Rom. 13. 4.

Priuato vt liceat iudicare.

An hæretici possint iudicari.

1. Cor. 6. 10.

Gal. 5. 19.

An hæretici debeant iudicari.

Mat. 7. 16. scriberet *nolite credere omni spiritui, sed probate Spiritus si ex Deo sunt:* voluit vt iudicemus num hæreticus, an Catholicus spiritus sit, quin & ne fallat iudicium hoc, præfixit nobis ipse certam regulam. *ex fructibus,* ait, *eorum cognoscetis eos,* id est ex vita & doctrina: nam si aliter doceant quam in Ecclesia Catholica didiceris, aut si conformiter doctrinæ suę, aliter viuāt quam Catholica Ecclesia permittat, hæretici sunt, lupi rapaces, & hominum seductores. Vetat ergo Christus iudicia iniusta. qualia sunt *Primo:* cum ex leuibus & ambiguis signis, aliquid malum vel ex mala intentione factum iudicas: quod tamen ex bona fieri, ac bonum esse potest. verbi gratia quod oret quis, vel ieiunet, aut eleemosynam, aliudue simile faciat ex hypocrisi: nam quicquid indifferens est, & bene ac male fieri potest, semper in melius oportet interpretari, nisi de mala intentione speciatim constet. De hoc ait Apostolus: *fratres nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Secundo.* Cum ex mala intentione, neque vt proximum iuues; sed magis vt nomen & famam eius lædas, defectus vitiaque eius recenses, ac de ipso detrahis. tales monet S. Iacobus. *Fratres, nolite detrahere alterutrum, qui enim detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Tertio* cum occasione peccati semel deprehensi, proximum semper talem iudicas: vt, si quem semel videris ebriū, iudices ebriosum. cum tamen contingat aliquando, vt ante casum illum nunquam peccatum illud commiserit, & iam commissi eum pœniteat: sicut Petrum statim pœnituit negationis Christi.

Indicia illicita. Primo. 1. Cor. 4. 5. Secundo. Iacob. 4. 11. Tertio. Matt. 26. 75.

Porro illicita hæc iudicia, vt plurimū, ex vna quatuor harum caussarum oriūtur. *Primo,* quia ex nobis ipsis, nostraque malitia, de alijs iudicamus eos nostri similes: de qua Sapiens; *in via,* ait, *stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.* sic incontinens quis, si adolescentem videat aut Ecclesiasticum cum virgine loquentem, impudica eos, prout ipse solet, loqui arbitratur. Superbus omnes proximi sui sermones superbos, auarus homines omnes auaros, & de commodo proprio, etiam cum alios iuuant, sollicitos, ex se suisq; vitijs metitur. Hinc & illa hæreticorū nostri temporis existit persuasio,

Origo iudiciorum temerariorū. Primo. Eccli. 10. 3.

qua

qua impoſſibilem tam viris quam fęminis religioſis iudicant caſtitatis integritatem, aut paupertatis, & obedientiæ vota: quia & ipſi & miniſtri ipſorum impudici ſunt, auari, ſuperbi, propriæ voluntatis amatores. *Secundo*, ex mala contra proximos affectione: hæc .n. inducit, vt malum illud in eis iudices, quod optas. Tales erant Phariſæi, qui Chriſtum dixerunt potatorem vini, Samaritanum, habentem dœmonium, blaſphemum & latronem; vtpote quem, ceu latronum principē, medium inter duos latrones crucifixerunt. Nemo vnquam inimicus potuit de inimico ſuo bonū vel cogitare vel loqui. *Tertio* ex ſuperbia: dum ex aliorum reprehenſione ſanctiores videri affectamus. Hac ex cauſa Phariſæi arguebāt diſcipulos Chriſti quod ſabbatho vellerent ſpicas, & manibus non lotis manducarent. Hos Chriſtus hypocritas vocat quaſi ſimulatę fictæq; ſanctitatis. *Quarto*: vt peccata noſtra excuſemus: multi enim ſolātur ſe, ſi peccata ſua in alijs videant, quaſi propterea Iudęi à peccato fuerint liberi, quia Chriſtū Iudas prodidit, & peccantium multitudo imminuat grauitatem peccati, cum eam potius augeat. Qui cum multis vritur non minus; ſed magis quam is qui ſolus. Sicuti calidior eſt ignis qui multis, quam qui paucis lignis nutritur. Pij vero homines non cogitant malum, etſi in rebus ſuæ curæ & officij, ſæpe, ſed cum iudicij ſuſpenſione, timeant malum. Sic parentes de filiorum moribus oportet eſſe ſollicitos, ne quid impudici faciant, vel furti, aliudue ſimile. verum hoc (vt dixi) timoris eſt, non iudicij.

Secunda. *Tertia.* *Matth. 12. 1.* *Matth. 15. 2.* *Quarta.* *Simile.*

Et non iudicabimini. Ratio, qua perſuadearis ne alios temere iudices, hæc eſt; ne viciſſim ab alijs iudiceris. nihil certe aut moleſtius homini euenit, aut tœdioſius, quam ſi eius ſe negotijs alij immiſceant. hoc ergo malo ſi liberari velis, neminē iudica. qui alijs intendit, intendunt ei & alij, & cui alij diſplicent, alijs ſimiliter diſplicet. Hinc de Iſmaele ſcriptura dixit *manus eius contra omnes & manus omnium contra eum.* Qui vero neminē iudicat, nō demeretur hæc; ſed amatur ab omnib⁹ & laudatur, ſi omnia in bonum interpretetur. Fateor, fallit hoc nonnunquam ſi humana ſolum iudicia attendamus: etenim plures ſunt, qui, etſi neminē iudicent, hominū tamen iudicia (vt de

V. Cur non ſit temere iudicandum. *Gen. 16. 12.*

1. Cor. 4. (vt de se testatur Apostolus) non effugiunt. Facile inuenit malus, etiam in bonis, malum, & præcipue in Religiosis ac Ecclesiasticis, quorum tãto curiosior est obseruatio, quo maior digniorq; ordo. Sed loquitur hic Christus quid communiter, & vt plurimum euenire soleat.

S. Augustinus, & aliqui Doctores, de iudicio post hanc vitam verba Christi exponunt: etenim eorum qui nec temere, nec propter vehementiam passionum illicito; sed ex amore fraterno, mutui subsidij causa alios iudicauerunt, hæc erit merces, vt à Deo amicè, misericorditer, clementer, & sine rigore iudicentur. cum alijs vero, vt apud Matthæum dixit Christus, agetur austerius, *in quo iudicio iudicaueritis, judicabimini.* In hoc ergo iudicium ne incidas, sepositis proximi vitijs, in virtutes illius intende; S. Antonium imitatus; qui quid in singulis bonum esset & imitatione dignum, solet aduertere. Apum est ex floribus mel colligere, & ceram: venenum vero non nisi aranei sugunt. Quod si aperta tamen sint proximi vitia, saltẽ dona quoque, & virtutes eius consideres. in peccatis aũt S. Bernardi sequere regulã; nempe *Primo* interpretare si potes in melius. *Secundo*, Si malum euidens est, excusa intentionem; quasi ex ignorantia fiat vel inaduertentia. *Tertio* si nec hoc potes, magnitudine tentationis superatum cogita; quæ, si impugnasset, vicisset te quam ipsum facilius.

Matth. 7. 2.

Athanas. in vit. eius.

Simile.

Serm. 41. in Cant.

Regula S. Bernardi in proximorũ peccatis iudicandis.

VI.

Vt iudicãdum de fine proximi.

Nolite condemnare & non condemnabimini. Vetant hæc verba iudicium de fine proximi. non tamen vt quis vel sub dubio dicat, metuo vt sit damnatus, vel sub conditione, si in hoc impudicitiæ, odij, inuidiæ, hæresis, aut alterius peccati mortalis statu moriaris, citra dubium damnaberis: hęc etenim nõ nostra sunt iudicia; sed Dei verba, & iudicium per sacras literas pronunciatum. neque demum vt de eorum loquamur iudicijs, quorum perditio nobis Dei testimonio innotuit: verbi gratia, quod diaboli sint damnati, & Iudas proditor, Cain, Dathan, Abiron, Antiochus, & alij de quibus in sacris literis, item Simon Magus, Arius, Manes, & hæresiarchæ similes qui sine pœnitentia discesserunt, & cogniti sunt sic discessisse. Vetatur autem. *Primo*, Desperare de eo qui adhuc viuit,

Primo.

uit, eumque damnare: nemo enim ita malus qui non conuerti possit, siue in vitæ decursu, vt Dauid, Magdalena, Petrus, Maria Ægyptiaca, Theophilus, alijq; innumeri; siue in vitæ termino, vt bonus latro, Dimas, & aliqui de quibus historiæ. *Secundo.* Defunctum aliquem iudicare damnatum sine certis & magnis motiuis. Fit autem iudicium hoc dupliciter: *primo* explicè, vt si quis dicat, ille est damnatus: *secundò*, implicitè, si quis dicat ille discessit in statu damnationis, id est peccato mortali. Atque posteriori hoc modo hæretici, cuius etiam sectę fuerint, damnant parentes & maiores suos, omnesque Catholicos, qui intra 1500. annos, Catholicam fidem toto terrarum orbe secuti professiq; sunt: contendunt enim omnibus viribus, fidem nostram esse falsam, id est non esse fidem; cum, Apostolo teste, vna sit fides. Dein fateri debent, noua sua, quæ orthodoxam fidem dicunt, commenta, maioribus nostris incognita fuisse, quos scimus non in alia fide aut religione quàm nos modo teneamus, defunctos. Ex quo necessario conficitur, nec vnum eorum, iam inde ab Apostolorum temporibus, saluatū esse: *nam* [a] *sine fide* (vt disertis verbis habet scriptura) *impoßibile est placere Deo.* & [b] *qui non credit iam iudicatus est.* item [c] *qui non crediderit condemnabitur.* O nequam filios, parentum damnatores! cauete ab hac blasphemia, & fugite iudices calumniatores, qui nos temerarij iudicij accusant, cum ipsi orbem vniuersum iniuste damnent.

Secundo.

Ephes. 4. 5.

a *Hebr. 11. 6.*
b *Ioan. 3. 18.*
c *Mar. 16. 16.*

VII.

Remittite & remittetur vobis. O plenam misericordiæ sententiam. Tum tibi, quicquid in eum peccasti, ignoscet Deus; si proximo quod in te peccauit ignoscas. Peccata in Deum ineffabiliter grauiora sunt quam in homines; vt ex parabola illa serui apparet, qui Domino suo debebat decem millia talenta, cum ei centum duntaxat à conseruo deberentur denarij. Deus infinitæ maiestatis est; nos autem infirmæ & fragiles creaturæ. Deus cum sit summum bonum, nemini malè facit, neq; habet quod ei ignoscas; tu vero semper peccata habes multa, & quantumuis proximus peccet in te, tu quotidie peccas in Deum. Deus ignoscit seruo, tu conseruo, cum quo similis es conditionis, nempe similiter vt ille imperfectus. Quemadmodum ipse peccauit in te, ita & tu fortassis aliàs in illum

Mat. 18. 24.

Dissimilitudo remissionis diuinæ & humanæ.

illum peccasti, vel postea peccabis; quemadmodum ipse displicet tibi, ita & tu alijs multis. Nihilominus his nō obstantibus statuit misericorditer Deus, vt si quis proximo suo peccata remittat, ei vicissim omnia remittantur. Promissio certe hæc multum consolatur peccatorem agonisantem expectātemq; vt ad Christi tribunal iam iam citetur: neque .n. est cur timeat si omnia peccata proximo suo ex corde dimiserit. Respondeat Christo. Domine spopōdisti. *Remittite & remittetur vobis.* ecce ex corde remisi omnia, perfice igitur sponsionem tuam & omnia mihi remitte.

Sensus sanus diuinæ promissionis.

Non tamen intelligitur hæc misericors Christi promissio, quasi remittētibus statim sine dolore, cōfessione ac pœnitētia remittatur; cum impossibile sit, vt Dei gratiam peccator sine pœnitentia accipiat. Certa est Dei voluntas & stata lex, vt peccata omnes Sacerdoti Vicario suo, sacramentaliter confiteantur. Intētio igitur Christi ea est; q̄ ei, qui ex corde suo remittit quicq̄d in eū ꝓximus peccarit, omnia quāta & quotcunq; fuerint peccata, remittentur, si prout debet à Deo remissionē petat (id est) cum dolore peccata cōfiteatur: ei vero, qui ꝓximo non remittit, quotiescunq; etiam confiteatur, & pœnalia pro peccatis opera faciat, non remittetur; quia in eo charitas Dei non est, quæ cum proximi odio simul nō potest consistere. Odit Deus homines istos, & ad extremum, licet multa pro nomine suo operatos & passos, deserit. Cuius rei terribile exemplum narrat Simeon Metaphrastes Antiochię Syrię anno Domini 260. contigisse. Nam Sacerdos quidā Sapritius nomine, ꝓ fide illic captus, graues dolores ac tormēta superauit, vt capitis abscissione martyrij coronam perciperet. ad hunc vero accessit Christianus quidam Nicephorus, qui alias Sapritiū offenderat, neq; adhuc ei erat recōciliatus. Aduolutus ergo ad Sapritij genua, præcedentis peccati supplex deprecabatur veniā, ne videlicet Sapriti⁹ ita offenso iratoq; animo discederet, ac martyriū cōtaminaret. Verū negat illam Sapritius, & quantumuis instantis Nicephori preces indignās reijcit. Displicuit res ista Deo grauissimè, q̄n perseuerādi gratiā ei ꝓpterea, ac paratā instantemq; iam coronā subtraxit, Etenim cum gladio feriendus, genuiam flexurus esset,

To. 1. Surij die 9. Febru. Exemplum animi iniuriarum memoris.

quasi

quasi in hominem alium mutatus aperte proclamat : nolo mori, paratus sum negare Christũ, & seruire idolis, quib. dein gẽtilitio ritu statim thus adoleuit. Quod cũ videret Nicephorus, de ꝓximi sui tam graui casu multum tristis, clara voce exclamat. Ego Christianus sum, illius me loco occidite. idq; ita factũ est, & p̃repta est alteri corona. Quocirca caue tibi ab odio & iracundia. *neq; super ea occidat sol.* Repete ꝙ scripsit Sapiens. *Relinque proximo tuo nocẽti te, & tunc deprecãti tibi peccata soluẽtur. Homo homini reseruat irã & à Deo quærit medelã? In hominẽ similẽ sibi nõ habet misericordiã, & de peccatis suis deprecatur? Ipse cũ caro sit, reseruat irã & propitiationẽ petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius.* Ephes. 4. 26. Eccl. 28. 2. Gnome ad facile ignoscendum.

VIII.

Date & dabitur vobis. Dedit Deus hominib. omnia; singulis iuxta suã conditionẽ, nõ vt his ad priuatũ duntaxat vterẽtur commodũ, sed vt & ꝓximis subuenirẽt. quod qui facit maioribus se, & plurib. dignũ reddit. Nõ capiũt istud auari, & proprietatis amatores; quibus perditum videtur ꝙ suo vsui non applicãt. proximos nõ iuuãt, nisi data mercede tẽporali; pauperib. nihil distribuũt, nisi reliquias quę nulli⁹ palato placẽt, axioma eis videtur ꝙ *ex nihilo nihil fiat,* & perditum sit quicq̃d datur gratis. Quorũ omnis sollicitudo est de necessitate quæ obuenire possit; neq; cogitãt à Deo administrari mundũ hũc, q̃ liberalibus promiserit liberalitatẽ, misericordib. misericordiam. Refert Cæsarius,[a] & post eum S. Antoninus [b] Florentinus Archiepiscop. de quodã Benedictinorũ cœnobio, cuius Abbas, quia multum liberalis erat in pauperes, officia omnia in homines eiusdem virtutis distribuerat. Ditabaturque cœnobium, omnibus interim qui illuc diuertebant liberaliter habitis. Post obitum vero Abbatis huius, contigit alium eligi qui frugalior videri voluit, & ad rem attẽtior. Quare exauthoratis eis qui liberaliores erant, alios substituit sibi similes. Raræ erant & exiguæ eleemosynæ, excludebantur aduenæ, omne studium erat vt cœnobij res parcimonia crescerẽt: sed exitu plane contrario, deficiebat cœnobium, resq; ita accidebantur, vt sustentandis religiosis vix sufficerent. Accessit aliquando senex aliquis, in Dei nomine hospitij petens locũ; cui ianitor de paupertate conqueritur cœnobij, ante tam potentis & diuitis. Respondit autem senex; solent hic habitare

a Lib. 4. Dial. c. 61. b Par. 4. histor. Exemplum liberalitatis.

tare sorores duæ, datæ & dabitur, quarum priorem didicistis altera vero, quia à se mutuo separari nolunt, fugit. reuocate itaque illam, & ista quoque redibit. Quo dicto euanuit, erat enim angelus. Ianitor autem indicauit omnia abbati, qui prædecessoris sui reuocans charitatē, cœnobium priori loco opibusq; restituit. Crede itaq; Deo cuius verba fallere nesciunt: omnis .n. pusillanimis auaritia, ex fidei defectu nascitur.

IX. *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* Danti non tantum dabitur; sed & tum hic, tum in futuro multo quam dederit dabitur amplius. vti pluribus noui & veteris testamenti exemplis monstrauit Deus. vidua Sareptana, pro exiguo pane quem Eliæ coxit, accepit vt hydria farinæ & lecythus olei non deficerēt. Mulier Sunamitis, quia Helisæum hospitio suscipere solebat, filium, ante sterilis, obtinuit, præterea vt à morte suscitaretur, omniaque ei bona mandato regis restituerentur quæ iam per septennium dimiserat. In historijs quoque Ecclesiasticis plura sunt, nobis tamen nimium prolixa, ad hanc rem exempla. Quorum tria hic vel quatuor recensebo, pro sententiæ iam dictæ confirmatione. quòd scilicet danti eleemosynas, dabitur mensura, quæ quatuor has conditiones habeat, id est quę *Primo* sit *bona.* In vrbibus aliquibus & regionibus vlnæ, pocula, amæ, modij & alia mensurarum genera maiora sunt quam in alijs. hæc autem mensura maxima erit, nempe cælestis quæ omnes mundi mensuras excedit. *Secundo* erit *conferta*, id est, multum cōdensata, quomodo lanam stipamus aut linum in saccos, vt hi plus capiant. *Tertio* erit *coagitata*, quo modo frumentum agitatur in modio ne quis locus vacuus sit. *Quarto* erit *supereffluens*, id est, plus infundetur quàm admittet. Hæ quatuor conditiones, quæ omnia mensurabilia comprehendunt liquidorum; vt vinum, ceruisiam, oleum, &c. frumentorum; triticum, pisa, fabas. lineorum; vt pannum, lintea; eorum denique quæ pondere væneunt, vel numero, significant omnia eleemosynarum genera, in quacunque re fiant, acceptura plenam mensuram, hic aliqua ratione, in futuro autem supereffluenter. Doctorum aliqui per *mensuram bonam*, temporalia intelligunt, & diuitias quas eleemosynarijs hic

Quam liberaliter Deus beneficia refundat.
3. Reg. 17. 16.
Exempla.
4. Reg. 4. ca. 4. & 8.

Quadruplici mensura Deus beneficia remetitur.
1. Bona.
2. Conferta.
3. Coagitata.
4. Supereffluente.

Alius sensus loci.

hic largitur Deus. per *mensuram confertam* dona naturalia, vt valetudinem, ingenium, longiturnitatem vitæ. per *mensuram coagitatam* dona spiritualia, remissionem peccatorum, Dei gratiam. per *mensuram supereffluentem* denique gloriam æternam. de his enim omnibus & in scriptura promissiones, & in historijs reperiuntur exempla. Ac *primo* de rebus temporalibus dixit Sapiens. *De primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt.* Et *da Deo secundum datum eius quoniam Dominus retribuens est & septies tantum retribuet tibi.* Scribit Ioannes Moscus Euiratus, fuisse Nisibi gentilem quendam opificem, cui vxor erat Christana, & multum diligens vt eum ad eandem fidem adduceret, cui magnum à mariti stupiditate erat impedimẽtum. Lucratus erat hic 50. numismata (sint 50 floreni) rogatque vxorem, num consultius foret ea exponere alicui, & cuinam ad lucrum. Annuit illa neminemque dixit commodiorem præ Christianorum Deo, qui copiosius multo fœnus quam alij reddere soleat. Rogat ille vbinam inueniatur hic Deus. mulier cum ipso in Christianorum templum ingreditur, monstratisque pauperibus, hos dixit pecuniam Deo laturos. vbi ille pecuniam statim omnem distribuit; sed elapsis tribus mensibus, vxori queritur de non præstita solutione à Christianorum Deo, quæ eum ad templum, in quo distribuerat pecuniam, ablegat. siquis ibi forte ei aliquid reddat. Iuit ille, & circumspectis omnibus neminem vidit qui aliquid daret; sed vnum duntaxat, ex nummis distributis, humi iacentem. Rediens ergo domum vxori cõqueritur quod neminem vidisset, sed nummum tantum; illa bono animo esse iubet, quia initium istud fuerit solutionis. Interea ad forum is vadit, piscem emturus: & panem: aperto autem pisce, inuenit vxor eius splendidissimam gemmam, quam à prandio statim maritus ad aurifabrum deferens, pretium quærit. Spondet ille 5. florenos. stupens vero alter de pretij magnitudine, ecquid tanti eum emere velit percunctatur. Sed ironicè id factum suspicatus aurifaber, propter prioris pretij vilitatem, iam decem florenos promittit. Donec altero præ stupore iterum rogante, altero rem ironicè agi timente, pre-

Prou. 3. 9.
Ostẽditur id in bonis tẽporalibus.
Ecc. 35. 13.
In prato spirituali cap. 185. & post illum Bredenbach. l. 6. Collat. cap. 20.
Exemplũ.

tium ad viginti, paulatim, triginta, quadraginta, & quinquaginta florenos adſcenderet, quos ſe iurauit daturum. Verum noluit alter quod aduerteret iam maioris pretij gemmam eſſe; ac tandem trecentis ei florenis vendidit. Quos cum domum retuliſſet, vxor ei Chriſtianorum fidem ſuaſit, qui tam benignum ac liberalem haberent Deum. atque ita conuerſus & baptiſatus eſt. Ecce mercedem temporalem, ſimul & ſpiritualem, in conuerſione ad veram fidem.

Oſtenditur 2. in donis naturæ. *Secundo* de donis naturæ ſcribit Dauid: *Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conſeruet eum & viuificet eum & beatum faciat eum in terra & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius.* Et, *iucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponet ſermones ſuos in iudicio, quia in æternum non commouebitur.* Tales fuerunt quotquot vt eleemoſynarij celebrantur. S. Ioannes Chryſoſtomus pauperum pater, multas paſſus eſt, vt ſancti ſolent, aduerſitates; habuit tamen excellentiſſimum donum naturale, eloquentiæ ſcilicet: ita vt populum, quocunque liberet, duxerit & flexerit. S. Gregorius Papa peculiaris pauperum amator, ornatus fuit dono diſcretionis: vt manifeſte in libris curæ Paſtoralis patet. Sanctus Ioannes Patriarcha Alexandrinus, qui Eleemoſynarius communi vſu appellatur, quam comis fuerit & affabilis ex naturali quadam gratia, teſtis eſt Leontius Epiſcopus in vita. Solent omnes omnino miſericordes peculiaria habere dona; ſanitatis corporalis, aut raræ eruditionis, aut natiuæ authoritatis, aut amabilitatis in moribus: nam & apud homines tales vult exaltare Deus.

Pſalm. 40. 1. *Pſal. 111. 5.* *Exempla.* *Reperitur to. 1. Surij die 23. Ianuar.*

Oſtenditur 3. in donis ſpiritualib. *Tertio* de donis ſpiritualibus habemus promiſſionem Angeli Raphaelis. *Eleemoſyna*, ait, *à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata.* Similiter Apoſtolus ait quod eleemoſyna abundare faciat *in omni opere bono, ſicut ſcriptum eſt, diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.* Docet id exemplo ſuo Cornelius Centurio, cui ab Angelo nominatus eſt Sanctus Petrus, veri Dei, veræque fidei doctor, eleemoſy-

Tob. 12. 9. *2. Cor. 9. 8.* *Pſal. 111. 9.* *Act. 10. 4.*


mosynarum & orationis merito. Pulcherrimum huius rei exemplum habet Ioannes Moscus, de virgine Alexandrina gentili & diuite: nam cum in pomario suo virum vidisset, nectentem ex arbore laqueum, quo se, quia non erat soluendo æri alieno, suspenderet; tacta compassione, facultates suas ad eum attulit. quibus ille quidem soluit omne debitum, sed virgo ipsa ad extremam inopiam redacta est, ita vt impudicitiæ se, quærendi victus caussa, dederit. Postea tamen in se conuersa, de peccatis doluit, & ab Episcopo baptismum petijt. quo de Patrinis ac Susceptoribus, qui pro consuetudine eam præsentarent, inquirente, nemo propter præcedentis vitæ infamiam inuentus est qui id susciperet. Sed cum iam diu reiecta fuisset, ecce accessit ad eam Angelus, specie viri illius pro cuius debitis facultates suas impenderat; spondens adducturum se duos, qui eam de sacro fonte susciperent. Adduxitque duos Angelos, qui in specie nobilium accesserunt ad sacerdotem, petentes ab eo vt virginem hanc, quam ipsi vellent suscipere, baptisaret. Atque ita baptisata est. Cum vero Episcopus de his patrinis inaudisset, vocat ad se nobiles illos quorum Angeli speciem sumpserant, & causam quærit cur mulierem tam infamem, ex baptismo suscepissent. Illi autem, vtpote quibus res ignota erat, id à se factum negabant. Donec enarrasset mulier quam misero illi olim fecerat eleemosynam, & sponsionem sibi præstitam, ex quibus rem omnem ab Angelis gestam illi collegerunt, ipsa vero statim ad Episcopi pedes concidit & expirauit. *In prato spirituali c. 207.*

Quarto de præmio regni cœlestis plena est Scriptura promissionibus, & peculiaris locus est, cum in iudicio scribitur iudex dicturus, *Venite benedicti patris mei, possidete regnum quod vobis à constitutione mundi paratum est: esuriui enim, & dedistis mihi manducare.* Vbi mox idem de alijs subditur misericordiæ operibus: Scribit Ioannes Moscus, fuisse in ciuitate Cyrenensi Philosophum, nomine Euagrium, qui cum ab Episcopo suo Synesio conuersus ad fidẽ, audisset quod Christus redderet in futuro pro eleemosynis centuplũ; accessit ad eũ portãs secũ 300. aureos. *Ostenditur 4. de donis regni cœlestis. Matt. 25. 34. Cap. 195. Prati spirit.*

Dixitque ei distribue hos pauperibus; sed ita vt mihi chyrographum tradas recepturum me à Christo centuplum post mortem. Fecit, scripsitque Episcopus. Post aliquod vero dies moritur philosophus, & morti iam vicinus mandat filijs, vt cum ipso chyrographum istud simul sepeliant, nemine prætereea conscio. Quo vt iusserat expleto, post triduum, defunctus Episcopo apparet in somno, dicens mihi iuxta sponsionem tuam satisfactum est; vade itaque ad sepulcrum meum, ibique chyrographum tuum recipe. Episcopus ignorans vbinam chyrographum esset, à filijs illud repetijt. qui illud vna cum parente suo, propterea quod is ita mandasset, sepultum confessi sunt. quapropter cum clero omni Episcopus sepulcrum accedit, quo aperto chyrographum aduertit in manu defuncti, imo defuncti ipsius manu ita subscriptum. Ego Euagrius philosophus, fateor mihi, iuxta sponsionem hic scriptam, satisfactum esse; ideoque te obligatione tua libero. Vide quid valeat eleemosyna tum hic, tum in futuro, vbi mensura erit valde bona, valde conferta, ad summum valde coagitata, sic vt nihil siue in corpore, siue in anima futurũ sit sine gloria; omnia membra, & vires, imo quicquid in animo est, & corpore, plenum gloriæ erit & iucunditatis. Demum erit mensura supereffluens, quomodocunque te siue ad exteriora conuertes, siue ad interiora, nihil videbis præter gloriam, quæ ita excedet modum vt non illa in te, sed tu, sicut *Matt. 25.21.* Christus dixit, intres in illam. Dabunt autem hanc tibi mensuram simul cum Christo omnes Sancti, optantes tibi omne bonum; præcipue tamen pauperes ei quos hic foueris. qui, vt promisit Christus, recipient te in ęterna tabernacula. Dabunt *Luc. 16. 9.* quoque mensuram hanc *in sinum tuum* vbi eorum soles abscondere eleemosynam; id est, gloria erit ab intus, ita vt vbicunque fueris, tecum illam circumferas: nam *de ventre tuo flu-* *Ioan. 7. 38.* *ent flumina aquæ viuæ* (id est) origo gloriæ erit in anima tua, diuinam essentiam contemplante, & ab hac in corpus deriuabitur. Quis ergo ita ignauus qui tam exiguo tam magna non emat.

X. *Eadem quippe mensura qua mensi fueritis remetietur vobis.* Sententia hęc misericordiæ, iustitiæ, & sapientiæ plena est. Misericor-

ricordiam Dei vides: quia etsi nihil tibi debeat, & dare tibi vult; & dimittere; modo dederis ipse, & dimiseris proximo tuo. Iustitiam quoque: quia eadem vtitur mensura. Sapientiam denique: quia vtrumque & bonum scilicet, & malum conuenienter valde remunerat. quia vtrumcunque feceris, reddetur tibi; idque frequenter hic, semper autem in futuro. *Exempla.*
Adam commisit peccatum superbiæ quia voluit sicut Deus scire bonum & malum, sed *similis factus est iumento insipienti,* *Gen. 3. 22.* *Psal. 48. 13.*
voluit Nabuchodonosor venerari vt Deus, & eiectus est cum bestijs ac feris. exultauit Herodes audiens populum sibi acclamātem *Dei voces & non hominum*; sed comestus à vermibus exspirauit. Herodes alter occidit innocentes; sed amisit omnes suos liberos, vniuersaque eius familia, quæ amplissima erat, breui interijt. habuit Adonibesec 70. reges, *præcisis manuũ & pedum summitatibus.* idem porro illi euenit. voluit Lucifer esse similis altissimo; sed factus est inter diabolos maxime deformis, & præcipitatus in altissimam mundi, ac inferni abyssum. Peccauit diues epulo in ciborum, ac vestium luxu: sed peccata hæc æternum iam grauissima siti, & vestitu flammæ infernalis puniuntur: Lazarus contrà pauper hic fuit, & abiectus: iam vero diues est, & honoratus. Mater Dei omnium hic fuit humillima; nunc super omnes creaturas est exaltata. *Dan. 5. 21.* *Act. 12. 22.* *Matth. 2. 16.* *Iudic. 1. 7.* *Esa. 14. 12.* *Luc. 16. 19.*
Recogita hæc diligentius; membra, quibus vel bene, vel male operaris congruam sibi mercedem accipient. Occupa intellectum meditationibus sacris, quæ in amorem Dei te inflamment, vt maiorem gloriam recipias, Deumque perfectiꝰ videas, in quo essentialis est beatitudo. quæ, pro diuerso charitatis & gratiæ gradu, maior erit vel minor. Si castigas corpus, vel toleras fortiter quicquid à Deo tibi vel hominibus infligitur, erit postea corpus tanto gloriosius, & præcipue ea membra in quibus passus es. Si bona pauperib. distribuis, habebis in cœlo habitationem magnam & pulchram. Scribit enim Gregorius quod eleemosynæ in cœlis arces ædificent, & Christus dixit quod illic thesauros magnos congregent. Quod ergo illic optas, hic præpara: deformantur ibi corpora hic ornata; vestis autẽ vilis & grisea, aut etiam pannis obsita, modo propter Deum hic vsurpetur, ibi omnibus mundi thesauris præfertur. *Lib. 4. Dial. c. 36.* *Luc. 16. 9.*



XI. *Dicebat autem illis & similitudinem, nunquid potest cæcus cæc n ducere? nonne ambo in foueam cadunt.* Nemo vnquam indoct s præsumat docere alios quod ipse nescit: quia ambo in g i- ues errores labentur, vt exemplo hæreticorũ patet: qui, q a docent quod nesciunt, & repræhendunt quod non intel i- gunt, suas discipulorumq; suorum animas perdunt. Nen o etiam ad Sacerdotũ, præcipue vero ad docendi, vel conf s- siones audiendi officium promoueri velit, nisi in Theolog i- cis sufficienter versatus: nam alioqui peccata iudicabit n n esse peccata, cum indoctis Pharisæis, & contra. Non est D o- ctorum esse cæcos aut indoctos, etsi in subditis aliqua cæ i- tas laudabilis sit; cæca scil. obedientia, & quę nõ inquirat c i- riose causas, quoties nihil mandatur aperte contrariũ De o. Imo in hoc est omnis perfectio obedientiæ, vt quicquid mã- dat facias corpore & opere, voluntate libẽti, intellectu cęco, illud iudicans bonum, & intellectum intellectui Superio rũ submittens. Sic enim fiet vt in omnibus sis obediens, cor- pore, voluntate, intellectu.

In subdito qualis cæcitas laudabilis.

XII. *Non est discipulus supra Magistrum, perfectus autem omnis erit si sit sicut Magister eius.* Arguuntur hic omnes hæretici, qui non solum nouas doctrinas in orbem inuehunt; sed & sapientio- res se iactant antiquioribus Ecclesiæ Doctoribus, & Maiori- bus, qui non aliam à Catholica nostra religione fidẽ, nostris his prouinciis intulerunt. Audet Lutherus [a] se Augustino, Hieronymo, alijsq; pluribus doctiorem scribere: [b] Caluinus omnes antiquiores Patres errasse iactat. Queruntur Centu- riatores quod à primo statim seculo, per Episcoporum ne- gligentiam, errores multi in Ecclesiam paulatim irrepserunt. Quiuis hodie explicat Scripturas, veteresq; explanatores re- iicit. Sed impingunt hi omnes Christo mendacium, q; disci- pulum hic dixerit non esse supra Magistrum. Imitamini vero vos fidem Patrum, intuentes exitum conuersationis eorum, omnemq; vitate nouitatem: in fide.n. periculosa est. Propria iudicia signum insipientiæ sunt, & proprium arbitrium ge- nuina est superbiæ filia; neutrius ope paratur vera salus.

Hæreticorũ iactantia.
a *Aurifaber in colloq. Mensalib. fol. 474. & seqq.*
b *Lib. 4. instit. c. 12. §. 20*
Heb. 13.

XIII. *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras?* Facit inordinatus nostri ipsius a- mor

Simile.

mor vt vitia propria non videamus; quomodo adoleſcentũ qui amicas ſuas inſane amant, vt in eis vel næuos nullos aduertant, vel quos aduerterunt extenuent. In proximis vero noſtris vel minima quæq; : tum quia parum amamus, tum quia eum directe, nos ipſos autem tantum velut in ſpeculo videmus. In vitis Patrum narratur, quod Abbas Pior, cum aliquos de alienis audiſſet vitijs differentes, acceperit ſaccum magnum, quem prius arena impletum & in tergum reiectũ baiulabat, manu portans ſportulam quæ parum habebat arenæ, atque hanc continuo intuebatur. Rogatus autem quid iſta ſignificarent: ſaccus, inquit, hic qui multum habet arenę, vitia mea ſunt, quæ, quia intueri nolo ne eadem defleam, in tergum reieci: ſportula vero hæc proximi vitia ſunt, de quib. quotidie ago. Peccatum certe hoc quotidianum eſt. Quocunque conueniant homines de alienis defectibus colloquium inſtituitur; cum tamen plures in nobis ipſis ſint. quin quo fuerit perſona dignior, eo plures inuenimus: verbi gratia in Superiorib⁹, Eccleſiaſticis, Religioſis, homo enim quo eſt altior, eo videtur à pluribus vt etiam ſupra diximus. Contingunt autem in re hac peccata plurima. *Primo* enim ſumimus nobis quod Dei eſt, qui ſolus omnium eſt iudex, præcipue intentionum cordis, quæ hic oculi nomine ſignificãtur. cum ex mala iudicamus intentionę factum, quod ex bona fieri potuit. *Secundo.* Non facimus alijs quod volumus fieri nobis. *Tertio.* Docemus alios mala de proximis loqui; prouocatur enim exemplo noſtro, vt quæ ex nobis audiuit, alijs viciſſim narret. *Quarto.* Damnamus nos ipſos coram Deo, repræhendentes eorum vitia quibus nos multo habemus plura. Iudicium certe eſt mali vitioſique animi, raro intueri bona, ſemper mala. Porcorum iſta eſt indoles, qui lutũ ſemper, aliaſq; ſordes ore refodiũt. Horum ſimiles ſunt detractores, qui in alijs inueniunt mala, bona vero in nemine niſi ſeipſis; quin fatuo ſe amore amant.

Lib. 4. *Exemplũ.* In alienis vitiis lyncei. Multis modis in aliorum vitiis taxandis peccari. *Primo.* *Secundo.* *Tertio.* *Quarto.* *Rom. 2. 3.* *Simile.*

XIV. *Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater, ſine eiiciam feſtucam de oculo tuo; ipſe in oculo tuo trabem non videns?* Non tantum prohiberis iudicare proximum ſolus, aut apud alios, de peccatis quibus ipſe maculatus es, aut minoribus quam tua ſint: ſed & repre-

& reprehendere vel arguere; nõ quia correptio mala ſit, ſed quia in te iudiciũ eſſet cæcæ & arrogantis ſuperbiæ. Qui omnibus ieiunij diebus carnes edit, & ſe inebriat, male eum, qui ſemel ieiuniũ non obſeruat, corripit, ſimiliter ſemel fornicantem, perpetuus adulter; & is qui iram ſeruat, eum qui ex ſubita concitatione iraſcitur. Quare qui verbum Dei pro concione tractant, & vitia publicè reprehendunt, ſibi primum ab his caueant: ne hominibus ludibrio ſint, quaſi alios doceant quæ neſciunt, & factis negent, quod verbis affirmant. Fatentur enim mandata Dei eſſe ſeruatu facilia, iudicia Dei eſſe rigida, iuſta, & ineuitabilia, peccatum mortale quodlibet mereri pœnas inferni, eaſque ineffabiliter magnas eſſe, intolerabiles, & æternas; & tamen omnia hæc factis diffitentur. Habent hi trabes in oculo: quia peccata quę ſæcularibus & ſubditis parua ſunt, Eccleſiaſticis & Superioribus ſunt magna: *nugæ* (dixit Bernardus) *ſunt nugæ ſed in ore ſacerdotum blaſphemiæ.* Malè parentes grauiter exigua filiorum peccata puniunt, ſi exemplo eos aliter præeant; peius vero qui peccata hęc iuramentis corripiunt & execrationibus. neque enim ſola parentum exempla filios docent, ſed ipſæ etiam iurationes & imprecationes aliquid ſecum mali ferunt.

Concionatorib nominatim cauenda vitia

Li. de conſid. ca. vlt.

XV. *Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris tui.* Non vetat hic Chriſtus ne peccator peccatorem, aut maior minorem arguat; neq; peccare eum dicit qui id faciat: etiamſi enim iudex, pater, ſuperior, in peccato ſit; nihilominus tenetur, vt quod officij ſui eſt, faciat, & ſecundum iuſtitiæ regulas peccata filiorum aut ſubditorum, etiam ſuis minora puniat. Verum *primo* monet vnumquemque qui aut velit, aut debeat proximum corripere, vt ab ipſo ſe incipiat, ſui notitiam quærat, ſibi rigidus. Miſericordiæ enim opus correptio eſt. Miſericordiam autem nobis ipſis magis, quam alteri debemus, & primum magis indigenti, id eſt, qui plures defectus habet, & maiorem ſpondet ſpem correctionis. Hinc vero conſequens eſt teneri quemque vt ſe primum corripiat: nam & peccata tua grauiora ſunt, & correctio ex te ipſo pendet, & nemini maiorem debes quam tibi ipſi dilectionem aut curam. *Secundo* repre-

Ordo correctionis.

reprehendit Christus hypocritas, qui vt iusti videantur, aliorum obseruant & reprehendunt vitia, tanquam ipsi peccatorum puri essent, quo modo Pharisæi mulierem, in adulterio depræhensam, ad Christum adduxerunt. quibus ille respondit, *qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat.* Ioan. 8. 7. Innuens eos aut similibus, aut grauioribus peccatis obnoxios. Significat id vox *hypocrita*, qua Christus hic vtitur. Genuinus enim hypocrita est, qui, cum velit permanere malus, affectat tamen videri bonus, Quare omnium primo in te oculos conijce, conscientiam emunda, depone affectiones, & defectus, sic potens irreprehensus ex vero amore proximum instruere, & ad virtutem perducere.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, misericors Deus, & Domine liberalis, fons omnium bonorum, qui peccata nostra benignißimè frequentißimeq́; condonas, qui neminem ad te venientem, & ex animo deprecantem abijcis, sed omnium misereris, & vota supplicum excedis: Rogamus te nos ingrati, miserere nostri, tolle peccata nostra, & gratiam tuam nobis largire, nosq́; tibi in mansuetudine, misericordia, liberalitate, omnibusque conforma virtutibus. Auxiliare superioribus nostris. vt sapienter, ac misericorditer quod iustum est semper iudicent: Christianos omnes ab iniquis iudicijs, à detractione, & curiosa alienorum vitiorũ obseruatione custodi: diuini amoris ignem in nobis omnibus accende, quo nostra castigemus, aliena delicta tegamus, & proximos omnes diligamus. Excita in nobis opera misericordiæ, vt condoleamus miseris, succurramus egenis, consolemur afflictos, instruamus ignaros, & quibus ope nostra opus est cum omni charitate adsimus, sicq́; ad perfectam charitatẽ adducti proposita vera charitati præmia capiamus: hoc te poscimus Iesu Christe, creator noster, Saluator noster, qui cum Patre & Spiritu Sancto regnas per omnia secula seculorum. Amen.


DOMINICA II. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Lucæ 14.



N illo tempore dixit Iesus Discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam fecit cænam magnam, & vocauit multos: & misit seruum suum hora cænæ dicere inuitatis, vt venirent. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: villam emi, & necesse habeo exire & videre illam. Rogo te habe me excusatum. Et alter dixit: iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excusatum. Et alius dixit; vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reuersus seruus nunciauit hæc Domino suo. Tunc iratus Paterfamilias, dixit seruo suo: exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos & claudos introduc huc. Et ait seruus; Domine, factum est vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait Dominus seruo: exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cænam meam.

Breuis explicatio Euangelij.



VM aliquando Dominus Iesus in domo cuiusdam principis Pharisæorum accumberet, optimas instructiones tam conuiuis, quam hospiti ipsi dedit: ita

ita vt quidam eorum iam motus dixerit *beatum qui manducaret panem in regno Dei*. Ex his deinde verbis Christus oportunitatem sumsit, vt per similitudinem doceret quinam ad hanc beatitudinem admittendi; qui contra, & cur excludendi essent, Iudæi videlicet eorumque Principes. qui licet sint primi vocati, quia tamen noluerunt venire, excludentur; succedentque eis gentiles vocati ex vniuerso mundo. Parabola est hominis diuitis, qui voluit ciuibus suis dare cœnam magnam, inuitatis ad eam ciuitatis Principibus, & Optimatibus. Quos dein hora cœnæ iterum per seruos vocauit, quia omnibus præparatis tempus iam erat vt venirent. Nemo autem illorum venire voluit: sed excusauerunt se; friuolè tamen & frigidè. Vnus quod vellet videre villam, alter quod iret probare iuga boum, tertius quod vxorem duxisset. Dominus autem merito indignatus, cum nollet sumtus frustra impensos, mādauit famulis vt in ciuitate primo omnes pauperes, cæcos, claudos, aliosq; id genus citra delectum ex plateis accerserent, qui non facile propter paupertatem recusaturi erant. Dein, quia plures locus capiebat, iubet vt extra ciuitatem, è vijs & sepibus, vbi solent se refocillare fatigati, omnes peregrinos adducerent: imo, si quis fors præ verecundia non auderet, compellerent. Quo facto dixit Dominus, *Amen dico vobis* quia *nemo virorum istorum qui vocati sunt*, & noluerunt venire, *gustabit cœnam meam.*

(∴)

Docu-

Documenta primæ Concionis.

I. DIXIT *Iesus discipulis suis parabolam hanc.* Dixit hanc parabolam Iesus ad mensam inuitatus à Pharisæo, magis volente Dominum obseruare, quam cibare. nihilominus non iuit duntaxat Christus ad eum, sed & boni illic multum præstitit, sanans hydropicum, & præsentes omnes instruens: quærebat enim omnibus benefacere, accepta omni quantulacunque etiam oportunitate, nihil inremuneratum dimittens. Propterea fac quotidie quicquid boni potes vt Christo occasionem des etiam tibi vicissim benefaciendi. Instruit autem hac parabola, authore Theophylacto, hospitem suũ; quòd melius sit, & saluti vtilius, si pauperes vocentur ad mẽsam, quam si diuites. Conuiuas autem, & nos docet, vt Deũ audiamus, & sequamur vocantem ad magnam cœlestis regni mensam. Quod vt intelligamus melius, parabola vtitur: cœlestia enim nobis hominibus ignota sunt, & per corporea explicari debent vt melius ea capiamus. Neque enim stupidi nos & miseri persuademus nobis aliam esse, ab hac mundi delectatione, voluptatem; aut si aliam credimus, parum sollicite indagamus, quia non intelligimus qualis ea sit quæ nec in cibo est, nec in potu, in quibus tamen præcipuam nunc voluptatem ponimus. Atque ita fit vt præsentibus adhæreamus, neque quæ habemus certa, commutemus cum futuris, & incertis, & ignotis. Ideo ergo Christus parabola cœnæ vtitur, vt credas in cœlesti gloria & gaudio beatorum, esse magnam & sensibilem voluptatem, quæ omnes mundi voluptates superet; quam filij Dei ex parte sentiunt in hac vita, sed ad plenum sentient in futura: ibi enim perfectio est gratiæ, hic initium gloriæ, ibi plena est omnis boni satietas, hic mica duntaxat & pars: quæ tamen homines ita hic satiat, vt si vel semel istam gustarint, nausea eos & fastidium capiat voluptatum carnalium.

Satius pauperes quã diuites inuitari.

Cur parabola adhibeatur.

II. *Homo quidam fecit cœnam magnam.* Deus in scriptura homo dicitur cum homini benefacit; quando autem vel minatur, vel punit, dicitur Leo, vrsus, tygris, aut alio simili nomine quod

Diuersitas diuinorum nominum.

quod eius seueritatem exprimat, quo à peccatis deterreamur. Hominem te præsta (id est) ratione vtere, & Deo creatorique obedi; ac erit ille tibi viciſſim homo. Alioqui vt Leo te, vel alia fera, misere deuoraturus. Significat autem hic homo Christum, qui Deus simul est, & verus homo; quiq; cœnam hanc labore suo parauit, & sanguinis ac mortis pretio redemit. Magna sit oportet & splendida cœna, quam ita magni emit filius Dei. Pretiosior cœlo est & terra, imo omnibus quæ horum ambitu continentur: cum omnia hæc vno solo verbo facta fuerint. Cœna hæc cœli lætitia est, in qua cœlestis cibus manducatur (vt Angelus Raphael Tobiæ dixit) quo omnes cœli ciues pascuntur, & satiantur. *Tob. 12.19.*

Comparatur autem iucunditas hæc pretioso conuiuio: vt significetur. *Primo* generalis lætitia omnium facultatum animæ. Quemadmodum enim in conuiuio splendido omnes recreantur sensus, visus, ornatu loci, & personarum, auditus cantu aut iucunda narratione, odoratus ciborum variorumque odorum habitu, gustus & tactus ipsa ciborum tactione & gustatu: ita nihil in homine erit siue in anima, siue in corpore, quin voluptate sua ad plenum & gloria fruetur. *Secundo.* Abundantia & satietas. Nam quomodo corpus satiatur in cõuiuijs, ita homo totus satiabitur, nihil vltra appetet. vnde Dauid *satiabuntur ait & inebriabuntur ab vbertate domus Dei.* *Cur gloria cœlestis cõuiuio comparetur. Primo. Secundo. Psal. 6.5. & 35.9.*

Obseruandum tamen non fieri comparationem cum prandio, sed cum cœna. *Primo,* quia in vltima mundi ætate, post extremum iudicium gloria hæc nobis ad plenum conferetur, cum & corpus & anima erunt in gloria. *Secundo,* quia post finem omnium laborum datur, sicut cœna post labores diei. *Tertio*, quia finem non habebit, sicut post cœnam non succedit eodem die aliud conuiuium. Hic prandium est, neque in mundo succedit cœna: mundus enim lætificat quidem suos in hac vita, sed in morte non amplius eos fouet. De mundi enim amatoribus dixit Iob. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Si in prandio cibos nimium duros comederis, vesperi ieiunes oportet. Sic post huius vitæ vesperum nulla erit consolatio, si hic te ad terrenas nimium voluptates effuderis. Nihil proderit filios habere in gloria, si ipse *Cur non prãdio sed cœna. Primo. Secundo. Tertio. Iob. 21.13. Simile.*

ipse sis in pœna. quin crescet potius hinc dolor, si aliquam eis temerariæ vitæ occasionem exemplo vel nimijs opibus præbueris. Vocatur præterea hoc cœleste gaudium *cœna magna.* *Primo*, quia magnus est qui eam parat & nos vocat Deus. *Secundo*, quia æterna. *Tertio*, propter discumbentium multitudinem. *Vidi* (ait Ioannes) *turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.* *Quarto*, propter ciborum nobilitatem: quomodo magnum dicimus conuiuium in quo non proponũtur nisi perdices, phasiani, aut peregrinæ & Indicæ aues. In cœlo non est cibus corporalis qui nobis cum brutis hic communis est: sed cibus Angelicus, & inuisibilis, quo non Angeli tantum fruuntur, sed Deus ipse Pater, Filius, & Spiritus S. Dixit Apostolis Christus: *Ego dispono vobis regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo,* si in mensa Dei manducamus in cœlis, vtique eundem cum Deo cibum sumimus, Diuinam essentiam scilicet, cuius visione, & comprehensione Deus beatus est. Recipitur eadem hæc essentia ab hominibus, & Angelis, illabiturque & vnitur eis, vt ignis carbonibus; neque videtur per similitudinem, sed in se ipsa, atque ita omnium se videntium desideria satiat, etsi non omnes æque perfecte eam videant. Nam quemadmodum in conuiuijs omnes quantum satis est edunt, & bibunt; non tamen æque multum omnes, sed minus viro fœmina, & adulto puer: ita omnes satiantur sancti, plus tamen accipiunt ei qui se per Dei charitatem capaciores reddiderunt. Solus Deus essentiam suam comprehendit, vtpote infinitam; ac propterea infinito beatior est omnibus creaturis, inter quas beatissima est humanitas Christi, inde beatissima eius Mater, quam sequuntur ordine suo Angelorum summi, & hominum ei qui ad horum choros exaltati sunt. O quantum est gaudium, quod Deum ipsum beat! quam dignum vt à nobis appetatur! quantum pro eo laboris impendi oportet à nobis & operæ, qui tantum pro temporali, peritura, & exigua voluptate fatigamur! Enitere vt ad cœnam hanc introeas, in hac multum comedas, & de visione ac comprehensione Diuina (in qua beatitudo essentialis est) plurimum participes. noli quiescere in minimo aut exiguo (quanquam nemo illic,

[Marginal notes: Cur cœli gaudium dicatur cœna magna. / Primo. / Secundo. / Tertio. / Quarto. / Apoc. 7. 9. / Luc. 22. 29. / Quomodo eadem omnium beatitudo. / Simile.]

illic, nisi aliorum comparatione, exiguum habeat) ne sufficiat si vel cœlum ingrediaris tantum, vbi omnia saturabuntur desideria, quantumlibet fuerit exigua gloria. nam etsi saturentur & quiescant sancti, etiam inferiores, habent tamen inferiorem & minorem gloriam; sicut minoris pretij tunica aurea pueri, vel infantis, quam viri. Exigui amoris nota est, exiguo contentum esse. Auari, aut ambitiosi, ita pecunias amant, vel honores, vt non quiescant in paruis; sed tantum quærant quantum possunt. Si ergo Deum fortiter amas, multum eius desidera; si exiguo contentus es, magnum in te amorem non video; nisi forte amorem proprium, quo molestiam fugiens, otium quæris. *Simile.*

III. *Qui vocati sint ad cœnã magnã.*

Et vocauit multos. Creaturæ intellectuales omnes, Angeli & homines, vocati sunt: vtpote à Deo ad gloriæ æternæ possessionem creati. Nulli horum aut locus deerit, aut cibus. Domus Dei extra modum ampla est, immensa, infinita; *Baruc. 3. 24.* cibus autem est Diuinitas, quæ, cum omnia impleuerit, nihil imminuitur; sed eadem manet, & infinita. Angeli reprobi ab initio statim cibo hoc se reddiderunt indignos, veruntamen maximus omnino numerus in veritate stetit, qui nunc hac cœna fruuntur. Quoad homines autem, eos iam inde ab Adamo Deus per Prophetas vocauit, & Doctores; quos multi quidem audierunt, sed maior omnino numerus, neglecta Dei voce, cum Angelis malis se reddiderunt indignos. Ecce multitudinem inuitatorum, & nobilitatem. Numerus Angelorum omnem creaturarum terrestrium numerum superat: sicut magnitudo supremi cœli, magnitudinem excedit terræ, quę illius comparatione puncti instar est. Pulchritudo eorum vincit pulchritudinem humanarum animarum: verum quanta erit species, si diuinæ gloriæ in eis fulgor splendeat. S. Ioannes scribit Angelum vnum, claritate sua, illuminasse terram. *Apoc. 18. 1.* Daniel quoque vnum duntaxat Angelum intuitus, cecidit in terram, nec potuit magnitudinem fulgoris intueri. *Dan. 10.* Doctorum aliqui Angelos omnes sentiunt differre specie, neque in tanto numero esse vnũ, qui eiusdem cum altero sit naturæ; sed adscendere paulatim, & peculiari aliquo dono præcellere. O societatẽ pulcrã

& nobi-

& nobilem! quantum erit gaudium in hac perpetuo immorari! Si Deo fideliter seruis, dabit inter illos tibi locum, vt in tantorum Principum ordine, vnus in æternum sedeas: sunt

Mat. 22.30. enim in cœlis sancti *sicut Angeli Dei*. Neque sistit hic Christus, sed maiora, si diabolum, mundum, & carnem superaueris spondet, nimirum assessurum te secum ad mensam, in throno suo. Magnum erat Amano cum rege Assuero comedere

Esther. 5. 3. Reg. 2.7. ad mensam Esther. Dauid quoque dignum se filijs Berzellai (qui ei Hierosolymis fugienti occurrerat) mercedem reddere censuit, ac honorem, quod de eis Salomoni filio mandarit, vt ad mensam suam eos adhiberet. Christus non mensam solum, sed thronum quoque proprium offert, vt cum eo sedeas

Matth. 5.10. cœlorum rex. *Beati* (ait) *pauperes spiritu, & Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.*

Luc. 12. Aliud quoque in scripturis promisit, nempe quod, si nos inuenerit in seruitio sui vigilantes, faciet discumbere & ipse præcinget se ac transiens ministrabit, vt famuli solent, aduertens ne quid desit. Seuerus Sulpitius ceu rem memorabilem narrat, quod Maximi Imperatoris vxor, S. Martino manibus suis conuiuium præpararit, cibum coxerit, mensam strauerit, & velut ancilla ad mensam inseruierit. Sed quid omnia hæc ad honorem illum quem exhibebit nobis Christus, non semel duntaxat, sed perpetuo mensæ suæ adhibẽs, in throno suo constituens, & ipse ministrans? Nam per merita eius omnis nobis gloria datur, & ad huius possessionem ac fruitionem ille nos iuuat ac promouet. Desiderate ergo cœnam hanc, & vt ad eam admittamini contendite.

IV. *Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent quia parata iam sunt omnia.* Etsi iam inde ab origine mundi ad cœnam hanc (id est) cœlestem gloriam homines omnes vocari ceperint; expectare tamen debuerunt vsque parata esset (id est) ad mortem vsque Christi, qui diuinum hunc cibum, in crucis veluti veru coquebat, ac hominibus parabat. Ante hoc vero tempus Sanctorum nemo ad cœnam hanc fuit admissus, nemo Dei essentiam vidit; sed detinebantur omnes in limbo, summis votis horam hanc desiderãtes, qua elapsa,

Ante Christi mortem nemo beatus.

ad

ad eos Christus descendit, triclinium aperuit, Diuinitate sua eos pauit. atque ex inde inchoata est cœna hæc, à nouis hospitibus, durabitque in æternum. Resurgens ex mortuis Christus, ad Iudæos, quibus peculiariter Deus multa promiserat, Apostolos suos misit: vt dicerent, venite omnia parata sunt, iam mensæ accumbitur (id est) Christus pretium omne, morte ac sanguine suo, abundantissime soluit, cœlos reserauit, hominum conditionem commutauit; vt qui vsque nunc cęlis fuerunt exclusi, expectantes in limbo, nunc possint à morte statim illos ingredi. Qui ergo saluari desiderat veniat, dũ porta patet. hora vnica est. à Christi nimirum morte, ad vsque iudicij diem, quod tempus æternitatis respectu nec hora est, & exiguum omnino. postea vero in æternum porta erit clausa, nec admittetur quis denuo; sed gaudebunt qui in ea sunt pleno gaudio.

Quærat aliquis quomodo vocantur qui tam diu in mundo manent? Respondeo vocari à Christo inuitatos, non vt statim à vocatione & conuersione eos in cœlum recipiat, sed vt primum in domo Christi sint: dein cum parati fuerint accipiant gloriam in Christo, aut cœna eius, defectus nullus est; sed in nobis, qui vt præparemur multum tardamus. Si quem inuitaris conuiuam, non ab ostio statim ad mensam ducis, sed in hortum, aut ad focum, aut in alium recreationis locum; vt interea & conuiuas alios, & conuiuij tempus, & ciborum præparationem, vel simile quid expectes: si vero mora contingat longior, lauat manus, aut ne deficiat aliquid quasi delibat: donec omnibus tandem paratis in conuiuij locum inducis, ac iubes accumbere. Ita & Christus inuitatos in domum suam (id est) Ecclesiam inducit, vbi plura sunt quasi cubicula, scilicet militans, & triumphans Ecclesia, & purgatorium. Quotquot in domum hanc ingredimur, non ad conuiuij statim locum (id est) cœlos inducimur; sed primum in cubiculum quod hic in terris est, in quo commoramur donec virtutibus & bonis operibus in cubiculo hoc parauerimus locum. Christus etenim eum magno amore præparat, quo honorificentissimam & commodissimam postmodum habeamus sedem. Interea vero ne vel tædium nos

Quæstio. Responsio. Simile.

capiat, vel languor, in mundo hoc aliqua quasi ientacula apponit; sacramenta scilicet, & consolationes interiores, quæ ex cœlesti adferuntur triclinio ceu frusta quædam ex splendido conuiuio, quibus ita roboramur vt facile tempus opportunum expectemus, & simul tamen ita præ eorum dulcore trahimur, vt nihil præter conuiuium hoc desideremus. Etenim si præparationes, quæ & seruis dari solent, suauitatis tantæ sint: quantæ erunt præcipua fercula, quibus non nisi Principes, Rex ipse, & filij eius vescuntur? Inter omnia porro cœnæ huius præludia nullum aut dignius est, aut suauius, sanctissimo Eucharistię sacramento. In quo cibum Angelorum, Deum & hominem, sub aliena licet figura sumimus. Facit Christus quod matres solent, quæ infanti necdum dentienti dat præmansos cibos, adultiori vero integros; non habemus hic fortitudinem quæ requiritur vt Diuinitatem in se ipsa videamus, ideo sub panis specie in Christi nobis carne proponitur, vt sustentemur donec ad perfectionem Angelorum, & *mensuram ætatis plenitudinis Christi* peruenientes, ea sine inuolucris fruamur. Nutriebantur in deserto Israelitæ 40. annis cœlesti pane, donec fructibus terræ promissæ vescerentur: ita & Christus dat nobis cœlestem panem, donec in veram promissionis terram, puro cœlesti cibo vescamur. Et quemadmodum manna in se omne habuit omnium ciborum delectamentum; ita in Eucharistiæ sacramento omnis omnium spiritualium alimentorum suauitas reperitur, vt huius vitæ decursu, in Ecclesia læti & fortes futuram cœnam expectemus. Suscipiẽs enim authorem gratiæ, omnem quoque gratiam suscipis. quæ venialia peccata remittat, vitia imminuat, virtutes augeat, animæ vires roboret, fidem confirmet, spem solidet, charitatem accendat, Dei dona multiplicet, animam denique soletur. Cibus hic, magnæ cœnæ initium est: ideoque eum Christus instituit non in loco angusto (quamuis humilia semper & parua ipse humilis amarit) sed in cœnaculo magno. Vt nos instrueret non terrenum esse, sed cœlestem, ex magno cœlesti cœnaculo missum. Quia ergo in domo Ecclesia præstolaris vocationem ad cœli cœnaculũ, roboret te sacramentũ hoc, frequens illud sume, & libens

Eucharistia apophoretorum omnium suauissimum.

Simile.

Ephes. 4.13.

Sap. 16.20.

SS. Eucharistię effecta.

Marc. 14.15.

Cur cœna Domini instituta in cœnaculo grandi.

libens, exerce te in Diuinis, vt in cœlestem hominem hic transformatus, aptus fias qui cœlestem in cœlo cibum manduces. Viuentiā omnia congruum sibi cibum quærunt. arbores terram, equi & boues fœnum & auenam, canes ossa, feles murem, sæculares & carnales carnalia; sed quia *caro & sanguis regnum Dei non possidebunt*, fac vt spiritualis fias, & spirituali cibo, quem Christus proponit, vtere. Negauit Vasthi vxor Assueri Regis accedere mensam mariti sui: sed regno propter id eiecta est, & suffecta ei altera. Clamat Christus. *Venite, comedite panem meum, & vinum quod miscui vobis.* Etenim qui nunc, me vocante, non accesserit; postea non audiet *venite benedicti*, sed *ite maledicti in ignem æternum.* Neque indignum te dicas, aut ineptum: hæc enim mensa non aditur quia Deo digni sumus, sed vt fiamus. quomodo ignem nullus accedit quia ipse calidus, vel medicum quia sanus; sed vt calidus & sanus fiat. Confitere peccata, & dole, propositum firma seruiendi Deo, & idoneus eris huic cibo. Incipe & gustatum desiderabis magis. Nam *qui me edunt*, ait æterna Sapientia, *adhuc esurient; & qui bibunt me adhuc sitient*. Facit enim spiritualis hic cibus contra quam corporalis, qui gustatus paulatim satiat, cum ille famem excitet. qui non edunt non desiderant, sed qui frequentius edunt, magis desiderant. Tu ergo frequẽter ede, & expectans donec voceris ad cœnam, oblecteris interea contemplatione rerum Diuinarum; quemadmodum qui in domo tua conuiuij tempus præstolantur, domus tuæ, horti, picturarum, aliarumque se rerum inspectione oblectant.

Simile. *1. Cor. 15. 50.* *Esther 1.* *Prouer. 9. 5.* *Matth. 25. 41.* *Simile.* *Eccl. 24. 29.*

V. *Et cœperunt simul omnes se excusare.* Si bonum aliquod faciendum sit, excusamus nos; ad malum statim vigiles, etsi pluris hoc molestiæ, laboris, sumtuumq; maiorum sit & periculi. Vocat nos ad gloriam cœlestem Deus, & vt velimus. *Primo.* facit viam cõmodam, dans seruis suis interius gaudiũ, animi pacem, conscientiæ quietẽ, & vitam hilarem. *Secundo.* Allicit varijs beneficijs, tam cõmunibus omni Christiano, q̃ pprijs, vt horũ cõsideratione ad se trahat. *Tertio*, cõminatur grauissimas pœnas & æternũ inferni ignẽ. quo vel sic ad se cõpellat. Nihilo min⁹ nemo est qui eum quærat, sed quo se blandiorẽ

Quātū faciat Deus vt vocati veniant. *Primo.* *Secundo.* *Tertio.*

præbet & liberaliorem, eo nos reddimur auersiores. Diabolus contra ad infernum allicit per labores, molestias, & sumtus, ac continuo sequimur. vel minima à Dei nos cultu impediunt, nec maxima à mundo vel diabolo. Ratio est quia Deum non gustauimus, nec diuina, sed mundum duntaxat & carnalia: quomodo enim morbus corporalem homini gustum eripit, ita & spiritualem peccata. Nota autem verbum *cœperunt*. nam statim à prædicatione Christi, & initio prædicati Euangelij, *cœperunt* se homines excusare, & etiam nunc excusant. Ipsi cœperunt, nos continuamus. Vbi peccatum, ibi excusatio: peccator enim nec considerare vult peccati sui turpitudinem, nec agnoscere. Alius cum Adamo dicit & Eua, mulier vel serpens decepit me: alius mundi consuetudinem excusat. Superbus, dicit ita olim omnes consueuisse. Auarus, se de familia sua sollicitum ait, & sine mendacio, iuramentis, & fraudibus venditiones non fieri. Libidinosus, ætatem ad carnalia pronam. Piger, molestias aut teneritudinem. Gulosus, tractandos hospites. Iuramentis assueti, concitationem naturæ suæ. Sed quomodo primis parentibus allata apud iudicem excusatio obfuit magis quam profuit, ita erit & nobis. Habemus certe in præsenti Euangelio quod Dominus irascens excusantibus, nihil obstante excusatione dixerit. *Dico vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cœnam meam.*

Simile.

Omnes peccata sua excusant.

Terribile autem est quod dicuntur omnes cœpisse se excusare, quasi nemo fuerit qui non se excusarit, omnesq; mali essent & à Deo declinassent. Frequentia sunt generalia hæc verba in Sacis literis. [a] *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Et [b] *à planta pedis, vsque ad verticem, non est in eo sanitas.* Item. [c] *omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi.* ac [d] *totus mundus in maligno positus est.* Quibus magnum intelligimus peccantium & damnatorum numerum. etsi enim magna quoque sit beatorum turpa, *quam* (vt Ioannes dixit) *dinumerare nemo possit*: comparatione tamen damnatorum, numerus ita exiguus est, vt merito quis dicat mundum totum damnari. Vide ergo & caue ne cum mundo damneris, emerge, eleua in cœlos animum

a *Psal. 13. 3.* b *Esa. 1. 6.* c *Phili. 2. 21.* d *1. Ioa. 5. 19.*

Apocal. 7. 9.

mum, ora Deum vt ex communi te periculo educat, & in regnum suum recipiat.

Primus dixit: villam emi, & necesse habeo exire & videre illam. VI.
Tria sunt se excusantium genera. qui etiamsi non se de peccatis excusant (neque enim peccatum est villam aut boues emere, & videre, aut probare eos, vel vxorem ducere) Deum tamen excusatione sua offendunt. Vt discas, quãtum sit malum à sacramentis, aut officio Diuino, propter peccata abstinere. Quod faciunt ei qui Missam, vel Sacramentorum omittunt susceptionem, vt odio, inuidiæ, luxuriæ, aut vsuris & iniustitiæ suæ indulgeant, vel alteri, in quo hærent peccato. Minus enim ad excusationem momenti peccatum habet, quam opus quod in se bonum est, vt matrimonium; vel saltem peccatum non est. Nihilominus, si quis propter hæc officia Diuina omittat, Deo displicet; qui suis quæque vult fieri temporibus. Sex dies negotiationum sunt, vnum iam inde à mundi origine reseruauit sibi Deus, quo sibi te Diuinisque ac suis rebus intentum vult, hunc si Deo eripis, quod Dei est subripis, ministrum te eius negas, sed vtilitatis propriæ solicitum, qui Deum omnibus postponas, neque ei, nisi pro tua oportunitate, seruias (id est) cum alijs non occuparis. Quod cum aduertit diabolus, diebus Deo debitis te occupat, vt veniant mercatores qui pecunias soluant, amici quos excipias, vt literæ sint scribẽdæ, aut inuiteris ad nuptias, & cõuiuia, vt offendaris contentionibus & rixis, vt præcedenti vespera in cibo excedas aut potu, debueris vigilare, aut inquietus dormieris, aut quid simile; per quod à Dei te cultu, & sacramentis, auocandum scit aut impediendum. Et licet alioquin res ista exigua esset, tamen propter tarditatem propriam, & amorem Dei frigidum, tanta tibi videtur vt dicere audeas necesse habeo exire, aut illud facere.

Actus diaboli.

Præsentes autẽ excusationes dupliciter intelligi possunt. vel peculiariter de Iudæis, vel communiter de alijs quoque hominibus. Habebant Iudæi promissiones à Deo rerum temporalium, si seruarent legem Moysi; ita vt obseruatione hac, illa quasi emerent. Vocati ergo à Christo ad spiritualia, vt per ea in cœlos ingrederentur, excusarunt se, nolentes

Dupliciter intelligi possunt excusationes allatæ.

temporanea & præſentia commutare cum ſpiritualibus & æternis. Imitantur hos carnales omnes, qui temporalia æternis præferunt: præcipue tamen ſuperbi, qui in primis his excuſatoribus ſignificantur. Habent hi villam, mundum ſcæpe, cui placere ſtudent, qui non niſi terrenus eſt, immundus, ignobilis, plenus laboris: ſicuti in pagis ruſtici habitant, qui terram graui labore exercent. Villam tamen hanc magni emunt homines: vt enim honores obtineant, & mundo placeant, ſoluunt omne quod habent & poſſunt. humiliant ſe vt exaltentur; pernoctant in ſollicitudinibus, diebus integris laborant, dona, imo vt ſemel dicam, animam ſuam offerunt, & diabolum adorant pro obtinendo mundi honore, quem Chriſto ille promittebat, dicens. *Omnia hæc dabo tibi, ſi cadens adoraueris me.* Exeunt quoque hi (id eſt) Deũ deſerunt, vt Cain exiuit à Deo, & filius prodigus à patre. Quin addunt *neceſſe habeo exire*: id eſt, non poſſumus Deo ſeruire & mundo. Ambitio tyrannus eſt, totum te ſibi vendicat; & ad multa peccata pro obtinendo honore impellit, aut conſeruando, diſſidia, inimicitiç, detractiones, homicidia, vel vnius verbi occaſione committuntur. Exeunt ergo hi vt villam ſuam videant, ſed exiguum eſt videre duntaxat, & tamen nihil amplius mundi honores habent, niſi ſalutationes externas, verba adulatoria, cæremonias honorificas. Quod corde tegitur non vides; vbi fortaſſis odio haberis, contemtui & ludibrio, verus certe honor, quærentes ſe, fugit, ſequitur fugientes. Obſerua vero ſtultitiam iſtorum hominum: emunt, quod non prius viderunt; & poſtquam emerunt, eunt, vt videant. Prudens quiſquis ante emtionem examinat merces, ne quid vitij habeant. Seculares vero ita fatue ſæculares honores amant, vt ſine præuia eorum notitia magni emant, quapropter & tãdem ſe deceptos ſentiunt. Si merces has, vt decet, inſpicerent prius, credo nõ tanti æſtimarent. Nemo exteriora honorum, aut initia ſola videat: ſed quod intus latet, & in fine. In ſe habent labores, & pericula animæ; in fine autem exactam rationem reddendam apud iudicem, *Cui multum datum, multum,* ait Chriſtus *exigetur ab eo* & *potentes potenter tormenta patientur.* ſi quid eorum

Quid per *villam* intelligatur.

Matth. 4. 9.

Gen. 4. 16.
Luc. 15. 13.
Quid ſit *exire.*

Luc. 12. 48.
Sap. 6.

eorum quæ in mundo ſunt deſideras, mulierem prudentem imitare, quæ (vt Salomon ait) *Conſiderauit agrum, & emit illum.* *Prou. 31.16.*

VII. *Rogo te habe me excuſatum.* Rogant ſe excuſari: quia perſuaſerunt ſibi à magnis ſe impeditos, neque cum plebeis ad Diuina obligatos. Nos, aiunt, nobiles decet aulam ſectari, venari, nobiles alios, & matronas inuiſere: ſufficiet ſi vel miſſam quæ legitur pro oportunitate tamen videamus, verius quam audiamus, in qua corpore præſentes, animo abſumus, oculi vagantur, aut amatoria fabulamur, aut noua. Verum facimus hæc pro honore noſtro. Vos ſacerdotes & Religioſi oratis pro nobis, & pro defectibus noſtris ſatisfacitis. Videntur quidem hi aliquid adhuc habere conſcientię; quia aduertunt ſe peccare: ſed tamen in hoc ſe ipſos decipiũt quaſi ſufficiat vt pro ipſis alij orent. Colere Deum opus perſonale eſt, nec iuuat niſi ipſe id facias. Quomodo nihil prodeſt ſi alius quis edat pro te aut bibat. Tria conceſſit tibi Deus: animam, corpus, & bona externa: duo priora non niſi per te ipſum curare debes; corpus cibo & potu, ac ſimilibus; animam oratione, pœnitentia, ſacramentis, & bonis operibus. tertium vero, per alios facile adminiſtratur, & laudabiliter per manus pauperum ad cœlos tranſmittitur. Deus non minus nobilium, diuitum, & ſæcularium eſt Deus, quam Sacerdotũ aut Religioſorum. Ideoque non minus quilibet obligatur vt ei ſeruiat, quam obligentur illi. nulla valebit apud Deum excuſatio. Nobilium excuſatio.

VIII. *Et alter dixit. iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excuſatum.* Excuſant ſe à fide recipienda Iudæi per legem Moyſi quinque libris conſcriptam. Volunt ſeruare legem, quia *ſcimus* (aiunt) *quia Moyſi locutus eſt Deus, hunc autem neſcimus vnde ſit.* Lex autem *iugi* nomine commode intelligi poteſt: quia portatu, vt Petrus dixit in Hieroſolymitano Concilio, grauis erat. Præferunt tamen eam Chriſtianæ libertati Iudæi. Quod in Græco eſt ζεύγη, & in Latino *iugum* ſignificat etiam par boum. Ita vt verba hæc dupliciter intelligi poſſint. *Primo*, vt locus hic habet. *Iuga boum emi quinque. Secundo.* Paria boum emi quinque. *Ioan. 9.29.* Lex iugum *Act. 15.10.* Duplex ſenſus loci.

Priorem explicationem ſequitur Bernardus, hominum

Prior in declam. deplorans stultitiam, qui non contenti suaui iugo Christi, graue bestiarum iugum quærunt: neque vnum duntaxat, sed quinque: neque expectant donec id eis imponatur, sed ipsi sponte & magni emunt. Iuga hæc, peccata sunt, quæ occasione quinque sensuum committimus. *Apoc. 9. 17. 2. Tim. 26.* Suntque iugum graue in conscientia hominis, quia semper deprimunt, & per ea diabolus, qui peccatores quasi equos inequitat, quo libet impellit.

Posterior. Posterior explicatio communior quoque est. atque tunc significantur hic homines auari & cupidi; siue opifices, siue mercatores, qui nocte & die de lucro solliciti sunt, & in terrenis perpetuo quinque sensus occupant. Care illi terrena hæc emunt, nec labore tantum & peregrinationibus, curis, sollicitudinibus, sed animæ damno frequenter, mendacijs, fraudibus, vsuris, furtis, & alijs id genus quæ negotiationi quotidie admiscentur. Putant hi excusatos se coram Deo si festa non violent, sacramenta non suscipiant, cum festis diebus oportunitas se negotiandi & lucrandi offert: sed decipiunt profecto se ipsos. Nam Deus, qui panem nobis dat quotidianum, vult, nõ vt nos soli panem illum per nos quæramus, sed à se festis præcipue & ad hoc institutis diebus ardenter petamus. In hoc porro mercatore duo stulta sunt.

Duo stulta in emtore hoc.

Primum. In diuitiis 4. consideranda. *Primo.*

Primo. Quia boues emerit antequam probasset: it enim post emtionem probare illos. Præstaret examinare prius diuitiarum conditionem, quam desiderare illas, & animæ periculo emere. Considera in eis quatuor ista. *Primo* non imminuunt desiderium sui sed augent, quo crescunt magis. Omnia, præter auaritiam, certum crescendi terminum habent. *Secundo.* Homines, boues, &c. *Secundò* præcipitant te in magnas curas, siue quo ad erogationem, siue quo ad custoditionẽ: nam si in cistis abscondantur, impellunt aut famulos, aut liberos, vt *Tertio.* furtim ex captiuitate hac eripiantur. *Tertio.* A Deo duntaxat mutuato eas habes, vt ad honorem eius, & proximi eas vtili- *Luc. 19. 12.* tatem expendas: reddenda ideo erit accurata ratio si solus eas seruaris, neque distribueris. seruus nequam qui talentum *Iob. 1.* sudario absconderat in tenebras exteriores eiectus est. *Quarto* breui te deserent nec erunt diuturnæ: *nudus intrasti nudus exibis*

exibis. Considera hæc & viue contentus necessarijs, quæ, modo confidas & cœnam illius quæras, non negabit tibi Deus.

Secundo stultum est. quod voluerit mercator hic probare boues,& cœna carere. Mundi bona probamus, solum statim subtrahitur,& alteri datur. quo modo piscator lumbricum aut escam aliam affigit hamo, quam ore tantum capiũt pisces, & statim adducuntur, & eadem rursus esca alliciuntur pisces alij,quorum nullus escam comedit sed solum gustat.Quid aliud ex terrenis his habent omnes, quam gustationem sine saturitate. *Secundum.* *Simile.*

Et alius dixit:vxorem duxi,& ideo non possum venire. Institutum est à Deo matrimonij sacramentum,tum vt cœlum illius ministerio impleatur beatis. hinc Apostolus *saluabitur*, ait mulier,*per filiorum generationem*,quos nempe sanctè, & ad cœlestem gloriam educat, tum,vt quis Deo in statu isto commodius seruiat. Ideo enim status iste in sacramentum à Christo eleuatus est,conferens gratiam ad portanda onera,mutuum auxilium & Dei cultum. Virum decet vt instruat vxorem in omni virtute, & mulierem vicissim vt humilitate adducat maritum ad Deum.quo modo Monica, humili obedientia, Patritium maritum suum S.Augustini patrem, ex iracundo Leone, in agnum mansuetum transformauit. S.Elisabeth quoque maritum suum Ludouicum ad omne opus bonum ducebat,& ab illo vicissim iuuabatur. Nunc secus multo cõtingit.nam, vt in præsenti patet, matrimonium allegatur vt titulus excusandi se à cœna. Duo priores dixerunt. *Rogo te habe me excusatum.* Tertius hic dicit,*vxorem duxi,& ideo non possum venire,*quasi matrimonium sufficiens causa sit Deum,eiusque sacramenta negligendi. Initio Ecclesiæ per aliquot sæcula solent Christiani omnes,etiam coniugati,omni die Dominico Eucharistiam suscipere.Quin & Romæ, Anno Domini octingentesimo,per quadragesimam suscipiebant quotidie vt Nicolaus I. Papa testatur. Nunc impediunt se mutuo coniugati,siue propter carnalem concupiscentiam, à qua vel semel in hebdomada non possunt aut non volunt(quod tamẽ Apostolus consulit)ad Dei honorem abstinere. siue propter IX. *1.Tim.2.15.* *1.Cor.7.&14* *Exempla.* *Aug.li.9.cõfess.ca.9.* *Sur. in eius vita tom.6. die 19. Nouẽ.* *Cap.9.ad cõsultat. Bulgarorum.* *1. Cor.7.5.*

viri importunitatem, qui vxorem nec exiguo tempore in filiorum cura subleuat; imo prohibet à frequenti sacramentorum vsu. siue propter vxoris vitium, quæ nimia garrulitate maritum impedit, siue demum propter alia, quæ in matrimonio quotidiana sunt, impedimenta; vt quia maritus est potator, vel aleator, quia vxor in comendis liberis tempus perdit, quia carnalia inter incontinentiæ peccata committunt, quæ tanto eis grauiora sunt quanto matrimonij sacramentum est dignius. Voluit & Adam excusare se per vxorem, sed non admisit excusationem Deus. Vtere vt decet matrimonio, & secundum institutionem Dei, & videbis non impediri te sed promoueri magis & iuuari ad bona.

X. *Seruus qui dicantur.* *Et reuersus seruus, nuntiauit hæc Domino suo.* Seruus à Domino missus & reuersus, Apostolos, eorumque successores significat Concionatores, qui omnes *seruus* dicuntur propter fidei & Christianæ doctrinæ vnitatem. Nulla hæresis concors est. etsi enim ab vno initium ducat, vt Arriana ab Arrio, Sabelliana à Sabellio, Lutherana à Luthero, Caluiniana à Caluino, Suencfeldiana à Gaspare Suencfeldio; omnes tamen in plures statim secantur, ab hæresiarcharum discipulis, sectas; qui magistris suis nec minores se putãt, nec inferiores, adeoque & posse & debere sua populo commenta pro verbo Dei proponere, non minus quam illos. *Consensus Doctorum Ecclesiæ.* Doctores Ecclesiæ nihil vnquam docent nouum, tradunt hodie quod à maioribus acceperunt: vti & illi nihil nisi à Patribus acceptum, atque ita consequenter ad Apostolorum vsque tempora, per vniuersum fit terrarum orbem. Hac vnitate Ecclesiam credimus vnam (id est) vbique in fide, sacramentis, doctrinâ, & cæremonijs substantialibus concordem. *Vitiosos cõcionatores non contemnẽdos.* Serui autem hi, etiamsi quo ad naturam non sint præstantiores, imo nonnunquam genere ignobiliores & vita nequiores alijs, contemni tamen propter ista non debent; cum Legati sint, & Vicarij illius supremi Domini. Rex impudicus propter impudicitiam nõ desinit esse rex, nec propter peccatum amittit iudex statim officium. Deus non minus ad ligneas vel saxeas imagines, quam ad aureas vel argenteas miracula operatur. Quapropter

pter ne consideres in ministro Christi quod peccator & homo sit; sed quod Dei minister, cui Dei nomine obedire debeas, & honorem exhibere. Nam si mandauit Iudæis Christus vt suis Principibus, qui super cathedram Moysi sedebant, obedirent, quorum tamen vita plurimos offendebat; multo maiorem eis vult honorem deferri, qui pleniori potestate super eius cathedram sedent eius vicarij. Reditus autem serui huius, significat debere concionatores expleta concione, & adiuto proximo, ad preces recurrere, labores suos Deo offerre, ab hoc suppliciter deprecari vt ad nominis eius honorem, & animarum salutem, quicquid fecerunt, dirigatur. Fit etiam vt aliquando de rebellibus Deo conquerantur, vti Moyses [a] de Core, Dathan, & Abiron. [b] Elias de Iesabel, [c] Petrus & Ioannes de sacerdotibus Iudæorum. Has autem Catholicorum concionatorum querelas, Christus magni facit, & frequenter obduratos illos verbi sui contemtores punit. Caue igitur ab hoc vitio, ne similis te pœna inuoluat.

Matt. 23. 3.

Reditus serui quid significet.

a *Nu. 16. 13.*
b *3. Reg. 19.*
c *Act. 4. 26.*

XI.

Tunc iratus Paterfamilias dixit seruo suo. Non irascitur Deus eo modo quo homines, per passionis alicuius concitationem: cum immutabilis sit, & impassibilis. Sed tunc iratus dicitur, cum nos peccando pœnam ab eo demeremur. Sicut murus dicitur nobis retro, vel ante, prope, vel procul murus, per mutationem nostri, ita quales nos sumus talis dicitur nobis, sine personarum acceptione, aut sui mutatione, Deus. Dicitur quoque hic *Paterfamilias.* tum quia magnæ totius vniuersi familiæ, Princeps est: tum quia peculiariter est Pater familiæ quæ est Ecclesia, quam paternè regit, in omnibus ei prouidet, adest eam iuuat & defendit. Causa iræ huius facile deprehendi potest. Inuitati enim non committebant aliquod malum, sed propter rationes, quas tamen putabant legitimas, tantum negligebant venire. ne tibi persuaderes Deum tunc solum irasci, cum enorme aliquod committis flagitium proximo noxium. Causæ ergo iræ fuerunt. *Primo,* quia inuito se non veniebant ad cœnam: neque enim istud vel subditos, vel liberos decet. Mandat Deus vt in Missa ad Eucharistiam in templo ad sui cultũ statuto tẽpore accedas.

Dei ira non est passio.
Simile.

Deus cur Paterfamil.

Cur Paterfam. iratus.

Primo.

Iure

Secundo. Iure ergo, si mandatum hoc transgrederis, irascitur. *Secundo* quia ipso cœnæ die negotia sua expediebant, quæ vel differre oportebat, vel præuenisse. Facis & tu hoc frequentius, quoties die festo eis te occupas, quæ alias absolui possunt. *Tertio.* *Tertio*, quia alia diuino cultui præferebant, cum hunc oporteat præponi alijs omnibus. Nota hæc est exigui amoris & sollicitudinis de salute animæ. Nulla, quantacunque fuerit occupatio, facit vt cibum corporalem negligas; propter minimas etiam nugas, spiritualem cibum negligas. quasi magna sint, quia tibi propter exiguam deuotionem, amorem, desiderium, talia videntur. Iudicabit multo aliter postea Deus, & quæ tibi magna, illi videbuntur exilia; contra quæ exilia *Quarto.* *1. Tim. 2. 4.* tibi, illi erunt maxima. *Quarto*, quia tam pauci hominum de salute sua cogitant. *Vult* Deus *omnes saluos fieri*, neq; maior fit ei iniuria quam cum quis à salute excluditur. Scit enim quo pretio animas hominum emerit, & ad quas declinent pœnas quæ à salute aberrant.

Considera præterea. si irascatur eis Deus qui ad cœnam ipsi non veniunt, quanta erit in eos ira, qui, cum ipsi non veniant, alios quoque ludibrijs, minis, dissuasione, prohibitione, aut alio quouis modo impediunt? Quod faciunt qui proximos suos à frequenti (id est) hebdomadaria, quę antiquitus in Ecclesiæ vsu fuit, confessione aut communione remorantur. Etenim clamante Christo *venite ad me* illi contra clamant Nolite venire. neque enim decet vos, homines sæculares, mercatores, opifices, coniugatos tam frequenter Eucharistiam suscipere. quasi vero Religiosis solum, aut otiosis, sacramenta sua instituisset Christus; & non omnibus. Aut quasi opificia, mercaturę, officia temporalia, nos Deo inidoneos reddant, ac cum eo pugnent. Caue ab his nisi malis iram Dei incurrere.

XII *Tria hic cō siderandα.* *Primo.* *Exi cito in plateas & vicos ciuitatis & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc.* Considera hic *Primo* magnam Dei diligentiam pro omnium salute. *Exi*, ait, *citò*, noli tardare, vbicunque se iuuandi proximi dederit occasio, statim aduola, nihil territus sumtu, labore, vel molestijs. anima enim mū- *Luc. 1. 39.* do vniuerso est dignior. Mater Dei Maria abiit cum festinatione

tione in domum Zachariæ, vt cognatam Elisabet, iam grauidam, omni diligentia quo ad corpus & animam iuuaret. Apostoli, & ante eos Prophetæ, nullam iuuandi animas neglexerunt oportunitatem. Exprobrauit hoc Iudæis Deus frequenter. *Locutus sum*, ait per Ieremiam, *ad vos, de nocte consurgens & misi ad vos seruos meos Prophetas consurgens diluculo.* Et per Oseã *occidi*, inquit, *vos in verbis oris mei*, id est, ad mortem vsque fatigaui, in nullo parcens vt vos saluarem. Quapropter nec ipsi vobis parcite, festinate sine dilatione vt peccata confiteamini, & transeatis ad statum gratiæ, iuuetisque proximos. Vide ne cogites, non esse cur de proximi quoque salute sollicitus sis, cum Ecclesiasticus non sis, neque eius præfectus. nam *mandauit vnicuique Deus de proximo suo.* singulis iuxta conditionem ac statum. quemadmodum enim mercator, qui emerit Francofurti merces varias & multas, easdem mandat à famulis domum vehi, vnicuique tamen iuxta officium suum. verbi gratia aurigæ vt vehat, quæstori vt soluat, alijs vt iuuent. Ita & Christus pretioso sanguine, & amarissima morte, animas omnium hominum redemit; ac profectus in cœlum, omnibus seruis suis mandauit vt easdem in cœlum inducerẽt. Præfecti mandatis & legibus, sacerdotes concionibus, confessionibus, sacramentis, & alijs quæ officij eorum sunt. reliqui orationibus, monitionibus, consilio, & exemplo, nemine prorsus, qui Christi seruus sit, ab hac re exemto.

Ier. c. 7. 11. 25

Osea 6. 5.

Eccl. 16. 12.

Simile.

Considera *Secundo*. Locum ad quem seruus hic mittitur, nempe in plateas, & vicos ciuitatis, id est, in lata & angusta. quo significatur primâm nobis curam salutis eorum esse debere, qui in Ecclesia ceu ciuitate habitant. In plateis sunt publici peccatores, in vicis occulti. item in plateis sunt sæculares, qui latam ambulant propriæ voluntatis semitam, in vicis Ecclesiastici & Religiosi qui angustam perfectionis viam ingrediuntur. Et quia in omnibus his peccata & vitia sunt, omnes ad cœnam vocari debent.

Secundo.

Vici & plateæ quid.

Considera *Tertio* quod nolentibus venire ad cœnam eis, qui primum vocati erant, nobilibus, diuitibus, potentibus, propter occupationes & carnales voluptates; seruus mittitur ad pauperes, & miseros, quibus tales excusationes non erãt.

Tertio.

Vt

Vt discas non contemnere hos, quos cœnæ suę Deus admouet; sed etiam præ diuitibus, domo eos & mensa excipere.
1. Cor. 1. Tales erant, vt Apostolus testatur, primi Christiani. egentes, indocti, ignobiles, quorum omne solatium Deus erat. Quin & hodie vt plurimum pauperes ac plebei, singulis septimanis sacramenta frequentant: magnates contra Deum sibi obstrictum putant, si vel parum ei seruiunt, semel per septimanam sacrum audiunt, semel anno integro communicant, famulorum reliquias pauperibus erogent. Spiritualiter per *pauperes* intelligi possunt humiles, pauperes spiritu, aut pauperes virtute, &, vt Gregorius ait, qui non habent thesaurum verbi Diuini in corde suo absconditum: *Debiles* sunt. quorum opera bona non sufficiunt ad vitam æternam. *Cæci.* qui futura, id est, iudicium, infernum, cœlum non cogitant, nec vitæ suæ turpitudinem aduertunt. *Claudi*, qui aliquando bonum proponunt, sed statim decidunt. Omnes hos, horumque similes, oporteret frequentare mensam Dei, quo à vitijs suis sanentur. Nemo quantumuis pauper, indoctus, deformis, abiectus, & infamis sit inidoneum se existimet. tantum Dei ministros audiat; Deus enim tales vocat, diuites contemnit.

Quid mystice. Pauperes. Debiles. Cæci. Claudi.

XIII. *Et ait seruus: Domine, factum est vt imperasti, & adhuc locus est.* Fidelis seruus ille & fœlix, qui omnia, quæ, & vt imperantur procurat. Clamant iam hæretici neminem esse qui mandata Dei implere possit, atque ita Christum & Apostolos eius mendaces faciunt, qui aperte dicunt. *Iugum meum suaue, & onus meum leue.*[b] *Mandata eius grauia non sunt.*[c] *Si quis diligit me sermonem meum seruabit.*[d] *Qui diligit proximum legem impleuit.* De Dauide testatur Deus, quod impleuerit mandata omnia. Quod si in Veteri Lege mandata Dei seruari potuerint, quãto magis in lege Gratiæ, quando Christus in nobis operatur, & spiritus eius omnia, vt Apostolus testatur, bona facit. Ac propterea non dixit seruus hic, Domine feci; sed *factum est* vt mandasti: vt nos doceret ex proprijs viribus nos non implere Legem Dei, sed per gratiam & Christum, qui in nobis viuit per Spiritum S. qui in nobis operatur. diffundit ille in nobis charitatem, reddit opera nostra Deo grata, & meritoria, ac tan-

Matth. 11. b 1. Ioan. 53. c Ioan. 14. 23 d Rom. 13. 8. 3. Reg. 15. 5. 1. Thess. 4. 8.

ac tandem ille perficit legem & implet per nos. Discis præterea hinc, non docere populum noua somnia & inuenta, sed id tantum quod,& vt,imperatum est, obseruant id Catholici,præuaricantur hæretici. Dein, si quem ad Deum forte conuerteris,noli tibi ipsi adscribere, sed Deo:eumq; cum gratiarum actione ora vt fructus tuos dignetur clementer suscipere,& plures per te animas ad se pertrahere, hoc enim innuũt verba ista *adhuc locus est.* Quasi dicas, pauci sunt quos conuerti,adiuua me vt plus fructificem, & plures conuertã. Quid sit. adhuc locus est.

XIV. *Et ait Dominus seruo. Exi in vias,& sepes, & compelle intrare,vt impleatur domus mea. Exire* significat ab oratione ad concionem se dare,& animarum subsidia. *Exit* præterea is,qui non in Ecclesia tantum peccatores conuertit, sed & extra Ecclesiam infideles,Iudæos,hæreticos,excommunicatos. Sedent hi *in viis*, id est,peccatis varijs,quæ ducant ad infernum. Via lata est superbia, auaritia, impudicitia, gula,odium,inuidia, inobedientia. Viæ variæ sunt errores varij,Iudæorum, Paganorum,Hæreticorum:inter quos sua via ad inferos currũt Lutherani,alia Caluinistæ, Anabaptistæ, Trinitarij, Suencfeldiani alia.In singulis autem harum viarum diuerticula adhuc plurima sunt:verbi gratia in via Lutheranorum, sunt Adiaphoristæ,Illyriciani,Stancariani, &c. in via Sacramentariorum,Caluinistæ,Suingliani,Puritani: in via Anabaptistarum Menonistæ,Dauid-georgiani,Adamitæ:tot vię quot sectæ.quæ erroribus diuersis,ceu plateis,nõ nisi ad inferos ducunt,cum extra Catholicam Romanã Ecclesiã,quę à S.Petri Successore regitur,nemo vnquam saluatus fuerit, aut infernum euaserit. Vocantur quoq; peccata *sepes* quia animam à Deo,& homines extra Ecclesiam sepiunt,& conscientiam aculeis pungunt.Condole his etiam si te,quia excæcati sunt, rideãt & illudant;imo persequantur,& quęrant ad mortem. Etenim quo ægroti magis præ morbo insaniũt,eo maiorẽ eis opẽ debes,& misericordiã.Hos aũt non concione solum induces,sed & *compelles* intrare.Plures porro sunt compellendi modi quorũ non omnes vsurpandi.*primo* cõpellitur intellectus disputationib.& insolubilib.argumẽtis,qũo cõuicti sũt gẽtiles de Deorũ suorũ vanitate,& ꝙ idola nõ dij,sed lapides sint,&

Exire quid.

Viæ quid.

Variæ viæ & plateę.

De his consule Apologiam nostrã aduersus Crevinchouium. cap.11. pag. 49. latinę editionis.

Sepes quid.

Modi compellendi complures. Primus.

& ligna, aurum, argentum, æs, vel demum aliquando diaboli. Similiter conuicti sunt Iudæi, quod in natiuitate Christi impletum fuerit tempus aduentus Messiæ. Denique conuicti sunt hæretici, de hæresum suarum nouitate, quod nemo vnus ante hæresiarchas suos, eiusdem per omnia fuerit sententiæ. verbi gratia nemo Lutheranus ante Lutherum, Caluinista ante Caluinum, quod præterea neminem assignare possunt, cuius, in sua hęresi defuncti, explorata sit beatitudo.

Secundus. *Secundo* compellimus integritate & sinceritate doctrinæ, quę nihil habeat sordidum, turpe, contra rationem, sicut doctrinæ habuerunt gentilium. etsi multa sint quæ propter Dei maiestatem, cuius natura incomprehensibilis est, intellectũ

Tertius. superent. *Tertio.* Instanti prædicatione & instructione, de

2.Tim.4.2. qua Timotheo scribebat Apostolus. *Prędica verbum, insta, oportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctri-*

Quartus. *na.* *Quarto.* Sanctitate vitæ, qua possibile demonstras quicquid doces, atque habitare in te dulcedinem Spiritus sancti,

In dial. cum Tryphone. qui vires suppetat, pro Deo laborandi simul & patiendi. Testatur de se ipso S. Iustinus, auersum se à gentilium superstitione, & conuersum ad Christianismum, propter Christianorum in tolerandis tormentis fortitudinem, quæ non erat

Quintus. naturalium virium. *Quinto.* Supernaturalibus miraculis, quæ etiam Deus pro doctrinæ suæ confirmatione adhibuit, & in testimonium, quo discipulos legatosque eius cognoscamus. Hæ conuincunt hominem, & in doctrinæ innouatione necessaria omnino sunt. quapropter etiam hodie in Indijs, Iaponia, Peru, alijsq; noui orbis regionibus, quibus Euangeliũ non fuerat adhuc annuntiatum, multa quotidie fiunt. & in confirmationem Catholicorum, conuersionem hæreticorũ, comprobationem articulorum de quibus hæretici controuertunt, in Ecclesia Deus ad imagines, & reliquias Sanctorũ ea quoque operatur, & per venerabile sacramentum Eucha-

Sextus. ristiæ. *Sexto* non compellitur tantum intellectus, sed & volũtas eorum, quos vel ob peruicaciam, vel aliam causam nullus supra positorum quinque modorum conuicit. Facit autem hoc aliquando Deus ipse, immittens tribulationes externas, bellorum, pestis, aut famis, quibus solet compellere

filios

filios Israel, vel alia flagella. vt cum Saulum conuertit in Paulum. Scribit Eusebius de quodam Natalio, qui peruersus ab Theodotianis hæreticis, eorum factus est supremus Episcopus. qui cum in somnis à Deo ad conuersionem moueretur neque obediret, ab Angelis tandem tota nocte flagellatus fuit. atque ita conuersus. quod idem Heliodoro contigit, cum templum Hierosolymitanum despoliare vellet. Refert quoque S. Gregorius Turonensis, fuisse in Cathedrali Ecclesia ciuitatis Narbonensis imaginem Crucifixi, in qua Christus pendebat nudus, qui presbytero nomine Basileo dein apparuit noctu, velum seu vestem petens, & cum duabus id noctibus presbyter neglexisset, tertia grauissime flagellatus est. atque ita Episcopo petitionem Christi aperuit. Alia sunt ad hanc rem exempla, quibus quasi vi homines ad se Deus trahit. Hæc autem vis non potest ab Ecclesia in Iudæos exerceri, aut Gentiles, qui nunquam se nostræ fidei submiserunt: sed in hæreticos, qui in sacramento Baptismi, susceperunt fidem, eiusque obseruationem professi sunt. adeoque subsunt potestati seu iurisdictioni Ecclesiæ, non secus quam miles, etiam transfuga, potestati sui Regis cui iurauit fidem. Propterea ante mille & ducentos annos Imperatores Catholici sanctiones ediderunt, & leges, vt cogantur hæretici hæresin deserere, ad Ecclesiam redire, pœna in peruicaces statuta, non tantum confiscationis bonorum, sed & exilij & mortis. Nam quemadmodum nemo vel ad militiam compellitur, vel ad matrimonium; si quis tamen se spontaneus militiæ vel matrimonio dederit, merito, cum postea hæc deserit, cogitur ad ea redire, & si nolit pœna etiam mortis se dignum reddit: ita & nemo ad fidem primum suscipiendam compellitur, si tamen quis eam susceperit, cõpellitur ad obseruationem. Conqueruntur de compulsione hac hæretici, sicut & fures de suspendio, Rarus nocens se iudice condemnatur. quia excœcati amore sui homines, non pro debito peccata expendunt, ideoque non se ipsos, sed alios habent iudices. Sed citra dubium nihil omnino est, cur de compulsione hac conquerantur. Nam & peccatum ipsorum graue est quo fidem Catholicam, quæ vnica est, abijciũt,

Exempla.

Lib. 5. hist. c. 27.

2. Mach. 3. 26

Cap. 23. de gloria Martyrum.

Ecclesia ius habet in hæreticos.

Simile.

ac Ecclesiam Christi sponsam blasphemant. Et non nisi ad bonum, imo bonum summum, ac æternam salutem compelluntur. Quare, vt recte Augustinus, non tam oporteba considerare eos quod compellantur, quam ad quod. Atqui hoc modo paulatim domus Dei, id est, cęlum vsque ad consummationem sæculi impletur. Fac vt & tibi in ea locus sit domumque Dei impleri iuues.

Aug. epist. 50

XV. *Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.* Grauem diuinæ iracundiæ pœnam hæc verba continent, simul cum certitudine, quam innuit illud *Dico vobis.* Duo autem hic proponuntur. *Primo.* Si quis ad mensam Dei vocatus renuerit, non concedet ei Deus vt sacramentum hoc frequenter & deuote sumat (est enim deuotio peculiare Dei priuilegium) quin talem aliquando sine sacramentis ex hoc sæculo euocat. *Secundo.* Quod qui vocatus venire noluerit, excludetur regno Dei, præcipitandus in æternas miserias. Facit insipientia nostra vt parui hæc æstimemus: sed vel ex hac parabola quanti æstimanda sint disce. Adoptatur mulieris pauperis filius ab Imperatore, hac lege vt hæres in omnibus succedat, modo bene se in doctrina & moribus habuerit, ac vigesimo ætatis anno doctus iudicetur & probus, alioqui ablegandus ad triremem & omnes miserias. Assignat ei Imperator Pædagogum doctum, sedulum, & fidum, neque vllis sumtibus parcit, sed frustra. Tandem attingens annum vigesimum priuatur spe imperij, exuitur, eiicitur, ablegatur ad triremes, in quibus omnibus diebus remiget, laboret, esuriat, sitiat & vapulet in omni inedia; & quem putas tali homini animum, cum omnibus, ad quæ ius habuit, spoliatur? Homo hic tu es. adoptauit te Deus, vt cœli faciat regem; tu autem hic domos ædificas luteas, & lapideas. Monet te Christus per vicarios suos, demolitur quod ædificasti, subtrahens bona, & morbis castigans, aut alia afflictione; tu vero nihil hæc moratus antiqua insistis via. Cum ergo tempus examinis venerit quid respondebis? & cum recipientur sodales tui, loco tuo, in cœlum, tu vero cum ira & ignominia ex mundo eiicieris, quid dices? Tunc lamentans clamabis, Hei mihi, cur tempus perdidi?

Duo hic proponũtur.

Primo.

Secundo.

Simile.

Ego

Ego insensatus vitam iustorum existimaui insaniam. Ecce quomodo in maxima gloria rutilant, quam & ego labore exili obtinere potui, qui nunc in æternis viuo miserijs. Hæc meditare cum tempus perdis. solet per similia Christus monere Iudæos. non existimes verba esse solum & vana, sine dubio ita fiet, & cum perdideris omnia conclamatum erit. Sap. 5. 4.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, magnæ totius orbis familiæ Pater, qui amicis tuis, magnum, splendidum atque sumtuosum, labore atque impendijs summis, in cœlorum cœnaculo adparasti conuiuium. quique indies per famulos tuos Sacerdotes, Concionatores, Superiores doctoresque, eosdem illuc vocare non desinis, atque vt in Ecclesiæ Sanctæ tuæ atrijs cœlestis cœnæ horam, cum maiore patientia præstolentur, hic sub Eucharistiæ Sacramento sanctißimum corpus & sanguinem tuum, in cibum potumque donas, ad virtutis & dulcedinis cœlestium ciborum prægustum ac prælibationem: Quæsumus te, inter amicos tuos nos cense, ad cœnam cœlestem aduoca, adaperi aures nostras vt auscultemus vocem tuam, affectus nostros ad obsequium inclinemus, & reluctantem ad te ire compellamus voluntatem. Da in hac Ecclesiæ domo Sacramenta tua nobis sapere, maxime vero pretiosum corporis sanguinisque tui edulium: da frequens eius desiderium, atque vt per illud inueniamur dispositionem. Quicunque enim digne sacrosanctum hoc manducauerit Sacramentum, cum peccatorum dolore, cum sui in manus tuas resignatione, ei venalia, mortalia etiam, quorum memoriam non habet, peccata remittuntur, motus mali, concupiscentiaque minuitur, anima solari claritate perficitur, virtutibus omnigenis ornatur, suauitate componitur, diuina virtute roboratur, atque vt sponsa tua dilecta à te amatur, par angelis, bonis amabilis, malis admirabilis, dæmonibus formidabilis. Quapropter, O Domine Iesu, ne sinas nos ab hac mensa abripi in ea enim solatium, robur salusque nostra. Mensam parasti aduersus eos qui tribulant nos. *Qui ex hac manducauerit non morietur.* in te manebit & tu in eo; non esuriet nec sitiet. Psal. 22. 5. Ioan. 6. 50.

Per te hic vita viuet, & postmodum sine fine. & resuscitabis corpus in nouissimo die, vt regnum tuum corpore & anima beatus æternu possideat, Nulla natio habuit Deos suos appropinquantes sibi, sicut Deus & Dominus noster Iesus, ades nobis. Tu enim non foris nobis ad sed intus in nobis carne & sanguine, corpore & anima, Diuinitate humanitate. Da ergo benigne panem hunc quotidianum ad tui nominis gloriam, & nostram salutem, vt tibi viuamur in hoc seculo, & futuro panem Angelorum, id est, tuam diuinitatem in cœlesti glor manducemus, in nobis suscipiamus, & perpetuo cum omni gaudio possideamus. Per te Iesu Christe, qui cum Patre & Spiritu Sancto regnas in æuum.


Amen.

Deut. 4. 7.

DOMI-

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Lucæ 15.



N illo tempore, erant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabāt Pharisæi & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum, conuocat amicos, & vicinos dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta iustis, qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decē, si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter donec inueniat? Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdiderā. Ita dico vobis gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.

quarum vnam perditam diligentissime quærit, relinquens alias in pascuis. & cum inuenerit non percutit, neque baculo ante se agit, neque loris trahit eam, sed quasi de fatigatione eius dolens, & vt citius reddatur gregi, imponit clementer humeris suis, excitatque amicis omnibus & vicinis gaudium. Homo iste Christus est, verus rationalium ouium pastor. cuius centum oues sunt *primo* electi omnes tam homines quam Angeli; ex quorum numero oue centesima (id est) humano genere per peccatum perdita, filius Dei relinquens nonaginta nouem (id est) Angelos, quorū præ hominibus numerus multo maior est, in optimis gaudij cœlestis pascuis, descendit homo factus, & multo labore, prędicatione, oratione, ieiunijs, ac tādem passione, etiam & morte ouem perditam quærens. qua inuenta, & ab erroribus reuocata, magnum in Christi resurrectione fuit Angelorū gaudiū, cum hominē ex limbi captiuitate eduxit, & secū paulo post in gloriam adduxit. *Secundo* centū oues significant electos homines tātum & prædestinatos. nā centenarius numerus perfectionis est, vt & denarius: de quo secunda parabola loquitur. numerus quoq; electorū perfectus est, quia tot saluabuntur quot liberalē decebat Dei misericordiā. Ex hoc numero si quis labitur in peccatū, & à Deo auertitur, adhibet Christus modū omnē vt eū reducat, cōcionibus, monitionibus, prosperis, aduersis, alijsq; medijs: reductū quoq; benigne excipit vt pater prodigū filiū. Secunda parabola est de muliere habente decem drachmas, quarum vnam perditam, & accensa lucerna omni diligentia quæsitam, tandē inuenit. Mulier hæc æterna sapiētia est, drachmæ electi sunt, signati cruce & meritis

Christus verus Pastor.
Oues quæ?
Primo.
Secundo.
Luc. 15. 22.
Posterior.
Mulier, drachmę, lucerna quid.

Apocal.7.2. Ezech.9.4. 2.Tim.2.19. Christi, atque hoc symbolo. *Nouit Dominus qui sunt eius* vt drachma perdita inueniretur illuminauit mundum Christus lumine Diuinitatis suæ, homo factus,& accendens lucernam fidei ac charitatis,in cordibus hominum, euerrit omnes sordes idololatriæ, & superstitionum:atq; vt peccatores singulos inueniat, primo infundit eis notitiam peccatorũ, dein iustitiæ diuinæ quæ hominem, sicuti candela, illuminet,postea conscientiam emundat pœnitentia ac confessione, atque ita inuento nummo (id est) peccatore conuerso, lætatur cum Angelis & Sanctis in cœlo Christus,magis quam super multos iustos qui non egent pœnitentia. non quod quis ita iustus sit vt non peccet vel pœnitentia non egeat,neque quod præ iusto qui non sit lapsus, peccatorem iam conuersum Deus semper magis diligat;sed propter rationes inferius allegandas.

Documenta tertiæ Concionis.

I. ERant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores vt audirent illum. In Veteri Testamento ita pro maiestate sua agebat Deus,vt ad eum nemo appropinquaret.ac propterea nemo præter vnum Moysem in montem,in quo dabatur decalogus,adscenderet.nemo arcæ appropinquaret præter sacerdotes eam portantes,& summum Pontificem: qui semel in anno intrabat in tabernaculum interius,vbi illa erat. quin cum in deserto portaretur,populus omnis ab ea bis mille cubitis abfuit, & quia nimium ei appropinquarunt Bethsamitæ, occisi sunt septuaginta de principibus, & quinquaginta millia plebis.Erat tempus istud terroris & metus, & territi à Deo homines dicebant Moysi, *loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus,ne forte moriamur*.Ratio huius est:quia nemo sine pec-

Exod.19.20. Antiquitus Deus terrore continebat. Hebr.9.7. Iosue 3.4. 1.Reg.6.19. Exod.20.21. Heb.12.19.

ne peccatis est. *odio autem sunt Deo impius & impietas eius*, quæ in oculis Dei non aliter quam putidum cadauer fœtet. Sed quando Dei filius, maiestatem suam carnis nostræ vestimento velauit, & contra fœtorem hunc muniuit peccatores, ab eo non tantum admissi sed & vocati sunt. clamat enim *venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*. quæsiuit quoque eos, & charitatis funiculis ad se traxit, ac collo baiulauit. Vultus benignitas, vitæ sanctimonia, suauitas conuersationis, doctrinæ præstantia, verborum ardor, & quicquid vel videbatur in eo vel ex eo audiebatur, nihil nisi funiculi erant quibus homines ad Deum trahebantur. tracta his est ad Christi pedes vsque Magdalena, tracti Apostoli, ac septuaginta duo discipuli, & omnis turba quæ eum quotidie sequebatur. *Sap. 14.* Nunc benignitate. *Matt. 11. 28.* *Oseæ 11. 4.*

Docentur hic *Primo* Christiani omnes, præsertim Prælati & Doctores, vt omnia & verba & opera componant ad trahendos per ea homines ad Christum. Ioannes Baptista vox erat, verbo clamans & exemplo, & nos quasi vnci esse debemus, quo semper alios trahamus. *Christi* (ait Apostolus) *bonus odor sumus aliis in vitam*. *Primo.* *Ioan. 3. 4.* *2. Cor. 25.*

Secundò monentur peccatores vt ad Christum accedant, in quo est omne eorum bonum, & salus; extra ipsum autem nihil præter perditionem & malum. Christus est vera lux. quanto ergo es ab eo remotior, tanto maiores te inuoluunt tenebræ & quemadmodum is, qui in tenebris est, nihil quãtumlibet magnum videt: ita & peccator non videt ea quæ saluti vtilia, etsi per conciones, ac monitiones ei proponantur: qualia sunt mors, iudicium, infernus, & cœli gloria. Christus præterea summum bonum est, ac veræ diuitiæ, sine quo pauperes omnes sunt, & miserabiles, quantumlibet se sibi diuites persuadeant. quod & Angelo Ecclesiæ Laodicensis exprobratur. *Dicis: quod diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* *Secundo.* *Simile.* *Io. Apo. 3. 17*

Demum. In solo Christo omne bonum est, quo quisquis caret, vero bono caret; neque aliud habet quam apparens bonum. vt sunt diuitiæ temporales, nobilitas, honor, sanitas, *Tertio.*

quæ ceu vmbræ cito disparent. Quia vero afflictio nihil est nisi carentia & priuatio boni, quisquis summo bono, imo omni eo quod vere bonum est caret, extra dubium grauissime affligitur. Talis autem omnis peccator est, priuatus Deo & gratia eius, ac amicitia: vt propterea mirum non sit, si peccatores qui iam miserias suas vident, veniant ad Christum à quo liberationem sperant à malo, & collationem omnis boni.

Triplices peccatores Christum sequebantur.

Trium generum.

Publicani quid?

Porro notandum est quod in hac, & sequenti sententia tria ponuntur peccatorum genera qui Christum sequebantur, audiebantque doctrinam eius, etsi non eodem omnes modo nec æquali fructu. *Primi* sunt *Publicani*, id est vectigalium conductores. qui auaros significant, lucri temporalis nimium cupidos. non quod hæ conductiones malæ sint, sed quia multi eis per auaritiam abutuntur. nam vt lucrum aliquod faciant, omnia explorant rigide, nemini seu Ecclesiastico seu pauperi parcunt, imo furantur cum possunt, & opprimunt pauperes. Vult quidem Deus vt ex officio quiuis lucretur victum; sed non vult se propter lucrum offendi. Negotiare sine mendacio, iuramentis, fraudibus, detractione, inuidia, Dominici diei & festorum violatione, ac sine peccatis alijs, ne mercaturam, ex se honestam peccata tua contaminent ac infament. *Secundos* Scriptura *Peccatores* vocat quales sunt impudici, & carnales, vt Magdalena quæ propter peccata omnibus nota, peccatrix in ciuitate dicebatur. Accesserunt duo hi priores vt Christum audirent. gustabant enim verborum eius suauitatem, & peccati amaritudinē. Fac vt & tu hæc sentias. initium enim omnis boni est, cognitio proprij mali.

Secundi generis.

Peccatores. *Luc. 7. 13.*

II. *Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ dicentes.* Tertium hi peccatorum genus constituunt; nempe superbi, sui æstimatores, proximi contemptores. cum ab omnibus æstimari velint, erant hi *Pharisæi & Scribæ*. Fuerunt Pharisæi velut Religiosi Iudæorum habiti ab omnibus sancti. *Scribæ* erant doctores qui sapientiam profitebantur, & Legis Mosaicæ explicationem. Videbantur itaque duo habere eximia dona. in voluntate nimirum sanctitatem, & in intellectu sapientiam:

Tertii generis.

Pharisæi

tiam:ideo & honorari volebant, superbientes de Dei donis, quorum superbia tanto fuit maior & peior, quanto dona spiritualiora erant ac magis Diuina. Audiebant hi Christum, & vbique cingebant; non vt discerent, sed reprehenderent. ideoque vitam suam non corrigebant, sed corrumpebant obdurantes in malo. Quicquid in Christo videbant vel audiebant bonum, non considerabant: contra quod vel minimam haberet mali speciem, grauiter censebant. Miracula eius & bona opera laudarunt nunquam, quod vero in Sabbatho sanabat infirmum, aut cum peccatoribus agebat, peccati damnarunt. Horum similes sunt *Primo* hæretici omnes, qui omni tempore obseruant Ecclesiasticorum, Catholicorumque vitia, dissimulatis eorum operibus bonis, *Secundo*. mali Catholici ad detractionem tam de Ecclesiasticis quam secularibus procliues, quę licet in his multa quoque sint laude digna, quasi tamen ea non viderent, vitia eruunt ac proferunt. muscarum instar, quæ si scabioso homini insideant, membra saniora prætereunt, scabiem quærentes & impuras pustulas, vt ex eis sugant. item coruorum instar, qui cum viuos homines non edant, solis vescuntur cadaueribus. & sicut porci qui si in hortum veniant optimis floribus consitū nihil nisi sterquilinium quærunt, & impuras escas. vel denique sicut diabolus, qui dissimulati Iobi virtutib. de quibus à Deo commendabatur, inconstantis eum accusabat & imperfectę intentionis, quasi Deo nō ex animo seruiret. Sciant vero oēs hi non propterea leuius esse detractionis peccatū quia quotidianum est ac commune pluribus. *Cum detractoribus ne commiscearis: quoniam repente consurget perditio eorum: & ruinam vtriusque quis nouit?* detrahentis videlicet & auscultantis. Detractor multorum peccatorum occasio certe est, neque præsens tantum sed & absens nocet, sagittæ instar, quæ, si eam fortis aliquis plenis viribus eiaculetur, omnia ad quæ attingit etiā distita lædit. Detractor propriā conscientiā maculat, & animā occidit, conscientiā audientiū lædit, qui vel auditis aliquid addūt, vel delectant, vel exēplo incitātur vt aliis eadē narrēt. quoties aūt detractiones hæ iterant, noua toties peccata fiūt, quorū omniū primus detractor particeps, & graues pœnas

Mali Catholici & Hæretici Pharisæorum ac Scribarū similes.

Similia.

Iob 1.

Prou. 24, 22.

Simile.

Psal. 119. 4.

Detractor tenetur ad restitutionem.

pœnas Deo luet. Detractor proximum lædit cui detrahit quantum ad honorem, famam, nomen, vtilitatem temporalem; ideoque si peccati à Deo quærit veniam, restituere & pro illatis à se damnis, satisfacere tenetur. Quin fieri aliquando potest vt ad extremum vsque iudicij diem continuetur detractio, atque ita peccatum primum quotidie, simul & pœna crescat. præsertim si detractio sit mendax, ac de viris pijs & sanctis. Quare peccatum hoc fuge, vide proximi tui virtutes. nemo est in quo non aliquid laude reperias dignum: hoc vide & imitare. Notandum præterea detractionem tanto grauiorem, quanto dignior est qui detrahit. hinc enim magis creditur. tales erant Pharisæi, & seniores Susannæ accusatores. Caue ergo quisquis aliquam dignitatem habes, prudenter loquere. volant enim verba, & plus quam putes lædunt.

III. *Quia hic peccatores recipit.* Hoc loco sæcularium mores disce: qui bona vituperant, mala laudant. Bonum est cum peccatoribus agere vt conuertantur, malum est eos reiicere & salutem eorum negligere, fecerunt hoc Pharisæi, damnarunt istud. Similiter bonum est ac Diuinum confiteri singulis septimanis, ac communicare: mundi pompam fugere, vestium ornatum, & pretia deponere, in castitate Deo seruire, paupertatem amare, alicuius se superioris obedientiæ submittere, carnem castigare. Vituperat tamen hæc omnia mundus, & ea quæ de mundo est prudentia. contraria vero his laudat, & rationibus suis probat. Vide præterea hic suauem Christi titulum & dulce nomen: nempe *peccatores recipit. pugnabit*, ait

Sap. 5. 21. 18.

Sapiens, *cum Deo orbis terrarum, contra insensatos, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum.* Solus Christus eos suscipit ac

Simile.

protegit. Quod si flagitiosus quis dilectissimam Regis vxorem ignominiose & proditorie acciperet, ac regnum omne in necem istius conspiraret, solo eum Rege protegente: an non magna hæc & clemens esset misericordia? Maior tamẽ tanto misericordia est Christi, quanto Deus regina dignior. maior est formicæ ad Regem aut Imperatorem propor-

Esai. 40. 17.

tio, quam totius mundi ad Deum. Esaias *omnes gentes*, ait, *corã eo* (id est comparatas cum eo) *quasi nihilum & inane reputatas.*

Pro-

Propterea ineffabilis omnino misericordiæ est, quod Deo à vili & inutili peccatore offenso, peccatorem filius Dei recipit, quærit, vocat, defendit, & in fratrem, ceu Dei filium adoptat. Stupent hoc peccatores ipsi, & de tanta misericordia murmurant. Quin nihil mundo difficilius fuit creditu, misericordia hac, quod Deus pro inimicis suis iam fœtentibus, homo factus sit, triginta & tres annos strenue laborauit, ac tandem percussus, captus, vulneratus, crucifixus, ac mortuus fuerit vt eos saluaret. Sed qui Deum in omnibus sciunt attributis, non minus quam in potentia, sapientia, pulchritudine, ac bonitate, infinitum; misericordia quoque infinita incredibilis non est. Sunt qui cum peccatorum vident prosperitatem, in Deum murmurant quasi iniustum. sed non cogitant misericordem, qui peccatoribus propterea benefaciat vt benignitate eos adducat ad se. *Dominus*, ait S. Petrus, *patienter agit propter nos nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Aut si per ista non corrigantur, vt saltem in præsenti sæculo aliquam delectationem habeant, quos expectat tantus & tam diuturnus cruciatus, vt nemo eis exiguum hoc & breue gaudium merito inuideat.

Cur impii prosperentur.

2. Petr. 3. 9.

IV.

Et manducat cum illis. Non recipit tantum peccatores Christus, sed beneuolum quoque se eis exhibet, & plura nonnũquam quam alijs, qui nunquam lapsi sunt, committit. Principes Apostolorũ fuerunt Petrus & Paulus, ille negauit, hic persecutus Christum. Magdalena peccatrix publica, Marthæ prę̨ponitur. Manducatio hęc Christi cum peccatoribus, dulcedinem significat interiorem, quam conuersus iam peccator animo sentit. tunc etenim in nobis Christus cibatur, cum consolationibus eius anima nostra impletur. *Pascitur* sponsus *inter lilia*, cum multiplicatur in nobis verbum Dei, & per bona opera, quæ cum gaudio facimus, crescit. Ex his tamen Christi verbis & facto non est quod exemplum sumant imperfectiores, conuersandi cum peccatoribus. nam *qui tangit picem inquinabitur ab ea,* & fermentum citius massam corrumpit, quam indulcetur ab ea. Facilius malus etiam inter decem bonos, si imperfecti sint, plus facit mali, quam hi decem faciant boni. Ratio est quia & peccatum vires habet, & natura nostra

Peccatoribus plura aliquando credi.

Cant. 2. 16.

Eccl. 13. 1.
1. Cor. 15. 3.

Simile. nostra fragilis est& imbecillis. Terra ex se spinas tantum germinat,& tribulos,ac lolium,vt autem fructum bonum ferat exerceri debet.ita & nos natura steriles sumus,nihil ex nobis producimus boni, ac propterea inepti qui alios ad bonum adducam⁹.sed malorum familiaritate magis corrumpimur. sicut & terra malo semine. Qui ergo immaculatus studet agere cum malis, se ipsum primo per bona opera præparet, ad hoc & disponat.

V. *Et ait ad illos parabolam istam,dicens.* Non intermisit, propter Pharisæorum & Scribarum murmur, Christus peccatoribus benefacere:vt doceret nec à nobis hos deserẽdos,etsi id suadeant plures Ecclesiastici, docti, nobiles, diuites, potentes, qui ab eis te conentur abducere. Si ludibrium hominis vel indignatio magis te quam Christi terreat, profecto non super omnia,vt tamen debes, Christum diligis. Qui Regem vocauit conuiuam, non assignabit ei locum infimum, sed summum.Si Christum tecum retinere vis, sit primus in corde tuo,neminem præ ipso vel timeas vel ames. Considera quod occasione huius murmuris Christus,cum eos debuisset arguere,duabus monstrarit parabolis amorem suum misericordem erga pauperes,superare opinionem eorum,& quod non solum peccatores ad se venientes reciperet, sed omni etiam labore quæreret.

Propter malos non intermittẽda bona.

VI. *Quis ex vobis homo,qui habet centum oues.* Homo hic filius Dei est,qui habet centum oues Angelos scilicet & homines. Angeli oues sunt propter puritatem & innocentiam: quia nunquam peccarunt,sed in altis cœli montibus, apud Pastorem suum manserunt semper,& pasti sunt. Homines quoq; oues sunt propter ouium conditiones.nam *Primo*,nullum animalium æque humana ope atque ouis eget. *Secundo*. Oues nulla habent arma quibus se tueantur. *Tertio*, si errent non possunt per se redire. *Quarto*. plurimum eis insidiatur lupus,qui vbicunque viderit solas statim rapit. *Quinto*. Omnia ipsarum vtilia sunt,ex lana enim fit pannus,ex vellere membrana, ex intestinis nerui & fides,ex ossibus fistulæ, caro esui aptissima est,& fimus stercorationi agrorum. *Sexto*,si errauerint,societatem balatu suo vel Pastoris opem requirunt.Sic & nos homines,

Cur Angeli oues?

Homines cur oues. *Primo. Secundo. Tertio. Quarto. Quinto. Sexto.*

mines, perdita originali iustitia, quæ ab omni nos hoste & iniuria defendebat, ex sola Dei cura; ad quam quotidianis precibus confugere oportet, dependemus. si peccamus, statim in nos infernalis lupus insilit, quem sine peculiari Dei auxilio auertere non possumus, orare autem & auxilium hoc implorare restat, Ouis bona (id est) homo pius, Dei filius, gratia Dei ornatus, ad omnia vtilis est: quicquid in Dei honorē facit, siue magnum, siue minimum, meritum habet tam hic quam in futuro. Labora ergo vt bona ouis fias, communica cum ouibus cœlestibus. Sumus enim *Sanctorum ciues, Domestici Dei.* Accessimus ad multorum millium Angelorum frequentiam. cum his ergo conuersare vita, sermone, & cogitatione. Clament in cœlum preces tuæ, noli discedere ab hac societate ne abripiat te diabolus; exerce te in operibus bonis vt quicquid facis, loqueris, cogitas, meritum habeat. si à via nonnunquam declines fine vt reducaris statim, Dauidem imitatus & Petrum: noli in leonem mutari aut lupū, qui vocati non modo non veniunt, sed eos, à quibus vocātur, quātum in se est perdunt, vt Saul Dauidem, & Iudas Christum. Cogita non meliorem tibi pastorem posse repetiri, quam eū qui hic te corpore suo quotidie pascit, & in futuro in æternū diuinitate pascet, qui & ab Ecclesiastico vocatur *protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, vmbraculum meridiani, deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans sanitatem & vitam* (hic) *& benedictionem* in futuro æternam.

Ephes. 2.19. Eccl. 34.19.

VII.

Et si perdiderit vnam ex illis. Perditur ouis cum vel ad ramum aliquem diutius hæret, vel in labyrinthum incidit, qui folia optima virentem habeat & frondes: in quo dum pascitur, aliæ interea oues cum pastore domum redeunt. Ouis autem hæc, quo in labyrinthum incurrit vlterius, eo magis implicatur, difficilius expeditur. Sic homo, dum non considerat omnes nos ad vitæ ire terminum, seu mortem; voluptati terrenæ adhæret, superbiæ, gulæ, luxuriæ, auaritiæ, aut simili: quam, quo diutius sequitur, eo arctius ligatur, profundius labitur, difficilius educitur. Et quid quæso est omnis hæc mundi voluptas, nisi ramus viridis? qui cito

cito decerpitur, & marcescit. De his quæ dedit tibi Deus, quantum necesse est sume; sed noli adhærere. perge, & detinere cogita, eis contentus quę ad hoc perficiendum requiruntur. Cum ouis hęc perditur (id est) cum peccat homo, nemo magis quam peccans ipse læditur, qui Deum perdit, ac gratiam eius, & cum hac omne bonum. Tamen sic loquitur Scriptura quasi Deus ouem perderet, & ex perditione faceret damnum: significans Deo per omne peccatum oues suas subtrahi, iniuriã fieri, vt à peccato proprio, vel altero in peccatum inducendo caueas. Quo enim persona, cui fit damnũ fuerit maior, quo peccatum est grauius.

Deus pro singulis tãtum quantum pro omnib. facit.

Considera hic Deo curæ esse non omnes tantum, vel multas, sed singulas oues. tantundem enim pro vnius animæ salute, quãtum pro decem millibus facit. neque minus paratus esset (qui est maximus illius amor) pati aut laborare solius tui, quam omnium & mundi totius causa laborarit, & passus est. infinitùm namque pretium & infiniti meriti passio, tam soli tibi, quam mundo toti necessaria fuit. Gratus itaque esto; & peccatum fuge; si perditum te vides, clama cum affectu, vt pastor te audiens, vocem cognoscat, & ad te veniat.

VIII. *Nonne dimittit nonaginta nouem in deserto?* Significantur hoc numero Angeli beati, vt infinitam eorum cognoscamꝰ multitudinem, quæ tanta sit, quasi homines omnes saluandi

Apoc. 4. 5

(quos tamen dinumerari non posse Scriptura testatur) centesimam tantum partem constituant. Humiliare ergo homo, qui in numero hoc vix vllus sis, & quia tanti Deo tamque multi Principes seruiunt, ne illius te seruitii pudeat, si quidẽ tibi hoc, quam illi, vtilius est qui seruitij tui non eget. Sunt autem Angeli hi in cœlo quod hic desertum dicitur. *Primo.* quia sicut in desertis optima sunt ouium pascua, propter herbarum illic nascentium teneritudinem, ita optimum rationalis creaturæ pabulum in cœlo est, vbi Diuinitate ipsa cibantur, & omni voluptate implentur, in ciuitatibus autem macella sunt, & lanienæ ouium, sic in mundo instrumenta omnia sunt ad lanienam animarum. *Secundo* quia cœli ab Angelis malis vere deserti sunt, qui ex omnibus choris lapsi, pro

Cœlum cur desertum. *Primo.*

Secundo.

psi, pro numero suo vacuas fecerunt Angelorum sedes. *Tertio* quia homo, quem maxime diligebat Deus, nec erat ibi nec accedere poterat. quemadmodum enim vxore peregre profecta maritus se domi dicit solum, etsi liberi adsint & famuli; quia charissimam sibi non habet præsentem. ita & Deus non quiescens in maxima frequentia Angelorum, cœlũ nominat desertum; in quo nempe solus sit propter absentiam hominum, quos Dei filius tanquam charissimam sibi sponsã amat. In deserto hoc reliquit Deus nonaginta nouem oues (id est) Angelos, non quod Deus eis aliquo tempore subtractus fuerit, quem non minus quam ante sibi habuerunt præsentissimum. Sed *Primo* quia filius Dei humanam naturam assumsit, & in ea extra cœlum triginta tres annos vixit. *Secundo*, quia magis se dedit hominibus quam Angelis iuuandis. Sicut Rex qui prius multum diligit aliquem famulorum, & multa ei beneuolentiæ signa ostendit; si alter superueniat cui signa ostendit maiora, totumq; se in illum transfert, etsi priora erga priorem officia non intermittat, nihilo minus dici potest priorem deseruisse, propter maiora in alterum beneficia. Sic erat ante inhumanationem suam Dei filius in cœlis cum Angelis solus, quos gloriæ suæ participatione beabat. cum autem venisset tempus humanæ salutis, plura homini amoris signa exhibuit quam omnibus Angelis, pro homine enim homo factus, laborauit, passus est, fudit sanguinem, & gustauit mortem: imo se ipsum in nostros vsus profudit. Gratus itaq; esto & te ipsum in seruitium illius effunde, nec vllius te laboris pro honore ipsius tædeat.

Tertio. *Simile.* *Quomodo Deus angelos dicatur reliquisse in deserto.* *Primo.* *Secundo.* *Simile.*

X. *Et vadit ad illam quæ perierat donec inueniat eam.* Nota hic *primo* rationes seu motiua, quæ pastorem hunc (id est) Dei filium, vt perditam hanc ouem tanto labore quæreret, impulerunt, neque enim ex oue vtilitatem, vt homines ex suis ouibus, sperabat; neque tamen sine grauissimis causis quærendi laborem suscepit. *Primo* ergo est Dei gloria, quæ per inquisitionem hanc aucta fuit. *primo* per obedientiam quam Patri suo Dei filius exhibuit, perficiens in omnibus voluntatem eius; quæ alia non fuit quam vt ouis hæc inueniretur (id est) homines omnes ad salutem adducerentur, ex hoc enim Dei

Cur tanto labore Christus ouem perditam quæsierit. *Causa prima.* *Primo.*

innotescit maiestas, cui Filius, Deus quoque tanto labore & diligentia obediuit, vt & nos cum omni humilitate obedire mus. *Secundo.* quia mirabilior est misericordia quam iustitia. Nam vti mirabilius est si pulicem, qui te momorderit, se[...] quam si occidas: ita & magis mirum est quod peccatori p[...] cat Deus, imo à proprio suo filio eum iubeat quæri, v[...] quoque in filium adoptet, & in regnum æternum exal[...] quo nihil nisi mala susceperat, quam si eum secundum [...] tiæ rigorem damnasset. *Tertio.* quia melior est & gratior glo ria, quam ex hominum salute Deus accipit, præ ea quam e[x] damnatione. nam quos peccata ad ineffabiles & ęternas pœ nas damnant, manifestant quidem per Dei iustitiam eiu[s] maiestatem, cuius offensio per mandati præuaricationem tantum supplicium mereatur: sed non exhibent hi han[c] Deo gloriam voluntarij, cum eius ignominiam magis quam honorem quærant: verum quos misericordia Dei adducit i[n] gloriam, in sæcula sæculorum vnicum hoc faciunt, vt ma gno & grato gaudio ipsi per se Deum laudent & benedicant, maiestatem, bonitatem, misericordiam eius admirentur & extollant.

Secundo. *Simile.* *Tertio.*

Altera ratio ex parte Christi est, qui duo sibi in hominum salute solet aduertere. *Primo.* quod hominem manibus suis fecerit, ex nihilo crearit, sanguine ac morte sua emerit & re demerit. Pictor peritus ægre amittit picturam magni artifici & laudis; & mater filium magno labore fotum, genitum, & nutritum. Sic nec Christus artificiosum & pretiosum manuũ suarum opus, non libens amittit; hominem dico, in quo o mnes vniuntur creaturæ (est enim homo μικρόκοσμος cœli in se terrarumque naturas continens) quemque maiori quam alias creaturas omnes pretio compararit. *Secundò.* Gaudium, quod expectat ex peccatorum laudibus, qui ope eius ad sa lutem perueniunt. dicent enim maximo affectu in æternum [a] *Agnus* (id est Dei filius) *dignus est accipere gloriam, & honorem, & virtutem, & diuinitatem* [b] *quia redemit nos Deo in sanguine suo, ex o mni tribu.* Laus autem hæc vsque eo placebit Christo, propter magnum erga nos amorem, vt eam libens accepturus sit in solutionem toleratorum pro nobis laborum omnium.

Duo fuerũt Christo in hominum redemptione proposita. *Causa 2. Primo.* *Similia.* *Secundo.* a *Apoc. 4. 11. & 5. 12.* b *Apoc. 5. 9.*

Tert;

Tertia ratio est, compassio magna: qua duplici de causa peccatores prosequitur *Primo* propter æternos & ineffabiles cruciatus qui eos post hanc vitam manent. Est enim Christus natura misericors, neq; solũ imminentem Hierosolymorum destructionem, pro qua dolebat magis & angebatur crucem baiulans, quã pro se ipso; sed & cum Magdalenam & Marthã plorantes vidit mortẽ fratris sui, cũ eis præ naturę teneritudine fleuit. Quare cum grauitatẽ videt tormentorum quę peccatores æternum patientur, omnem adhibet industriã vt ex his eos educat. quo Dauid compassus oui, quam deuoratur' leo abripuerat vel vrsus, se ipsum periculo obiecit, ouem liberauit, leonẽ simul & vrsum occidit. *Secundo*: quia vt plurimum homines ex passione, & ignorantia peccant. diabolus neq; ex passione neq; ignorantia. ideoq; à Deo prorsus derelinquit'. Homo fragilis est & multa ignorat, ideoq; mouetur misericordia Christus vt nos quotidie iuuet. imo vt crucifix' pro crucifixoribus & persecutorib. oraret. *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*. Cõsidera *Secundo* modum, quo perditam ouem Christus quæsierit. Nã *primo* neq; labori vlli pepercit; neq; molestijs, aut difficultate territus se excusauit: quo & tibi nihil videatur graue quod pro nominis eius honore facis. *Secundo*, fecit quod pastores, qui quærunt ouem perditam, faciunt, obseruant enim ouis vestigia, eaq; sequũtur. vestigia porro peccatorum miseriæ sunt, & pœnæ, quæ peccato iam præterito manẽt. Christus igitur has ingressus est, *& in laborib: fuit à iuuentute sua*. iuit per spinas, suscepta spinea corona, percussus toto corpore & vulneratus. venit dein quasi ad macellum, montẽ dico Caluariæ; vbi ouẽ inueniens, ex latronũ manibus eruit. *Tertio*. ne lupũ infernalẽ terreret, noluit venire in diuinitatis maiestatẽ, sed ouina pelle (id est) humana natura contectus; quo diabolũ ad se alliceret, & ex allecti faucib' ouẽ eriperet. Nõ inuenitur ouis eodẽ quo perditur loco, sicut aurũ vel immobilia quęuis; sed cũ semper vadit vlterius, ẽt vlterius q̃ri debet. Similiter nec peccator vno loco quiescit, labit' de peccato in peccatũ, ex superbia in irã, odiũ, rixas, pugnas, homicidia: ex luxuria in ebrietatẽ, impudicitiã, furta: ex auaritia, in mẽdacia, fraudes, vsuras Nec mirũ ergo, si Christ' pastor-

Causa 3. Primo. Luc. 19. 41. Ioann. 11. 35. 1. Reg. 17. 35. Secundo. Luc. 23. 34. Quomodo ouis quæsita. Primo. Secundo. Psal. 87. 16. Tertio. Simile.

pastor noster tã longe abierit,in tot dico miserias& pœnas,vt ouẽ hãc inueniret. *Quarto*,nõ diu distulit vt quæreret, sed statim à peccato incepit.imo anteq̃ maledictiones suas audisset Adam,iam de quærenda oue Deus egerat:dicens mulierem & semen eius,contrituram caput serpentis, qui ouem hanc captiuam abduxerat,& detinebat.Atque ita statim pijs notitiam ac fidem venturi Messiæ infudit,ac redemtionis modũ tum apparitionibus, tum sacrificijs, tam quæ combustione quam quæ sanguinis fiebant effusione, fidelibus proposuit. Ita diem Christi vidit Abraham, & Ioannes agnum testatur ab origine mundi occisum.Quin cum & nos in peccata labimur,& aberramus à Christo;statim quærit nos & vocat per accusationem conscientiæ,monita Superiorum,per aduersitates, damna ignominias. Sic vocauit Adam quærens *vbi es?* & Cain: *quid fecisti?* sic per Ieremiam testatur se misisse Prophetas, consurrexisse diluculo imo de nocte vt à pecatis nos auocaret. Audi ergo vocem Dei,& noli obdurare cor:neque enim bonum est vt deseras pastorem animæ tuæ.

Quarto. *Gen. 3.15.* *Ioann. 8.65.* *Apocal. 13.8.* *Gen. 3.9.* *Gen. 4.10.* *Ier. 25. 26. & 37.*

X. *Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens.* Tria in hoc pastore notari debent *primo*,quod non desinat ab inquisitione nisi prius inuenerit,docet ergo vt & nos in animarũ salute quærenda, diligentiam omnem ponamus. Cuius rei pulcrum exemplum narrat ex Clemente Alexand. Eusebius de S. Ioanne Euangelista;qui ex Insula Pathmos, in qua exulauerat reuersus in Asiam, Christianorum visitabat Ecclesias, veniens autem in quandam ciuitatem,iuuenem vidit gentilem,sibi minime displicentem: mandauit Episcopo loci, vt eum instrueret,& salutis eius curam gereret. Episcopus porro cui cura hæc à tãto Apostolo delegata erat, in Christiana fide ac moribus instruxit, Baptismum, & confirmationem dedit; sperans autem quod de cætero bene se haberet, eum negligentius obseruans sibi permisit.Ille vero libertate abusus,& licentia factus deterior,malorum familiaritati adsueuit,factus ad extremum prædonum & latronum dux. Post aliquantum vero tempus requisitus fuit S. Ioannes, vt pro Ecclesiasticis negotijs in ciuitatem eandem rediret;quib.expeditis,Episcopum de iuuene interrogat. ille autem grauiter inge-

Tria consideranda in hoc pastore *Primo.* *Lib. 3. histor. cap. 17.* *Exemplũ.* Zelus S. Ioannis.

ingemiſcens, ſecundum animam mortuum reſpondit, & pro Eccleſia vicinum montem elegiſſe in quo prædas exercebat & latrocinia. Audiens vero hæc Ioannes, Ah! cui, ait, paſtori ouem hanc credidi? ac ſtatim equum expediri iubet, & viæ ducem, dein ad montem, latronum ſpeluncam, proficiſcitur, quo cum accederet, captus ad ducem eorum deduci rogat: qui eum, vt erat, operiebatur armatus. Sed cum eminus adduci videt S. Ioannem, ocius fugit, ſequente eum Ioãne & clamãte. Quid fugis me, fili, patrem, ſenem, inermem? Compatere labori ac moleſtiæ meæ noli timere, ſupereſt ſalutis tibi ſpes. Ego pro te Chriſto rationem reddam, ac reſpõdebo quin & ſi neceſſitas exigat, moriar pro te lubens, quomodo pro nobis omnibus Chriſtus. Animam meam pro te ponam. ſiſte curſum, & crede, miſit me tibi Chriſtus. Audiẽs porro iſta iuuenis ſtetit deiectis in terram oculis & arma exuens, ac cum magno timore appropinquantem ad ſe Apoſtolum lacrymans amplectitur, dexteram abſcondens tot cedium patratricem. Spondet Apoſtolus impetraturum ſe omnium peccatorum à Chriſto remiſſionem, & in genua procidens apprehenſam eius dexteram oſculatur, eumque hoc modo in eccleſiam reduxit. vna cum eo orauit, ieiunauit, nec diſceſſit ex ciuitate niſi poſtquam eum primo conſolatus diligentiſſime inſtruxiſſet, atque ita virtutibus perfeciſſet vt Eccleſiæ miniſtrum conſecraret. Tu quoque ſi fideli Chriſto ſeruus eſſe velis, fac ſimiliter. Multi oues Chriſti ad hæreſes, aut peccata alia abducunt: ſed eſt profecto cur ei formident cum rationem exiget Chriſtus. quæ tam erit exacta vt minima quoque & otioſa verba comprehendat, & quid faciet, qui vel verbo, vel exemplo, rem omnium pretioſiſſimam, animam dico, (cuius tanta eſt dignitas vt nullo, niſi ſanguinis & mortis Filij Dei, pretio redimi potuerit) perdiderit. Nota *Secundo*, quomodo ouem imponat humeris. non eam violente alligans, vt paſtores alij conſueuerunt: ſed benignè ſuſcipiens. Quo ſignificat quam facile ſit Dei obſequium, qui gratiæ ſuæ auxilio hominem portat, atque iugum ſupra eleuat, vt eius onus non ſentiamus. Facit nobiſcũ Deus quod parentes ſolent. qui apprehenſa infantis ſui dextera, eũ

Charitas Apoſtoli.

Secundo. Manſuetudo paſtoris.

Simile.

ducunt; qui cũ ad aquosa vel lutosa venerint, quæ is transire non posset, eum eleuant, in locis iterum planis deponunt, manu tenentes vt cadens vel cespitans non lædatur, sed erigentem se habeat. Sic in re graui & ardua, qualis est renunciare seculi voluptatibus, ingredi religionem, subire martyrium, ita fortiter nos adiuuat Deus & suauiter transfert, vt miremur etiam ipsi de tam commodo transitu: in rebus contra leuioribus sinit vt laboremus, tentemur, præseruat tamē à lapsu & peccato, quamdiu manum illius nos non derelinquimus. *Tertio.* Quomodo lætetur inuenta oue Deus. Pater, gaudet de nouo Filio. Deus Filius, de nouo corporis sui, quod est Ecclesia, membro; aut de viuificato eo quod fuerat mortuum. Spiritus S. de nouo templo quod inhabitet & & sanctificet. Et quanquam non adueniat Deo gaudium aliquod nouum, *quia non est apud eum transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio*; gaudere tamen dicitur: quia nihil ei æque ac peccatorum conuersio placet. Demonstrauit sane id, cum pro hac, rem dedit sibi pretiosissimam, vnigenitum dico Filium ineffabilibus obiiciens tormentis, & morti ignominiosæ. Quapropter nec tu de alia re æque ac de gratia Dei, qua & peccata remittuntur, & filius Dei adoptaris, gaude. Cum ouem hanc Christus quæreret, quantum fuerit contristatus Apostolis significauit, dicens: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Horrebat enim humana eius natura tormentorum grauitatem, etsi attenta animarum salute, quam vitæ propriæ præferebat, secundum rationem superiorem gauderet. Ratio autem gaudij huius non fuit ouis perditæ, quam habebat ipsa dignitas, propter quám gaudemus nos inuento auro, argento, vel qualibet gemma: sed dignitas quam in ouem hác & poterat, & volebat inducere. Quomodo gaudet peritus artifex, si in sylua inueniat lignum distortum, in quo artis suę formata ex eo pulcherrima imagine, velit exhibere specimē. Peccator lignum est ineptum, & inutile; nouit tamē ita eum polire Christus, vt aptus sit qui supremis Angelorum choris inseratur. Non possunt Angeli excedere chorum in quo creati sunt; homo autem, etsi natura Angelis inferior sit, potest per gratiam multos, imo omnes etiam Angelos superare. vti exem-

Tertio.

Tota Trinitas de peccatore congaudet.

Iacob. 1. 17.

Matth. 26. 38.

Vid. S. Tho. 1. p. q. 62. a. 6.

exemplo B. Virginis patet: quæ exaltata super omnes Angelorum choros, multo ſedet ſublimior quam ſederit vnquam Lucifer. Apoſtolorum quoque, Martyrum, & Doctorum plurimi Cherubinis & Seraphinis iunguntur. Gaudet ergo Deus cum hoc pacto exaltare te poteſt, & magnificare. Da ergo te illi, vt te formet & perficiat ſecundum miſericordiæ ſuæ beneplacitum, vt ſimul cum illo tu in æternum gaudeas.

XI.

Et veniens domum, conuocat amicos & vicinos: dicens illis. Angeli, & Beati in cœlo Dei amici dicuntur. *Primo*, quia perfecerunt voluntatem Dei, & perficiunt ſemper. Tu quoque, ſi Dei amicus eſſe velis, mandata eius ſerues: dixit enim *vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis. Secundo*, quia ſecreta ſua eis Deus reuelat. *Vos*, ait, *dixi amicos, quià omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Cognoſcunt amici Dei in vita hac myſteria multa, etiam præ doctis, in futura autem vita cognoſcent & videbunt euidenter quicquid deſiderant. Vocantur præterea hi ſancti *vicini* Dei: quia Deo vicini & propinqui admodũ ſunt, vt propinquiores eſſe non poſſint: neque enim Deum duntaxat vident, ſed & in ſe continent: non minus Deo vniti quam carbo viuus igni. Diſcis porro hic, noſſe in cœlo Sanctos quid in terra fiat, & quomodo orationes noſtras audiant, ac miſerias videant. Vident enim omnia hæc in Diuinitatis ſpeculo, in quo cognoſcunt quicquid hic in eorum fit honorem, eorumq; gloriam & gaudium aliqua ratione auget neque externa tantum verba aut facta, ſed & cordium cogitationes, ſiquidem vera peccatorum conuerſio quæ (Chriſto hic dicente) beatis in cœlo cognita eſt, & de qua gaudent, non in exteriori gemitu, oratione, ieiunio, aut ſimilibus pœnitentiæ operibus poſita eſt (poſſunt enim & ab hypocriſi hæc proficiſci) ſed in interiori dolore & conuerſione cordis.

Amici qui & cur? Primo.
Ioan. 15. 14.
Secundo
Ibi. verſ. 15.
Cur vicini dicantur.
Sancti ſciũt quid hic agatur.

Quod vero Chriſtus ceu paſtor amicos conuocat, *Primo* vnionem ſignificat Sanctorum, perineffabilem: *cuius participatio eius* (vt Dauid dixit) *eſt in idipſum* (id eſt) in vnum per omnia conueniunt voluntate, intellectu, deſiderio, &c. *Secundo*, quod peccatores iam conuerſos, cum Sanctis reconciliet & vniat in vnum corpus, reddens eos omniũ horũ meritorũ

Cur paſtor amicos cõuocet?
Pſal. 121. 3.
Primo.
Secundo.

Psal. 90. 11. *Psal. 149. 7* *Apoc. 2. 27.* participes, hisque eorum curam delegans. mandat enim Deus Angelis suis de homine, vt Dauid ait, & Sanctis suis, vt de cœlo iniquos & inimicos nostros, Scriptura teste, puniant.

XII. *Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat.* Non dixit congratulamini oui; sed *mihi*, quasi illi ex hac ouis inquisitione inuentioneque commodum aliquod accessisset: sui erga nos amoris significans magnitudinem, vt qui vtilitatem commodumque nostrum, suum existimet, magisq; nos quam nos ipsimet amet, damna & pericula sentiat, salutemque nostram desideret, significatur etiam hic amor per verbum *inuenta*. quæ enim emimus nō dicimur inuenisse; Christus tamen etsi ouem perditam pretioso sanguine suo emerit, inuenisse se dicit: & cur? nisi vt sic amorem suum, & desiderium, & rei exprimat difficultatem. Nam quemadmodum illi qui gemmam, aut aliud quid exoticum diu quæsiuerunt, ac tandem in officina aliqua vel domo vidētes magni emūt, id se inuenisse dicunt: ita & Dei Filius, postquam triginta tres annos magno nos labore quæsiuisset, tandem inuenit, & maximo pretio emit. Considerandum autem quod qui ad congratulationem vocantur & gaudium, amici Dei sint & vicini: quare si & tu Deo amicus esse velis, gaude cum aliquem videris vel ab hæresi ad fidem, vel à peccato ad virtutem, vel à vita imperfecta conuerti ad perfectionem; ac tāto quidem magis quanto is tibi fuerit cognatior. verbi gratia. Si filius, filia, frater, soror, maritus, vxor, &c. Quod si vero magis de ornatu sęculari, & filiorum ciuilitate quam virtute, aut de alijs, quæ vana sunt, quam de vocatione eorum & desiderio perfectionis gaudes ac mundi contemtu; necdum verus eris Dei amicus. Imo quicunque conuersioni proximi sui vel inuidet, vel officit, in Spiritum S. peccat. & qui magis peccatorem desiderat puniri quam conuerti, cum Christi desiderio non cōuenit. Scribit S. Dionysius Areopagita, Apostoli Pauli discipulus, de S. Carpo Cretæ Episcopo: cui gratiam istam dederat Deus vt nunquam sacrosanctum Missæ sacrificium offerret, quin visio simul ei ostenderetur. Hic cum aliquando aliquem ad Deum conuertisset, quem alius postea iterum auertit, ab-

Inuenta amorem innuit quærentis.

Simile.

Nota.

Epist. 8. ad Demophilū.

Exemplū.

tit, abductum ad omnem nequitiam; multum tristis, eorum vtrique grauissime succensuit. Deum orans vt vtrumq; perderet; sed manifestauit ei Deus hac visione suam infinitam misericordiam. Surgens media nocte ad matutinum, cœlos vidit apertos, & in eius cardine Iesum, adsistentibus innumerabilibus Angelis. Cum autem deorsum oculos conuertisset, cernere se dicebat etiam terram ipsam ita discessisse, vt obscurus quidam ac tenebricosus hiatus existeret. atque homines quidem illos, quibus male precatus esset, ante se ad os hiatus stare trementes, & miseros, qui fere præ pedum suorum instabilitate demergerentur, ab inferiore autem loco ex hiatu angues sursum serpere, atque ad eorum pedes, cū sensim mouerentur, interdum quidem trahere complicatos, simul & deprimentes atque retrahentes, interdum autem dētibus aut caudis incendentes vel demulcentes, omnique ratione agentes, vt eos in illam immensam voraginem præcipites darent. Narrabat porro Carpus se voluptatem capere solitum cum inferiora adspiceret, grauiter autem ferre quod nondum decidissent; atque in hanc rem cum sæpe incubuisset, nec profecisset, & acerbe tulisset, male precatum esse. cum vix tandem cœlum adspexisset Iesum vidit, quem ad misericordiam, id quod gerebatur, commouerat. Dicebatque Carpo. Feri me O Carpe, cæde, præcipita, iam paratus sum enim rursum salutis hominum causa mortem perpeti, si ita necesse mihique hoc pergratum est dum alij homines non pereant. O verba solatij plenissima, & peccatoribus grata! Confide ergo, quantumcunque etiam peccaris Deo, nec proximum contemne, quem adeo supra omnem modum Christus amat. Charitas Christi.

Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo, super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Duo hic notanda occurrunt. *Primo*, quod conuertente se peccatore totus lætetur cęlestis exercitus, sicut exultaret regnum vniuersum, filio regis ex durissima seruitute liberato, & ad patrem redeunte. Vides hic amorem Angelorum, & pœnitentiæ virtutem, quæ cœlum lætificat, infernum contristat, imo & peccatorem conuersum solatur, cuius la- XIII. Duo notanda. *Primum.* *Simile.*

crymæ Angelorum sunt delitiæ, & solatium conscientiæ, quod omnem mundi voluptatem longe superet, nec iniuria, vera enim conuersio, transfert peccatorem, qui erat diaboli seruus, & Dei inimicus, cui nihil nisi æternus inferni debebatur cruciatus, in Dei filium: ornans eum diuina gratia, & interno solatio, quod significatur per conuiuiũ illud, quod filio prodigo pater præparauit. *Secundo* quod maius sit Angelorũ gaudium in conuersione peccatoris, quam nonaginta nouem iustorum perseuerãtia. Non quod peccator ad Deum rediẽs, ei gratior sit quam sit is qui nũquam mortali peccato Deum offendit, sed hæc tria. *Primo*, quia multi se iustos putant, qui tamen Deo vere displicent, vt Scribæ, & Pharisæi, ac Christianorum plures, tam in Ecclesiastico quam in seculari statu, qui extra dubium minus Deo placent, quam peccator sincere conuersus. *Secundo*, quia non raro post peccatum, peccator in Dei obsequio feruentior est, quam ei qui nunquã Deum grauiter offenderunt, vt in Petro, Paulo, Magdalena, Maria Ægyptiaca, & alijs patet; qui semper peccatorum suorum memores, nunquam sibi ipsis satisfaciebant. Merẽtur hi maiorem Dei amorem, quam qui sine peccato mortali, Deo remisse & languidè seruiunt. Sicut miles semel transfuga, si ad regem suum postmodum redeat, magis diligitur si strenue pugnans heroica edat facinora; quam qui nunquam transfugæ, nihil memorabile præstant. *Tertio*, propter lætitiæ innouationem, quæ tunc fieri solet, cum grauia mala transeunt in magna bona. sicut cum filius peregre, nec citra mortis discrimen captiuus, per multa maris ac terrę pericula, tandem ad parentes domum reuertitur, magna est omnium exultatio, & prior luctus hac gaudij innouatione resarcitur. Sic nouum est gaudium, quando ex medijs in quibus versabatur periculis peccator, ad quietem transit conscientiæ, & ad Deũ conuertitur: non quasi in Angelis aut beatis tristitia quoque sit; sed quia tanta est peccati malitia, vt omnium creaturarum tristitiam mereatur, & quia accidentale beatorum gaudium aliquando variatur & crescit. Interim absolute maior est amicitia & propensio beatorum in eos, qui semper in virtutibus perstiterunt. Quare ex corde toto ad Deum conuertere, Sanctos-

Luc. 15. 23.
Secundum. Cur maius gaudiũ de vno peccatore?
Primo.
Secundo.
Simile.
Tertiò.
Simile.

Sanctosque eius lætifica. Aut si videaris tibi nunquam grauiter deliquisse, saltem transi ad vitam perfectiorem, & imperfectiones defle: nam si lætatur Deus ob lacrymas & pœnitentiam peccatoris, lætabitur sine dubio magis ob humiles lacrymas iustorum.

XIV. *Mulier & drachmæ decẽ quid. Primo.* *Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam.* In duabus his parabolis, iuxta communem Doctorum sententiam, mulier *primo* significat æternam sapientiam: quæ habuit drachmas decem; nempe decem choros saluandorum, nouem Angelorum, & vnum hominum. Neque enim creatus est homo occasione lapsus diabolorum, vt horum ille ruinas duntaxat impleret: sed ad beatitudinem creatus est, & electus ante mundi constitutionem, vt in cœlesti gloria decimum constitueret chorum. etsi interim possit diabolorum casus occasio esse, cur plures hominum saluentur. nempe vt non tantum decimus chorus constituatur; sed & Angelorum chori impleantur. Omnes ergo intellectuales naturæ, tam Angeli, quam homines, per drachmas significãtur, quia similitudinẽ & imagine Dei, sicut nummus imagine regis, insigniũtur. Habet has drachmas mulier (id est) æterna sapientia. quia Dei filius eas ineffabili sua sapientia creauit, & eorum singulis officia ordinemque suum distribuit, vt in tanto Angelorum numero nec vnus sit, qui non, citra omnem confusionem, habeat officium suum. Similiter nec in hominibus vllus, quin ad Dei gloriam, & proximorum vtilitatem sua dona habeat. præcipuè autem sapientia Dei in decimæ drachmæ inuentione elucet. Perdita est hæc Adami peccato, quo totum humanum genus ius suum ad æternam salutem perdidit, transiitque in diaboli mancipium. Potuisset porro Dei filius, ex hac nos seruitute per potentiam eruere: sed voluit vti sapientia, & proditorem, qui primos parentes ligno fefellerat, simili arte rursus per lignum fallere: quæ docta & sapiens fraus, ex sequenti explanatione patebit. *Secundo*, per mulierem hanc, Sanctus Petrus Chrysologus Ecclesiam intelligit: per decem drachmas; completum numerum prædestinatorum. Quorum vnus perditur; non quia vnus tantum ex his peccat,

Margin notes: Homo non est creatus occasionaliter. — *Ephes. 1. 4.* — Vid. Caiet. in 1. p. q. 108 art. 8. — Drachma decima quando perdita — *Secundo. Serm. 169.*

peccat, sed *primo* quia omnis peccans coram Deo quasi nihil est, & non constituit numerum. *Secundo*, quia peccatorum singuli, ab Ecclesia, eiusque membris, ac sub ditis, cum omni sedulitate quæri debent.

VI. *Nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter donec inueniat?* Describitur hic modus, quo Dei filius, æterna sapientia, perditam drachmam inuenerit, & quo nos eum deceat in Ecclesia quærere. Drachma (id est) peccator in tenebris est, nihil videt, nam (vt supra diximus) sicut is qui in tenebris est, nec magna videt nec parua, nisi adueniente lumine, & quo illud crescit magis, eo videat etiam minora perfectius: sic peccator lumine diuinæ gratiæ destitutus, non tantum non videt peccata venialia & quotidiana, sed nec grauia curat & mortalia, neque cœlum, neque infernum, neque iudicium, neque mortem sibi proxime instantem cogitat. Docet hoc exemplo suo Dauid; qui nouem mensibus securus, & sine omni scrupulo permansit in peccato adulterij, & homicdij; & quotidie idem in alijs peccatoribus patet, quos nulla peccata terrent. Ante inhumanationem Christi, obsidebatur orbis vniuersus tenebris. etiam apud Philosophos, qui præcipuas tum virtutes, tum vitia, non cognouerunt. Necessum itaque erat accendi lucernam (id est) clarum diuinitatis lumen, cum humana natura in vnam personam vniri. Quod incarnatione sua Dei filius fecit, qui verbo diuinitatis suæ & miraculis, notitiam sui & fidem in orbem tenebricosum inuexit, ac domum euerrit. Quicquid enim magni æstimabat mundus, ille contemptum reiecit: contra, quicquid contemsit mundus, ipse elegit & glorificauit. Colebat mundus idola, diuitias, commoditates, voluptates, honores; spreta cruce, paupertate, incommodis, tribulatione, abiectione. Christus contra, exaltauit supra omnia idola crucem, paupertatem, assumsit incommoda, commendauit tribulationes, remunerauit humilem abiectionem, ac pretioso sanguine suo & sacramentis mundum purgauit, atque ita drachmam inuenit. Tenentur Ecclesiæ Prælati iuuare Christum, annunciando lumen diuini verbi, docendo singulos notitiam Dei, & rerum futurarum; arguendo peccata, euertendo

Marginalia: Quomodo quærenda drachma. — Simil. — Lucerna quid? — Quid euerrere? — Officium Prælatorũ.

tendo hæreses, seductos conuertendo, obduratos eiiciendo. Demum tenentur singuli nostrum lumen orthodoxæ & Catholicę fidei suscipere, & se (id est) vitam commutare. vt qui stetit capite in terram verso, nihil nisi terrena appetens, ac pedibus cœlestia proterens, se erigat; pedibus conculcans terrena adspiciens cœlestia, item conscientiam euertat, eam aspergens & humectans lacrymis veri doloris, & emundans scopis sinceræ confessionis, ac integræ satisfactionis.

Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. O quantus animarum æstimator est Christus! pro quarum vna vult totum cœlum repleri gaudio. bonum signum est si & tu de peccatoris conuersione gaudium internum sentias. Christus cū aliquando impudicam mulierem conuertisset, ita satiatus est vt non libuerit ei manducare. dicens, *cibum suum esse vt faciat voluntatem Patris sui*; nempe in hominum conuersione. Qui, cum in adiuuandis proximis occupatur, gaudium hoc & satietatem percipit, nec aliud laborum suorum in terra præmium optat, beatus profecto & Christo vicinus admodum est. Disce ex hoc mulieris exemplo omnes illos, qui siue exemplo malo, siue negligentia circa eos qui curæ suæ commissi sunt, siue etiam vi & authoritate, vt qui subditis iniqua præcipiunt, siue demum peruersa doctrina quomodo hæretici solent, sub diuini verbi prætextu idiotas fraudulenter decipere, & excogitatas nuper insanias pro Euangelio venditare, omnes inquam illos qui animam aliquo modo perdiderint, obligari vt eandem quærant. si ad Christum venerint sine decima drachma (id est) sine anima quam perdiderunt, terribiliter ab eo salutabuntur, audientes cum seruo nequam [a] *vbi est frater tuus! Vox sanguinis fratris tui clamat ad me vindictam de terra,* [b] *sanguinem eius de manu tua requiram* [c] *ite maledicti in ignem æternum.* Beatus contra, & acceptus erit, qui cum neminem perdiderit etiam animas ab alijs perditas adducit. Dicet is. *Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce, alia quinque superlucratus sum:* & vicissim audiet. *Euge serue bone & fidelis, supra multa te constituam. Eris dominium habens super decem ciuitates*

XVI.

Ioan. 4. 34.

Seductor quilibet tenetur ad reductionē

a *Gen. 4. 9.*
b *Ezech. 3. 33*
c *Matth. 25.*

Math. 27. 20.

Ibid. v. 21.

uitates intra in gaudium Domini tui. & venite benedicti Patris mei possidete regnum.

Luc. 19. XIX. Simile. *Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei, super vno peccatore pœnitentiam agente.* Quemadmodum melior est vestis integra, quam refecta; ita melior est innocens nunquam lapsus, peccatore resurgente. sed quemadmodum vestis lacera, quæ aureis reparatur limbis, & gemmis, pretiosior est quam integra & vilis; sic qui post lapsum omni sedulitate surgit, pretiosa faciens pœnitentiæ opera, Deo & Beatis gratior est quam innocens, nunquam lapsus, gregariæ sanctitatis. Quæret forte hic aliquis. Si sciant Angeli & Beati quando inuentus sit peccator, an non & nobis modus suppetat idem sciendi, cognoscendique certò, vtrum in gratia Dei simus necne? Respondeo ex S. Gregorio. neque necessarium id, neque expediens esse; sed magis noxium. Quamdiu enim incertus es, laboras ad virtutum profectum. Sicut S. Paulus castigabat corpus suum, vt de salute certior esset. Porro si certus sis, forte tibi hinc præberetur occasio negligentiæ: quia nimirum habes quod optas, atque ita, quod tamen alias fecisses, non proficeres in virtute. Sunt nihilominus in hoc Euangelio tres notæ, quas si in se aliquis experiatur, habet cur certo confidat se à Christo inuentum esse, & amari. *Prima* est, si quis Christum quærat, eique adesse desideret; tunc enim inuenta est ouis cum pastorem suum quærit, & laborat per alias oues ad eum reduci. *Secunda* est, si quietem conscientiæ sentiat, quemadmodum ouis in humero pastoris sui quiescit. Christus enim internam pacem & gaudium secum adducit. dicens *Pax vobis, & gaudebit cor vestrum.* *Tertia*, si quis voluntarie se in Dei manus resignet: sicuti ouis portari se permittit, & drachma inuenta ad nutum dominæ tractari. Quare si conscientiam ingressus, nullum illic remorsum sed quietem sentis, & gaudium, ac desiderium magis appropinquandi saluatori tuo, eique placendi, cum integra resignatione tui ipsius, ac paratus sis voluntatem eius, ac quicquid ei aduertis placitum adimplere; confide quod inuentus sis, & in Dei gratia.

Margin notes: Quæstio. — Responsio. Li. 6. epi. 22. — 1. Cor. 9. — Tres notæ diuini amoris & status in gratia. Prima. — Secunda. — Luc. 24. 36. Ioann. 16. 22. Tertia.

ORA-


ORATIO.

O Domine Iesu Christe, bone & clemens Pastor, cœlestis Patris æterna sapientia, nos miseræ ac perditæ oues in hoc mundo erramus, in dilaniationis ab infernali lupo, mille periculis: sumus interim ad imaginem tuam formati, & diuinum Christianitatis characterem in anima nostra circumferimus, non secus ac in pretioso nummo signum: Attende quæsumus vocem nostram, quære nos, inueni nos, in ouile tuum ad reliquas electas oues tuas nos porta, & inter pretiosa tua repone. Inueni nos per peccatorum remissionem, porta nos per gratiæ tuæ adminicula, perduc ad salutem per donum perseuerantiæ. Atque vt plures ex perditis inueniantur ouibus, corda famulorum tuorum & sacerdotum ad diligentem earum indaginem excita, vt eas omni ad te caritate reducant. Inijce infernalis lupi terrorem ouibus erraticis, vt ministrorum tuorum vocem audiant & sequantur, pericula summa, quæ pacem putant, videant & effugiant, ac quietem omnem in te desiderent & inueniant. Exhilara famulos tuos peccatorum conuersione, Ecclesiam tuam noua prole fœcunda, hæreses omnes, errores, peccata tolle, vt de manibus inimicorum nostrorum liberati tibi adhæreſcamus, in æternum placeamus, seruiamus. Amen.

DOMI-

DOMINICA IV. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Lucæ 5.



IN illo tempore, cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon, dixit ei: Præceptor per totam noctem laborantes, nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui, vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me, quia homo peccator sum Domine. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piscium, quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus. Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus, secuti sunt eum.

Breuis

BREVIS EXPLICATIO Euangelij.



PRæstantiſſimum hoc miraculum fecit Chriſtus initio ſuæ prædicationis, etenim hanc cum incepiſſet, conuenit ad eum turba copioſa ex omni regione (vt habet Mattheus) Galilææ, & Decapoleos, & Ieruſalem, & de omni Iudæa, & de trans Iordanem. tum quia annuntiabat nouam doctrinam, perfectiorem ea quam audierant; tum quia eandem ſignis mirabilibus confirmabat. Factum eſt ergo, vt veniret in Galilæam, ad lacum illum, qui à Scriptura ob ſui magnitudinem mare dicitur, diuerſaque nomina habet ſecundum diuerſitatem regionum in quibus eſt, vel ciuitatum quas attingit. Vocatur enim mare Galilææ: quia in Galilæa eſt, & mare Geneſareth, quia terram Geneſareth tangit. & mare Tiberiadis; à ciuitate Tiberiade, quæ ad ripam eius eſt. Huc itaque cum veniſſet, vidit duas naues; alteram Simonis Petri diſcipuli ſui, etſi necdum plene conuerſi, frequentantis tamen ipſum, & ad opificium ſuum redeuntis: alteram Zebedæi, qui & in ea erat cum duobus filiis ſuis Iacobo & Ioanne. Chriſtus, quia ſemper ferebatur in Petrum, etiam ab initio quando primum eum vidit, eique nomen

Matth. 4.

Maris diuerſa nomina cur?

Ioann. 1. 42. commutauit, dicens *Tu vocaberis Cephas* (id est) Petrus seu Petra, petijt ab eo vsum nauiculæ eius: vt sc. ex ea Dei verbum annuntiaret, addens vt eam paulatim à terra reduceret. Inuenerat enim Petrum ad littus cum Andræa fratre, lauantem rete, quo tota nocte frustra vsi fuerant in captura piscium. Fecit vero hoc, non ideo tantum vt quietior esset à compressione hominum, & ex editiori loco commodius audiretur; sed & vt priuilegia significaret Petro, eiusque successoribus communicanda. *primo,* quod in nulla naui (id est) in nulla congregatione alia, concionetur Christus, quam in qua Petrus clauum teneat, & regat: quæ est Sancta Catholica, Romana Ecclesia, in qua solum purum Dei verbum annunciatur, & vera fides creditur, quicquid vero extra hanc apud hæreticos, Iudæos, aliosue infideles annuntiatur, non Dei verbum, sed propriæ persuasiones sunt, nouitates, & insana hominum male sanorum deliria. *Secundo,* quod soli Petro mandarit nauem in altum ducere (id est) Ecclesiam in fero huius sæculi mari regere. soli enim ipsi dixit. a *Tu es Petrus; & super hanc Petram ædificabo Ecclesiã meam,* & b *Pasce oues meas. Tertio,* quod Petrus piscatus annuerit socijs vt venirent subsidio: officium enim supremi Ecclesiæ gubernatoris est, non per se solum duntaxat operari aliorum salutem, sed & alios in idipsum aduocare, admittere, excitare. Neq; potest quis Dei verbum annuntiare legitime, nisi à S. Petri Successore authoritatem acceperit. Postquã autem Christus hominibus iam ex Petri nauicula concionatus esset, voluit ei concessum hunc nauiculæ vsum remunerare, iussitq; vt altius se mari, piscatu-

Cur Petri nauiculam ascenderit Christus? *Primo.*

Secundo.

a Matt. 16. 18 b Ioann. 21. 17 *Tertio.*

Merces obsequij.

caturus, cōmitteret. Ostendit tunc Petrus humilem obedientiam, & firmam fidem: etsi enim tota nocte frustra laborasset, soli tamen Christi verbo innititur, & resumto labore, nihil de virtute diuini verbi, & merito humilis obediētiæ hæsitat Sicq; factū est vt rete eius innumerabili piscium copia impleretur ita vt iam nō valeret illud, vna cum Andræa fratre suo, adducere, sed debuerit à Iacobo & Ioāne alijsq; adiuuari: qui omnes de magnitudine miraculi obstupuerunt. Præcipue vero humilis Petrus, qui non tantū opus hoc sibi non tribuit, sed attenta Christi sanctitate, & suis peccatis, timuit à Deo puniri, quod coram tam sancto ageret, sicut & mulier Sareptha-na, in pœnam peccatorū suorum putabat mortuū esse filium suum, propter sanctitatem Heliæ Prophetæ, quem domi suæ, vt putabat, indigna exceperat. Petrus igitur in genua procidens; Domine, ait, non sum dignus vt in naui mea sis, obsecro exi à me, priusquam à Deo propter peccata mea & hanc audaciam puniar. Christus vero, qui in his piscibus dederat iam ei mercedem temporaneā, voluit maiorem quoq; & spiritualem dare; dicens, ne timeas neq; enim aliquid tibi eueniet mali; sed quō nunc virtute mei verbi innumerabiles hos cepisti pisces irrationales, ita postmodum rationales quoq; capies. Quod verbū tanti æstimauit Petrus vt cum Andræa fratre, relictis omnibus, Christum secutus sit. quod & Iacobus & Ioannes, postquā ad nauē suam reuertissent, vbi cum patre suo Zebedeo reficiebāt retia, præstiterūt. cum enim ad eos accessisset Christus, eosq; vocasset, patre, naui, reti, ac omnibus relictis, eum secuti sunt, non discessuri iam ab eo amplius sed perpetuo adhæsuri.

3. Reg. 17. 18.

Documenta quartæ Concionis.

I. Duo consideranda. Primum. CVm turba irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei. Nota primo benignitatem Domini, qui nec compressus, nec obrutus offenditur, modo ex bona intentione compressio oriatur. Quapropter ne formides frequenter ad eum accedere, eiusq; sacramētum suscipere; sed facias id ab eo instructionem sperans, & auxilium. Instruit enim & adiuuat libēs, instrui & adiuuari cupientes. Nota Secundo, magnam Diuini verbi vim: quod, vt in præsenti Euangelio patet, duobus modis operatur. Primo per auditum & cognitionem, sicut & cætera hominum verba, quibus siue ad bonum, siue ad malum mouemur, sic cum iniuria afficimur dolemus, vel succensemus; cum bona audimus, lætamur & ad prosecutionem excitamur, aut omissionem. Hoc modo maiorem vim habet Dei verbum quam cætera hominum verba, habetq; vim hāc ab ore Dei, ex quo processit. docet id Magdalena, quæ verbo hoc excitata est vt neglecto omni muliebri mundo, sine verecundia, ad mensam Pharisæi veniret, lacrymis Christi pedes lotura, & capillis extersura. Docent idem aduersarij Christi, qui venientes vt eum caperent, ita commoti sunt vt domum redierint. Denique hoc ipsum docet turba hæc presentis Euangelij, quæ sequebatur Christum, non vt eius tantum miracula cerneret, sed vi verborum eius, quibus corda eorum sauciabat & emolliebat. S. Paulus *viuum dixit sermonem Dei, & efficacem, qui pertingat vsque ad diuisionem carnis ac spiritus, compagum quoque, ac medullarum*, sentiunt enim, qui verbum Dei prout oportet audiunt, dulcedinem quandam, ac solatium spiritus, quo suauiter ad Christi imitationem trahuntur, & ad fugam imo detestationem voluptatum omnium, quæ animam (id est) partem sensitiuam oblectabant. Significat hoc clangor tubarum, qui muros Ierechuntinos subuertit, item quod Moysi dixit Deus, *loquere ad petram, & illa dabit tibi aquas*. homines enim lapidei frequenter Dei verbo ita emolliuntur, vt largas lacrymarum aquas fundant. Etsi vero verbum hoc præcipuum suum vigorem habeat cum profertur à

Secundum. Verbum Dei duob. modis operatur. Primo.

Luc. 7. 38.

Ioan. 7. 46.

Hebr. 4. 12.

Iosue 6. 20.

Num. 20. 8.

tur à Christo; non tamen eo carere ac destitui debet prolatum ab homine. Loquitur enim, Apostolo teste, per nos & hortatur per nos Christus. Ideoq; concionante Petro, conuersa sunt primo tria, dein quinq; hominum millia. Similiter per duodecim Apostolorum conciones, breui tempore vniuersus terrarũ orbis conuersus est. Obijt anno Dom. 1418. S. Vincentius Valentinus Hispanus, Ordinis Prædicatorum, qui virtute verbi Diuini, quod inde ab Hispanijs, per Gallias in Belgium vsque prædicauit, octo Saracenorum, & viginti quinque Iudæorum millia ad Christianam fidem, publicorum vero & infamium peccatorum (id est) homicidarũ, prædonum, vsurariorum, mulierum impudicarum, 40. millia ad publicam pœnitentiam, aliorum vero peccatorum, plus quã centum millia ad confessionem, vitæq; immutationem adduxit, quocunq; iret sequebatur eum copiosa hominum, etiã ad decẽ millia multitudo. Pręstabat autẽ hoc Dei verbũ, ꝙ in eorum cordib. operabatur, eosq; suauiter trahebat. Quod si quæras cur etiã nunc idem non contingat. Respondeo, quia nos non ęque idonei & dispositi sumus. Erant quidẽ & tunc, quos Apostolorum aliorumue Sanctorum non mouebant sermones, propter obstaculum malignæ eorum voluntatis, sed obstaculum hoc in plurimis nunc Christianorum reperimus, quorum superbia, vt in Pharisæis quoq; factum est, vel diuitiæ, voluptas carnis, aut similis generis idola, quæ ipsi gẽtilium more extollunt supra omne ꝙ est Deus, Dei verbũ ab eorum corde excludit. Sapiens ait, *cor fatui esse vas confractum, vt sapientiã continere nequeat*, & alibi, *sicut in percussura cribri remanebit puluis, sic opera hominis in cogitatu illius*. Fit hoc in nobis quotidie, quoties vitia Concionatorum notantes, & quæ ad recreationem faciunt partis sensitiuæ, ea negligimus quæ optima, & ad salutem vtilissima sunt. Non esurimus Christiani, nec desideramus amplius verbum Dei, ægrotorum similes, qui omni ciborum appetitu carent, atque hinc vt neq; istud nobis sapiat; quibus præ pia concione plus placent comœdiæ, actiones ludicræ, præstigiæ, aut composita nouiter cantilena. Athenienses imitamur, qui *non vacabant nisi audire aliquid noui*, nobisque persuademus nihil in concione

2. Cor. 13. 3. *2. Cor. 5.* *Act. 2. & 4.*

Vid. Tom. 2. Surij die 5. Aprili. *Exemplũ.*

Quæstio. Responsio.

Eccl. 21. 17. *Eccl. 27. 5.*

Act. 17. 21. Cur adeũdę conciones.

nobis incognitum dictum iri: quasi vero præcipuus diuini verbi effectus esset cognitio,& non inflammatio cordis, ac vitæ prioris correctio. Considerans ergo te quidem sufficiētia nosse, nequaquam tamen ad eorum præscripta vitam cōponere, ardenti desiderio ad Dei verbum accurre, non aliter quam ad ianuas diuitum aduolant famelici pauperes, ad quas eleemosynæ distribuuntur. Præcepit Ezechieli Deus vt manducaret librum, eoq; impleretur; manduca similiter & tu famelicus Dei verbum, eoque implere, nutrire, delectare. Parum proderit multorum scientia, charitate destituta.

Ezech. 3. 1.

Secundo.

Secundo operatur verbum Dei per institutionem & virtutem Dei, etiamsi tam a proferente, quam ab audiente non intelligatur. Huiusmodi sunt verba sacramētalia, quæ quod significant efficaciter operantur, verbi gratia, verba hæc baptismi, *Ego te baptiso in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S.* etiamsi Latine dicantur, etiam à fœminis non intelligentibus & baptisantibus infantem, à quo ea non audiantur, habent tamen effectum in anima eius, peccatumque originale remittunt. Similia quoque fuerunt verba per quæ Christus miracula fecit, & quod in præsenti Euangelio dixit. *Laxate retia vestra in capturam.* Horum enim virtute pisces in rete S. Petri adigebātur. Digne itaque æstimes verbum Dei: quia à Deo pronuntiatur, obsecrans vt non tantum eius dulcedinem gustes, sed vt vi sua cor tuum lapideum emolliat, & voluntatem rebellem mutet.

II.

Et ipse stabat secus stagnum Genesareth. Nullus locus seminando verbo Dei, si tamen terra bona sit inidoneus est. Excepit illud [a] S. Paulus, ac per id cōuersus fuit in via. [b] Manasses rex in carcere, [c] Ionas in ventre ceti ac profundo maris, [d] Ezech. in lecto, [e] Mattheus in telonio, [f] Ieremias denique à Deo ad domum figuli mittitur, vt isthic verbum Dei audiat. Propter hoc ergo Christus omni loco concionatur in montibus, vallibus, agris, synagogis, templis, ædibus, ad mensam denique vbi esset non intermisit quin hominibus voluntatem Patris sui cœlestis annunciaret. Docens nos *primo* vt in omni loco & opere obseruemus inspirationes diuinas, quæ nusquam, modo nos aduigilemus, deerunt. *Secundo* vt nunquā vbicun-

a Act. 9.
b 2. Par. 33.
c Ione 2.
d Esa. 38.
e Matth. 9.
f Ierem. 18.

Duo documenta.
Primo.
Secundo.

vbicunque & apud quoscunque fuerimus, negligamus etiam minima occasione data suggerere alijs aliquid boni, exemplo Christi qui pro locorum, temporum, personarum, casuum oportunitate, materiam alios instruendi sumpsit. Sic cum Samaritana, occasione aquæ quam illa hauriebat, cepit agere de aqua viua, & cum in prãdio dixisset aliquis, *Beatos qui manducant panem in regno Dei*, sermonem instituit & parabolã cœnæ spiritualis. Iterum cum cibasset quinque hominũ millia, quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus, à pane corporali transiuit ad spiritualem, & Eucharistiæ sacramentum. Similiter cum in præsenti quatuor hos piscatores Petrũ, Andræam, Iacobũ, Ioannem, sibi vellet allegere in Apostolos, eisq; potestatẽ cõferre vt reti diuini verbi pisces rationales (id est) homines caperent; venit ad mare, eisq; mandauit vt piscarentur, quo per piscationem hanc corporalem modũ significaret, doceretq; piscationis spiritualis, propter analogiam ac proportionem vtriusq; inter se, mundus enim, typus est, maris, pisces, hominum; rete, verbi Dei; piscatores demũ Apostolorum & successorum qui Dei verbum annuntiant. Nam *Primo* sicut mare salsum est, nunquã pacatum, plenum ventis tempestate, periculis; ita & mundus nihil nisi amarorẽ habet, vanitatem, inquietudinem, tentationes, mille damnationis pericula, nihil deniq; est quo hominem satiet, sicut nec aqua salsa sedat sitim. *Secundo* sicut pisces frigent, delectantur limo & luto, discurrunt celeriter huc & illuc quasi mira acturi, maiores deuorant minores; ita & mundani homines frigent destituti amore Dei ac proximi, neque si de acerbis Christi passionibus, rigore iudicij, gloria cœli, aut similibus quicquã audiant calefiunt. Delectantur sordibus impudicitiæ, ebrietatis, commessationum, pecuniarum atq; in his volutantur, omni sedulitate per orbem vniuersum discurrunt, inuicem se deuorant, honorem mutuum, bona, corpus, imo & animam lædunt ac perdunt. *Tertio* sicuti duobus modis capiũtur pisces; reti nempe, in quo manẽt illæsi, & hamo quo læduntur, vterq; autem modus habet escã; ita & homines à duplici piscatorum genere duplici modo capiuntur: à Christo eiusq; ministris, & à diabolo cum suis. Christus reti sui

Ioann. 4.
Luc. 14. 15.
Ioann. 4.
Quid mare, pisces, rete, &c.
Prima comparatio.
Secunda.
Tertia.
Duplex piscãdi modus
Vnus Christi.

verbi vtitur, quod funibus contegitur & nodis: funiculi doctrinæ sunt, & sententiæ scripturarum: nodi autem sunt *Primo* miracula quibus Christus & Sancti doctrinam suam cõfirmarunt. *Secundo*, mandata & præcepta Dei quæ prohibuit infringi. *Tertio*, promissiones vitæ æternæ, & comminationes æterni supplicij, quibus præcepta firmantur. esca porro qua rete inspergitur, gratia est, & interior conscientiarum lætitia, quam sectatoribus suis infundit.

Primo. *Secundo* *Tertio.*

Alter diaboli. Diabolus hamo vtitur (id est) peccato, ex quo defigit escã voluptatis, quæ peccatori placet vt diuitiarum, honoris, iucunditatis, &c. Hanc cum homo admordet, læditur anima eius & in diaboli potestatem incurrit, qui eum quo libet abripit, donec præcipitet in vas inferni: dein escam ex ore piscis educit, eamque denuo in aquam ad alios capiendos inijcit, homine enim defuncto, inuadit bona, agros, officia & honores eius in hoc incumbens, vt alios quoque per eadem deceptos capiat. Fugias itaque Christiane diaboli hamum, neque te patiaris ab esca illius falli, certe non aliud quærit nisi vt te deuoret & perdat. Propera ad rete Christi, quod in Ecclesia expanditur (id est) audi verbũ Dei ꝙ ab eius tibi ministris proponitur, nulla hic amaritudo, sed conscientiæ vera quies, internum gaudium, & Dei auxilium, quo te ad littus vsq; (id est) vitæ terminum deducet. quando te in vasa cœlestis gloriæ componet; & ad mensam suam exhibebit, vt tecum in æternum lætetur, teq; diuinitate sua satiet.

III. *Naues duæ quid.* *Et vidit duas naues, stantes secus stagnum.* Duæ naues quæ stabant sine piscatoribus, & nautis qui abierant, duo significant hominum genera, quæ inuenit Christus. Iudæos nimirum & Gentiles, qui non poterant nauigationis suæ cursum in cœlum promouere, sine Christi auxilio: quia mundus erat peccatis plenus, & Superiores quique animarum curam negligebant, erantque *homines velut oues sine pastore.* Altera quoque harum nauium in quam ingressus est Christus erat Simonis Petri: quia ad Iudæos descendit Christus, ex quibus secundum carnem natus est, & Iudæis per se ipsum Dei verbum annuntiauit, tanquam Apostolus (vt loquitur S. Paulus) circumcisionis. Erant etiam postea Iudæi præcipue S. Petro cõ-

Matth. 9. 36. *Rom. 15. 8.* *Gal. 2. 17.* *Ioan. 21.*

m issi,

missi, qui licet totius Ecclesiæ constitutus esset à Christo pastor, specialem tamen eorum curam habuit. Veniens ergo in mundum Christus, & duas naues (id est) populos iam dictos videns, eos vt essent vnus populus coniungere voluit, ideoq; piscibus, à S. Petro captis, vtramq; nauem impleuit, vt non esset in Ecclesia distinctio Iudæi aut Gentilis, quin & crucis titulum propterea tribus linguis Hebraica, Græca, & Latina, scribi voluit, quia passionis suæ facturus erat participes, sine discrimine, omnes orbis terrarum nationes, quæ per has linguas significabantur, & in vnam Ecclesiam coniuncturus. Ita tamen vt Latinos sibi viciniores faceret, constituens in eis Vicarium suum S. Petrum, qui Christi mandato (teste Sancto Marcello Papa & Martyre) sedem suam Antiochiâ Romam transtulit. Ideo enim Latina lingua in tituli inscriptione infima adeoque Christo proxima fuit. Discas porro ex hoc nullas nationes contemnere, eodem enim pretio Christus omnes redemit, & æque charas habet. Sunt fateor quibusdam earum, sui defectus, vitia, & mores, qui non æque nobis placeant, attamen & nobis ea sunt quæ alijs displiceant, & illis vitutes multæ quæ nobis desint. Quomodo enim in corpore membra omnia officium suum ad corporis perfectionem & subsidium habent, ita & ad mundi vnionem dedit Deus regionibus singulis fructus suos & munera, quo necessario societas mutua coalesceret, & auxilium. Imo distinxit nationibus singulis proprietates suas, ne in vitia, sed virtutes aliorum intenderemus, ac dona, eisque similia nobis à Deo precaremur. Sic Græcos natura finxit eloquentes, Afros callidos, Brasilij casti sunt & pudici, Hispani ingeniosi. Itali maturo iudicio, Germani synceri, Galli agiles, Poloni hospitales & amatores peregrinorum, Angli amatores ciuiũ, Scoti parci, Belgæ industrij, &c. Considera itaque in proximis, præcipue vero peregrinis, virtutes eorum non vitia: in te ipso contra, vitia præ virtutibus obserua, vt per humilitatem & proximi amorem Deo placeas.

Cur duæ naues repletæ piscibus.

Epist. 1.

Cur latinus titulus crucis fuerit imus?

Nullæ nationes contemnendæ.

Simile.

Piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Lauant hi piscatores retia postquam eis in piscatione vsi sunt, ex IV.

qua, citra dubium, multę eis sordes adhęserant. Fecerunt autem hoc antequam Christum concionantem audierant, vt duo nos doceant. *primum est*, vt quotidie conscientiam nostram saltem semel emundemus, idq; præcipue vesperi, die iam actionibusq; omnibus finitis. sic initio mundi vidit Deus opus suum quod esset bonum; similiter ergo oporteret à primo mane in serum vesperũ examinare, quicquid toto die egerimus, aut dixerimus: ꝙ bonum est Deo tribuẽtes, peccatorum vero veniam deprecantes. multi enim subita morte noctu sine pœnitentia ac confessione moriuntur, & æternũ pereunt; saluandi si ante somnum vero dolore conscientiam examinassent, & peccata planxissent. Et si forte videaris tibi nihil mali committere, sed bona plurima; non tamen decet vt securus sis. vt plurimum enim habent etiam bona opera aliquid maculæ adspersum, à superbia, vanitate, negligentia, &c. Atq; indigent pœnitẽtia antequam Christus veniat, qui dixit, *cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo* (id est) cum venerit tempus meum, post mortem tuam (in vita enim hac tempus tuum est) non solum peccata publica puniam, sed etiam opera bona examinabo: num vel eis quid desit, vel mali aliquid admixtum sit. Faciebat hoc quotidie Dauid. *Lauabo*, ait, *per singulas noctes lectum meum: & meditabar nocte cum corde meo, & scopebam spiritum meum*. *Alterum*, est modus quo nos ad audiendum Dei verbum pręparare oportet: scilicet, per emundationem conscientiæ, nam quomodo in vitro sordido non potest vinum esse purum, aut in vase quod aquam habet, nõ dilutum: sic in corde peccatis infecto, Dei verbum non omnino purum est, nec saporem debitum habet. Significauit hoc Christus cum diceret, *si quis voluerit voluntatem eius facere* (Dei videlicet) *cognoscet de doctrina mea, vtrum ex Deo sit, an non*, quasi dicat si quis velit energiam & suauitatem verbi Diuini cognoscere, relinquat peccata, vitam corrigat, Dei in omnib, voluntatem perficiat, cum præmisisset Dauid, *ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiam verba tua: à iudiciis tuis non declinaui*, subdit: *quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo*, Emunda ergo vt minimum interno dolore, & proposito emendationis cor tuum, cum ad audiendum Dei verbum accedis

Marginalia: Duo docemur in lotione retiũ. — Primum. — Gen. 1. — Psal. 74. 3. — Psa. 6. 7. — Psal. 76. 7. — Secundum. — Simile. — Ioan. 7. — Psal. 118. 101

cedis: vide etiam vt in inquisitione ac examine conscientiæ humilis sis, quemadmodum hi piscatores descenderunt vt lauarent retia. sicuti enim aqua qua lauamus & mundamus infera est, sic & Dei gratia apud humiles inuenitur in remissionem peccatorum.

Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis Petri, rogauit eum à terra reducere pusillum. Benignam vide Christi humilitatem, qui dignatur nauim pauperis opificis ac piscatoris ascẽdere, & in ea non imperare, licet omnium esset Dominus, sed humiliter rogare vt à terra reduceret, quod præcipere potuisset. docens nos *primo*, vt confidamus in eum, neque terreamur ab eo cum ei seruire volumus. Etiamsi mechanicus sis & pauper, libens tamen accedit, etiam morbi tempore cum sacramenta requiris, imo summum eius desiderium est vt in corpus tuum & animam per Eucharistiæ sacramentum admittatur; nihil tibi loquuturus toruum, sed suauiter mandata sua docturus, & adiuturus. *Secundo*, quod Deus non cogat hominem, sed libertati suæ permittat, proponens interim ei voluntatem suam, vt experimento doceat vtrumnam amet eum super omnia, an non. neque enim intermittet verus amator voluntatem amicissimi sibi, præsertim si ab eodem benigne & humiliter rogetur. O quoties rogat te Christus, & nihilominus tu vel rogantem reijcis, vel non audis. *Tertio*, quomodo oporteat Superiorem agere cum subditis, non austere, sed mansuete, humiliter, & benigne, licet enim eorum Superior sis, non tamen hoc ipso eis melior: vere conseruus duntaxat eorum es, & fors in magistri omnium Christi gratia illi te priores sunt. Noli timere quasi humilitate vilescas, nam quemadmodum Christus hic pauperis Petri nauem ingressus, adscendisse dicitur: ita & per humilitatis exercitia adscẽdens, maiorq; apud Deum fies & homines. Quod autem nauem à terra reduci voluerit Christus, doctrinam eius significat non esse terrenam, sed cœlestem. prudentiam mundi S. Iacobus terrenam vocat, carnalem, & diabolicam: quod non nisi hæc doceat. Prudentia vero diuina, quam Christus annunciauit, cælestis est: & docet fastum, luxum, diuitias, & vanitatem mundi contemnere, cor sursum ad cœlos eleuare, eo tan-

V.

Tria docemur.

Primo.

Secundo.

Tertio.

Cur nauis à terra reducta.

Iacob. 3. 15.

Cur pusilli

tanquam ad patriam in qua veri sint honores, diuitiæ, ac voluptates tendere. Notandum quoque est quod non nisi pusillum reduci velit. quo Ecclesiæ Doctores instruat vt neque terrena concionentur, neque nimium sublimia: sed quæ media sunt, & auditoribus accommodata. Similiter non oportere vt laici subtilibus quæstionibus occupentur, sed doctioribus eas permittant, ipsi cognitione præceptorum Dei & obseruatione contenti.

VI. *Et sedens, docebat de nauicula turbas.* Quod ex Petri nauicula *sedens* Christus docet, significat *Primo*, quomodo & docere oporteat & audire verbum Dei. Doctor enim sedere debet, (id est) liber esse ab omni perturbatione, & malo affectu, odij quo hæretici, inanis gloriæ quo superbi, cupiditatis temporalium quo auari, impudicitiæ demum quo laborant impudici; in solam Dei gloriam, & proximorum salutem, cum interiore animi sui quiete intentus. Ideoque non festinet nimium, nec pigeat eum laboris, sed operetur quamdiu videatur expedire, sic medicus cum ad ægri accesserit domum sedere solet, & de morbo eiusque remedijs per interualla discurrere; vt ægrum soletur, eique præscriptionum suarum obseruationem persuadeat. Auditor quoque Diuini verbi sedere debet id est sine perturbatione, solicitudine, inquietudine, audire constanter, attente, & patienter. Quemadmodum S. Iacobus præcipit. Docent medici festinatam comestionem aut traiectionem cibi, non plene masticati, esse insalubrem. & cum magnificum instruitur conuiuium diu sedemus, vt cibi placide sumantur. similiter ergo & in concionibus oportet tempori adesse, ad finem vsque permanere, curas cogitationesque peregrinas repellere, quiete attendere, audita ruminare, ac in opus deducere. *Secundò* effectum significat & fructum Diuini verbi, qui est pax & interior quies, quam in nobis, modo illud prout decet audiamus, operatur. Doctrina mundi ac hominum animos facit inconstantes, philosophorum inanes & inflatos, Dei autem doctrina cor implet & plenam quietem conciliat, *neque enim in solo pane viuit homo* (vt Christus dixit) *sed & in verbo Dei.* Iniqui

[Margin notes: Sedens cur doceat? *Primo.* — *Simile.* — Iacob. 1. 21. *Simile.* — *Secundo.* — Matth. 4. 4. Deut. 8. 3.]

qui (vt Dauid ait) aut mundus, *non nisi fabulationes narrant*, & non quietem vt lex Domini. *Tertio*, Christum significat puramque eius doctrinam in Petri nauicula (id est) Romana Ecclesia semper futuram, non quemadmodum in Veteri Testamento sedit Deus supra propitiatorium, super alas Cherubin, quasi auolaturus & derelicturus Synagogam, quod etiam nunc fecit, sed quasi perpetuo illic mansurus, *ac nobiscum futurus omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi*, sicut & vsque nunc mansit. Iam inde enim à Christi temporibus ad nos vsque, eadem semper in naue Petri, id est, Ecclesia, quæ à Petro eiusque successoribus regitur, fides credita & annuntiata est, sine vlla etiam minimi articuli immutatione. Negant hoc quidem hæretici omnes, qui noua cerebri sui commenta quotidie fingunt, & deliria sua pro fide orthodoxa in orbem inuehunt, innixi scilicet Dei verbo, quod pro arbitrio suo deprauant, & inscite simul ac blasphemè Ecclesiam Romanam tot retro sæculis grauissimos errores docuisse iactant. Verum oportebat deliros hos & somniatores aduertere. *Primo*, quod Christus sponsam suam, quæ est Ecclesia, supra modum diligat, pro qua sanguinem profuderit, & vitam, non tantum vt eam à peccato lauaret, sed & vt eandem in extremum vsque diem suo spiritu custodiret, & præsentia defenderet. Ideoque dixit. *Alium paracletum dabo vobis, spiritum vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, & Ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi.*

Psal. 118. 85. *Tertio.* *Esai. 61.* *Matt. 28. 20.* In Ecclesia Romana incorrupta fides. Duo hæreticis notãda. *Primum.* *Ephes. 5. 27.* *Ioan 14. 10.* *Matt. 28. 20.*

Quo significaret, illud sibi præcipue in votis, vt sponsam suam Ecclesiam, in veritate & orthodoxa fide conseruaret. Est enim fides virtutum omnium radix & consummatio, qui fidem habet Deum nouit, ac Dei voluntatem; viam quoque quæ ad eum ducit, nempe quo modo debeat peccator in Deo sperare ac confidere, sacramenta suscipere, & per pœnitentiæ opera ac virtutes cœlestem gloriam promereri, modum deniq; nouit, quo apud Deum debeat permanere, & ad perfectionem peruenire. *Secundo*, quod Christus, æterna Patris sui Sapientia; optimum modum elegerit quo Ecclesiam suam in vera fide conseruaret, ab omni eã errore & falsitate præser-

Fides fundamentum omnium virtutum. *Secundum.* Dei in fidei conseruatione prouidentia.

præseruans. Modus autem hic non potest esse sola Sacrarum literarum scriptio: hæc enim insensibilis, & cum augetur, minuitur, falsis explicationibus deprauatur, non reclamat, patitur se quo alijs libuerit trahi, fitque vt diuersæ hæreses eadem se scriptura tueantur; imo omnes omnino eam ad sui defensionem allegant. Non est ergo modus commodior, quam si homo aliquis viuus ita in fide vera conseruetur, vt errores docere non possit: hic enim statim aliorum errores, & quicquid fidei contrarium est, poterit aduertere, arguere, & quantum in se est eradicare. Hic citra dubium modus cómodissimus est & certissimus. Adeoq; nisi nobis collatus esset, summis etiam num votis optandus, imo necessarius ad conseruandam fidei puritatem, & hæreses vitandas. Vsus est medio hoc in Vet. Test. Deus, quoad legis Mosaicæ cæremonias: præcepit enim populo suo, vt sub mortis pœna, summi sacerdotis sentétiam in omnibus sequerentur. In nouo quoque Testamento dixit Christus Petro: *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Item, *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam & portæ inferi* (id est omnis diabolorum vis & sapientia) *non præualebunt aduersus eam.* Faciens ergo Petrum petram, super quam ædificaturus erat Ecclesiam, dedit quoque ei inconcussam fidei soliditatem, qua & ipse & omnes eius Successores Ecclesiam docerent, ac hæreses omnes reijcerent. Priuilegium enim hoc eximium non fuit Petro propter se præcipue datum, & personale; sed in vtilitatem Ecclesiæ: quæ, quia stabit ad finem vsq; sęculi, consentaneum similiter est vt & priuilegium hoc ad Petri Successores transmittatur. Omni enim tempore fidei certitudo necessaria est. Hęc est Catholicorum omnium sententia, qui his mille quingétis annis, toto terrarum orbe concorditer idẽ crediderunt, & etiamnum credunt ac docent, nec errare possunt, quia simul atq; nouũ aliquid exurgit vel dubiũ, consulitur S. Petri Successor: non vt ab eo fidem nouã accipiant, (vt de nobis hæretici mentiuntur) sed vt in dubio per assistentiam Spiritus S. qui eum in docenda veritate conseruat, declaret quænã vsq; nunc vera fuerit de re ꝓposita fides: fuit hæc ꝑpetua Ecclesię consuetudo, quotiescunq; noua hæresis exurgeret, vt histo-

Deut. 17. 12.

Luc. 22. 32.
Matt. 16. 18.

Infallibilitas nõ fuit solius Petri.

Fides per pontifices nec augetur nec mutatur.

riæ docent;in quibus etiam non reperies,vnquã Romæ (vbi S.Petri sedes est)fidem ab vllo Pontificũ mutatã, sed q successor eandẽ semper cum prædecessore suo crediderit,&credendam proposuerit. Ac propterea felices merito sumus nos Catholici,qui tantã habemus fidei nostræ soliditatem, cum hæreticos videamus tã diuersas fides docere, singulos, iuxta sua ipsorũ placita,propriam.Fuge deliros hosce somniatores, qui sua tibi somnia ꝑ Dei verbo venditant. Adhære antiquæ S.Petri fidei,quæ omnes hucusque hæreses subuertit,& præsentes quoq;,imo oẽs adhuc ex inferno excitãdas subuertet.

Vt cessauit autem loqui,dixit ad Simonem.Duc in altum,& laxate retia vestra in capturam. Ante cõcionem rogauit Petrum Christus vt à terra pusillum reduceret; nunc autem expleta concione,iubet vt in altum ducat,ibiq; piscetur,docẽs nos modum profectus nostri,oportet enim Christianum incipere à derelictione sæculi,vna cum pœnitẽtia pro peccatis,& mortificatione sensitiui appetitus.Hæc si facimus,audiemus diligenter verbum Dei,eoq; roborabimur: dein iubebit Christus vt progrediamur, & per contemplationem diuinorum ad superna vocabit.per sui enim mortificationem ad deuotionem homo proficit.Ad extremum,exemplo & salutarib. monitis, alios quoq; conuertit;sicuti & piscatores hi, post auditum Dei verbũ,& ductam in altũ nauem, pisces multos ceperunt.Ista videre licet in Antonio,Hilarione, pluribusq; Sanctis,qui primum multo labore castigabant propriũ corpus ieiunijs, orationibus,affectuum edomatione, alijsq; pijs operibus:habentes sibi Deum præ oculis, & obedientiæ virtutem, dein ad sublimem contemplationem peruenerunt, ac tandem plurimos ad similem vitam adduxerunt. Orabat primo Christus Petrum;nunc autem non rogat, sed imperat,quo enim quis Deo fit vicinior,hoc ei magis voluntatem suam Deus declarat, & multiplicem, qua ei obstringimur, obligationem,quin quo liberior est homo erga amicum, à quo certus est se syncere diligi;ita ei quoque plurimum confidit Christus,qui sibi ipsis propter illius amorẽ non parcunt. Erant Ierosolymis(teste Ioanne)multi,quibus non credebat se Iesus: vtpote hypocritis,& qui seipsos magis quam Deum amarent.

VII.

Simile.

Ioann. 2. 24.

Ioan.15.15. amarent. Credebat autem se Apostolis, quibus secreta Patris sui manifestabat. Ora vt & tibi ea manifestet, ac gratiam conferat eadē ex amore obseruandi. Notat hic S. Ambros. quod soli Petro dixerit Christus, *Duc in altum*, alijs autem, *Laxate retia vestra in capturam*, quibus verbis & Petri significatur priuilegium, & aliorum Doctorum officium. Petri priuilegium est, nauem seu Ecclesiam in altum ducere (id est) *Primo*, eam per orbem vniuersum, inter Turcas etiam & Gentiles, quantumcunque remotos diffundere, quod & Petrus fecit, & etiamnum quotidie facit. Ipse quidem in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia, teste Leone, docuit. Constantinopoli quoque (quæ tunc dicebatur Byzantium) & in Sicilia, Neapoli, Romæ, & inde vsque in Britanniā, sicut Metaphrastes scribit, qui & addit eum in Africam traiecisse, nempe in Mauritaniam, Numidiam, & Carthaginem, vbi Crescentem consecrauit Episcopum, atq; ita in Ægyptum, vbi Marcū Alexandriæ, & Rufum Thebis ordinauit. Per discipulos autē, integram Italiam, Franciam, Hispaniam, Africam, Siciliam, & insulas circumiacentes, [a] Innocentio authore, ad Christū conuertit. Successores quoque eius Angliam, Scotiam, Germaniam, & cæteras Europæ regiones ad fidem adduxerunt, & quotidie adhuc Doctores Catholicos ac Sacerdotes ablegant in Indias, Iaponiam, Chinas, Peru, Mexico, Brasiliam, aliasque regiones incognitas. *Secundo*, Ecclesiam regere, ordinem præscribere, & salutari doctrina legibus ac decretis nauem ad cœli portum promouere. Ad hoc autem subsidio eget religiosorum, doctorum, ac piorum hominum; quos ad annuntiandum Dei verbum, aliosque in fide ac virtutibus instruendos, mittat. *Tertio*, profundas & abstrusas fidei quæstiones aperire, easque in Ecclesiæ vtilitatem resoluere, ne inter Christianos dissidia sint, sed idipsum dicant omnes & credant. Fecit hoc omnium primo Petrus, cum interroganti Apostolos de grauissima hac quæstione Christo, *Vos quem me esse dicitis*, omnium nomine respondit, *Tu es Christus, Filius Dei viui*. Deinde, cum post Christi adscensionem controuerteretur, an Gentiles ad fidem conuersi lege Moysis tenerentur, primus Petrus quæstionem decidit, eiusque

Marginalia: Petri priuilegium. — Primum. — Serm. 1. de natali Apost. die 29. Iulii. — a Epist. 1. ad Decentium Eugubinum. — Secundum. — Tertium. — Matt. 16. 16. — Act. 15. 5.

eiusque sententiam Apostoli cæteri Iacobus, Paulus, Barnabas, simul cum vniuerso Concilio secuti sunt. Præstiterunt hoc ipsum omni tempore, vt historiæ docent, Petri successores. ex quibus duo tantum in præsenti exempla allegabo. Cum anno 198. grauis versaretur quæstio de Paschatis die, quonam id obseruari oporteret; & Asiatici illud decima quarta, eodem cum Iudæis die seruari vellent, nullo habito diei Dominici respectu, atque ad hoc allegarent consuetudinẽ suam, quam à S. Ioanne se accepisse testabantur. S. Victor Papa, secutus transmissam à S. Petro in Ecclesia Rom. traditionẽ, resoluit non cum Iudæis, sed Dominica post decimam quartam lunam illud obseruandum esse. Item. cum anno plus minus 258. multum disputaretur, an baptisati ab hæreticis essent rebaptisandi; ac multa iam Concilia tam Africæ, indicta à S. Cypriano, quam Ægypti, Phrygiæ, & aliorum locorum concorditer rebaptisandos esse statuissent: S. Stephanus Papa, secundum traditam à B. Petro doctrinam, neminem respondit baptisandum, à quocunque etiam baptisatus esset, modo adhibita fuisset legitima materia, verba & intentio. Atq; sententiã hãc vniuersus statim terrarũ orbis, imo & Episcopi illi qui contrarium statuerant, susceperunt. Ex his disce, successorum Petri contra omnes hæreticos præminentiam: qui propterea in hos insurgunt, quia omnes eorum nequitiæ ab his deteguntur, nouitates conuelluntur, subuertunturque. Officium porro aliorum Ecclesiæ Prælatorum & Episcoporum est, vt S. Petro in Ecclesia gubernanda adsistãt, & auxilientur. non vt famuli, siue illius Vicarij, sicut nec præsentis Euangelij piscatores S. Petri ministri fuerunt: sed habebant propriam nauiculam. At tanquam veri pastores, à Petro tamen eiusque successoribus, vtpote superioribus, dirigendi: imo si peccent monendi, & corrigendi. Fuit S. Gregorij tempore Constantinopolitanus Patriarcha Ioannes, qui se Oecumenicum Patriarcham scribebat; à Gregorio grauiter propterea reprahensus, non tantum ob superbiam, qua se supra alios omnes Episcopos extollebat, ac Prẹlatos; sed & ob tituli falsitatem. significabat enim ipsum solum vere Patriarchã esse, & Episcopum: cæteros vero sui tantum Vicarios, sicuti

Exemplũ. *Exemplũ.* *Officium Prælatorũ.* *Lib. 4. Epist. 31.* *Episcopi veri sunt suarum Ecclesiarum Pastores.*

Simile. solus Rex Hispaniarum Dominus est prouinciarum suarum, particulares vero gubernatores illius duntaxat sunt Vicarij. Non ita in Ecclesiastico quoque Principatu est. sed Episcopi omnes absolute Episcopi, ac Superiores sunt, non autem Papæ Vicarij. licet ei ceu Superiori & Capiti subijciantur, quemadmodum Duces Saxoniæ. Bauariæ, Wittenbergæ; & alij Principes Imperij, & veri terrarum suarum Domini sunt., & non Imperatoris Vicarij: Imperatori interim ceu Principi summo subduntur.

A... ... suc. ...te la... ...s in na... ... dirigen... di.

Notandum præterea est quod aduocati auxiliares in nauem S. Petri venerint, & secundum eius directionem rete iecerint, ac pisces ceperint. quo nos doceant quomodo omnes Ecclesiæ Prælati, Pastores, Concionatores, Doctores, Confessarij, animarum curam habentes, vel instructores, non tantum in naue Petri (id est) Ecclesia Romana esse debeant successoribus illius subiecti; sed etiam ab eo, & per eius authoritatem, non vero à Principibus sæcularibus aut Rebuspublicis, ad Ecclesiæ ministerium dirigi ac promoueri. *Hebr. 5. 4.* Nemini vt Apostolus ait venire licet, nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron. *Psalm. 98. 6.* quem per Moysen vocauit, & consecrauit DEVS: erat autem & Moyses (Dauide teste) sacerdos. Postquam vero legitime vocati sunt, debent secundum Romanæ Ecclesiæ præscripta, in iure canonico expressa, officium suum administrare. Ex quo colligitur hæreticos ministros, Prædicantes, Superintendentes, aut quomodocunque vocentur, qui docere non possunt quomodo per Sancti Petri authoritatem ad officia sua promoti sint, non esse pro legitimis Pastoribus ac Doctoribus habendos, vel audiendos; sed vt lupos, subreptitios, fures, ac latrones vitandos, spernendos, ac reijciendos. Tenete Christiani omnes hanc antiquam Catholicam doctrinam: nolite ab hæreticis, mendacibus, & fraudulentis hypocritis seduci: neque enim CHRISTI, sed diaboli piscatores sunt.

Pastores non sunt qui missionem ostendere non possunt.

VIII. *Et respondens Simon, dixit illi. Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus.* Quicquid in mundo hoc sine Dei gratia

gratia est, in densis tenebris est, & in nocte; quantumcunque clarum videatur, & fulgidum, ac nobilibus titulis insigniatur. In tenebris his, magnum laborem exiguo fructu redimimus. aranearum instar, quæ noctu vt *Simile.* plurimum retia texunt, & viscera sua cum difficultate educunt, ac implectunt, vt muscas minores capiant: si vero maiores aliquando in retia inuolarint, ea facillime frangunt, sicut & ancillæ, quæ si araneam cum musca luctantem audiant, rete simul, & araneam, & muscam, & quicquid demum in reti est deijciunt. sic homines præsentis sæculi multum pro rerum temporalium assecutione fatigantur, pro honore, dignitate, voluptate carnis; expleto autem labore omni, nihil nisi muscam exiguam inueniunt. neque enim temporalia hæc amplius quid habent. deinde cum hęc inuenerint, eisque lætantur, superuenit mors quæ omnia aufert rursus, & proculcat. Queruntur in inferno *Sap.5.13.* impij, *se in via impietatis lassatos*, & cum exiguo fructu, sed maximo damno: quicquid enim in peccati mortalis statu peccator facit, quantumlibet etiam bonum sit, non proficit ad æternam salutem. peccatum vero quod committit, demeretur semper maiorem pœnam. *Impios*, dicit *Psal.11.9.* Dauid, *ambulare in circuitu*. equi instar, qui molam circumducit: etsi enim plurima videantur bona facere, nunquam *Simile.* tamen per ea cœlo viciniores fiunt. Sampson amans impudicam Dalilam, ab ea deceptus est, & ab inimicis excęcatus, coactusque molere. vide ergo ne & tu à mundo excæceris. *Iudic.16.21.*

Nona Ægyptiorum plaga tenebræ erant, ita densæ vt *Exod.10.21.* palpari possent; in quibus nemo se mouit, aut locum tribus diebus mutauit. certe tenebræ peccati grauissima pœna sunt, quę hominem omni bono opere priuant, ac bonos cordis motus impediunt. Discis porro hic quid à mundo hoc expectare quis possit. tria nimirum hęc. *Primo*, Noctem & tenebras (id est) ignorantiam, & intellectus cæcitatem: vt neque virtutis decorem, neque peccati turpitudinem, neq; damnationis periculũ in quo verseris videas. *Secundo*, laborẽ & sumtus magnos, vt aliquid assequaris & hominib⁹ placeas. *Tertio*, *Tria dat mundus. Primum. Secundum. Tertium.*

Tria contraria Deus. damnum graue, & detrimentum animæ, corporis, ac bonorum. In Dei contrà obsequio tria hæc sunt. *Primo* lux magna, & cognitio. *Secundo* nulla molestia. est enim iugum Christi suaue, & portatu leue. *Tertio* magnum emolumentum. non tantum in futuro, sed & in præsenti, vbi Deus ministris suis centuplum, vt Marcus scribit, reddit. Fugias itaque auarum, & inutile seculum; adhærens liberali ac vtili Deo.

Primum. Secundum. Tertium. Marc. 10. 30.

IX. *In verbo autem tuo laxabo rete.* Disce hinc *Primo* non confidere in temetipso, sed in Dei verbo. ex te nihil, per Deum autem omnia potes. Ideo solent olim Christianorum meliores, authore Tertulliano, ad initium omnis operis crucis signum præmittere, dicentes, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* quo significabant omnia se facere ac referre in honorem Dei; eum deprecantes, vt cepta eorum gratia & auxilio suo promouere dignaretur. Sunt enim verba prædicta, instar pulcherrimæ & efficacissimæ orationis: nam tantundem significant quantum si dicas, ô Domine, quicquid inchoo, deprecor vt in nomine tuo, id est, ad honorem tuum fiat; obsecrans humiliter, vt in omnibus tuo nomine (id est) diuina virtute tua mihi auxilieris: ex me siquidem nihil possum. Hoc si facis aderit tibi DEVS, sicut ABRAHAMO, IACOBO, DAVIDI, & omnibus adfuit in eum fidentibus.

Tria discenda. *Primum. Philip. 4. Libr. de corona militis cap. 4.*

Secundum. Disce *secundo* nulli labori parcere pro animarum procuranda salute; etiamsi aliquando propter obduratam hominum cæcitatem ille tibi frustraneus videatur, sicut & hi piscatores tota nocte frustra laborauerant. Attende laborem quem in piscatione piscatores subeunt: est enim piscatio hæc piscationis spiritualis typus, ac figura. Et quæcunque exurgat imbrium, grandinis, ventorum, tonitruum, fulgurum (id est) detractionis, calumniæ, persecutionis, ac illusionum tempestas, noli cæpto desistere: implebit retia DEVS, aut vt minus laborem tuum remunerabit centuplum.

Tertium. Disce *tertio* commendatam ab omnibus cæcam obedientiam,

entiam, cuius pulcherrimum hic tibi exemplum dedit, qui etsi iuxta artis suæ regulas diem sciret piscationi minus idoneum nocte; ac iam ex graui nocturnæ piscationis labore fatigatus esset, non tamen se excusauit, dicens. Lassati sumus, differamus vsque ad noctem, quando à piscibus neq; nos, neq; retia videntur, & piscatura erit sicuti solet plenior. sed captiuauit se, & libens quod ei mandabatur præstitit. Exemplum obedientię.

In hoc autem exemplo tria aduerte obedientiæ genera, aut tres modos. *Primus* est. Opere ac facto id quod præcipitur, præstare. Modum hunc commendant quidem valde sæculares; vere tamen obedientiæ nomen non meretur: cum in brutis quoque sit; nam & equi quo vis te vehunt, & boues, porci, oues, sequuntur quo agis. *Secundus* est. Non solo exteriori opere id quod præcipitur præstare, sed & spontaneum ad hoc esse, & voluntarium; ita vt voluntas tua cum superioris voluntate concordet. id quod tunc perfecte impletur, si non tantum in his quæ appetitui tuo ac sensualitati placent, sed & in eis quoque quæ repugnant ac displicent, libenter obedias; neque ea tibi à superioribus mandari cures, quæ ipse velis. hoc enim est voluntatem superioris conformare suæ (ita vt non tu superiori, sed superior obediat tibi) non vero voluntatem suam conformare superiori. *Tertius* ac perfectissimus est. Etiam intellectu obedire. Multi enim sunt qui in implendis Superiorum mandatis ea se facturos & quidem libenter dicunt; addunt tamen videri sibi quasi res non bene agatur, meliusque esset aliter fieri. Non habent hi obedientiam perfectam: vtpote cui superbum aliquod proprij sensus iudicium admiscetur, quo se Superioribus suis iudicant sapientiores. Monet frequenter nos scriptura vt omnes idipsum sentiamus, & dicamus: additque Christianos omnes esse vnum corpus, Christi scilicet, quod plura membra habeat, caput, manus, pedes, oculos, aures, atque ita proportionaliter de cætero. In omni autem congregatione Superior quisque caput est, subditi vero cætera membra. Vnde quemadmodum in corpore humano membra omnia capitis se-

Triplex obedientiæ gradus. *Primus.* *Secundus.* *Tertius.* *1. Cor. 1. 10.* *2. Cor. 13. 11* *Philip. 2. 2.* *1. Cor. 14.* *Simile.*

 quun-

quuntur directionem, & non contra caput iudicium membrorum: sic ad perfectam requiritur obedientiam, vt subditi seposito iudicio proprio sequantur sententiam Superiorum. Neque hoc tantum in religiosis obedientiam professis, sed & in omnibus Christianis, qui Spirituali suo Prælato, ac præcipue S. Ecclesię omnium matri, perfectam obedientiam debent; *captiuantes*, vt Apostolus ait, *intellectum in obsequium Christi*. Ad hanc intellectus obedientiam fides spectat. qua, etiam ea quæ omnem intellectum excedunt, tanquam certissima credimus. verbi gratia. quod in vna Dei natura tres sint personæ, non tamen tres Dij: quod in vna Christi persona duæ sint naturæ, Diuina & humana: quod in exigua hostia, quæ videatur panis, panis tamen non sit, sed ipsum Christi corpus quod in cœlo est, & quidem in eadem quantitate. Placet hæc obedientia Deo, quia per eam totum te ei resignas, corpus, animam, voluntatem, intellectum, atque ita holocaustum fis: quod charitatis igne totus nihil tibi de te ipso reseruans absumeris. Placere eam sibi frequentibus miraculis Deus ostendit. Narrat S. Gregorius, quod cum puer aliquis, S. Benedicti discipulus, Placidus nomine, iuisset ad piscinam haustum aquam, in eam inciderit, & vi aquæ abreptus fuerit quantum sagittæ iactus est. Quod cum S. Benedictus intellexisset, vocato ad se S. Mauro discipulo, mandat vt puerum ex aquis educat. Maurus simpliciter quod mandatum erat perficiens, super aquas ad puerum vsque ambulauit, eumque per capillos apprehensum, eductum, domum reduxit.

2. Cor. 10. 5. *Lib. 2. Dial. cap. 7.* *Exemplũ.*

Narrat quoque Euagrius Ponticus, de Eremita quodam Ioanne, discipulo S. Abbatis Pauli, cui mandauit Abbas vt rabidam leænam, quæ vicinis circumquaque multum nocebat, alligaret & ad se adduceret. Iuit ille, & cum eam ligare vellet, illa caput concutiebat. Tunc ergo ex simplici obedientia sua dixit. Audi leæna, præcepit mihi Abbas meus vt te alligem, & ad se adducam. itaque obediens esto. ac statim illa alligari se permisit, & vt mansueta ouis sequebatur. Scio à superbis ac nasutis, quales hæretici sunt, & inflati Catholici ista rideri: interim qui Deo in humilitate seruiunt, obe-

Lib. 2. de vitis Patrum. *Exemplũ.*

obedientiam hanc plurimi quoque faciunt; neque contra ea quæ illis mandantur disputant, sed ne quidem inquisita eorum causa cæci implent, scientes illud, *quare*, à superbo serpente in orbem inuectum, caussam extitisse omnis nostri mali ac miseriæ. Tu ergo S. Petrum, eiusque collegas imitare. qui, quod Christus mandabat, fecerunt; & quidem libenter captiuantes intellectum in obedientia cæca. Quare à diabolo ortum.

Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Fecit miraculum hoc Christus *primo* in confirmationem suæ doctrinæ: vt & eam omnibus ostenderet Diuinam, & se à Deo missum. *Secundo*, vt aliquam Petro mercedem daret, tum pro nauiculæ, ex qua concionatus fuerat, vsu, tum pro obedientia cæca. ea enim est Christi liberalitas, vt neque quæ minima sunt, inremunerata dimittat. *Tertio*, vt & discipulos suos, & nos omnes, ad sui imitationem roboraret. ne paupertatem timeremus aut inediam, etsi ipse pauper esset non habens vbi caput reclinaret. *Quarto*, vt discipulos animaret, ad homines aliquando non proprijs viribis, sed Christi verbo, quod per eos operaretur, capiendos. Quemadmodum & hos pisces, non propria industria, sed Christi virtute ceperunt. Sic tandem vniuersus orbis, per Apostolorum prædicationem, in rete Christi (id est) S. eius Ecclesiam perductus est. quod certe miraculum, vt Augustinus notat, multo dignius fuit quam horum piscium captura. Porro non exprimitur hic piscium numerus, sicut in piscatione post Christi resurrectionem. quando Petrus cepit pisces magnos 153. Hic enim multi quoque parui & inutiles admixti fuerunt, numeratione indigni. Gemmas numeramus & margaritas, lapides vero viliores aut silices non item. Illic *pisces magni*, beatos significant. hic Christiani omnes figurantur, mali & boni, quorum maior numerus vel nunc ex reti erumpit, vel in futuro, vt Christus dixit, eijcietur. X. Quatuor caussæ præsentis miraculi. *Prima.* *Secunda.* *Tertia.* *Matth. 8.20.* *Quarta.* *Lib. 22. de ciuit. Dei c. 5* Cur numerus non addatur? *Ioan. 21.11.* *Matt. 13.48*

Rumpebatur autem rete eorum. Impletur primo, & dein rumpitur rete. neque à lapidibus, sudibus, aut alio quopiam quod extra rete sit, sed ab ipsis piscibus. Quia nulli tyranni XII. Qui scindât Rete?

tanni aut persecutores Ecclesiam persecutione sua sciderunt, sed Christiani ipsi. Qui cum in ea essent, inducta fidei discordia, ex ea exierunt; impatientes angustiarum, quibus se per fidem, ac Dei mandata, intra rete teneri putabant. quærentes libertatem carnis, quam nesciebant noxiam, cum restrictio contra admodum vtilis sit. Ligantur fascijs infantes, ad solidanda eorum membra. imo ligantur & vituli ne saltu se corrumpant. Præstat ligato per fidem intellectu, & vincta per Dei legem voluntate, duci ad salutem; quam se ipsum libero intellectu, ac dissoluta voluntate, præcipitare in damnationem. Rumpunt Ecclesiæ rete hæresiarchæ omnes. Nouatus, Arrius, Lutherus & cæter. sequunturque per eandem rupturam eorum sectatores. Appararuit olim Sancto Petro, Alexandrino Patriarchæ, Christus, veste longa, à summo deorsum vsque scissa, corpus suum, vt vt optime poterat, tegens. & rogatus à Sancto Petro quid ita staret; Arrius, ait, vestem meam dilacerauit. Vita eum, neque cum eo communices. Tu vero intra rete te contine: nam si erumpis, in diaboli hamum incurres.

Surius in vita eius to. 6. die 25. Nouemb.

Exemplũ.

XII. *Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos: & venerunt.* Docet hic ipso facto Petrus, quod postea scripsit Paulus. Caput pedibus, ac reliquis corporis membris dicere non posse, non estis mihi necessarij. Christus solus Ecclesiæ caput est, qui nullius auxilio eget; sub hoc autem aliud esse debet caput visibile, quod membrorum auxilio eget. quod est Petrus, Christi Vicarius, & omnes eius Successores: qui ab alijs Episcopis, Prælatis, Doctoribus, in gubernanda Ecclesia iuuantur. Et quomodo Supremum Ecclesiæ totius caput aliorum auxilio eget, ita egent quoque Prælati inferiores, siue Episcopi, siue Pastores, aut alij Superiores; qui propterea auxilium hoc spontaneè quærere deberent & acceptare. Ideoque vtiliter admodum Ecclesia quosdam approbauit Religiosos Ordines, in subsidium Pastorũ: qui Pontificali priuilegio, hos per vniuersum terrarum orbem, concionando, confessiones audiendo, docendo, & Eucharistiã administrando iuuẽt. Neq; enim

1. Cor. 12. 21.

Quærenda Pastoribus Religiosorum auxilia

enim ad omnia hæc vnus Pastor per totam suam parochiam, inter tot homines sufficit. eos præsertim qui præ verecundia, metu, aut alia ratione nō audent se Pastori suo aperire. Vnde qui de subsidio hoc conqueritur, ostendit non tam, sibi curā de spirituali subditorum profectu, quam temporali suo quæstu. Contigit circa annum Domini 1240. (vt referente Cantipratano) vt Conradus Cardinalis, Papæ Legatus, Coloniam veniret, & Pastores omnes auditurus, quid ad reformationē Ecclesiarum, aut promotionem necessarium esset, conuocaret. Inter cæteros autem consurgens vnus, Reuerendissime Pater ait, Noui hi Religiosi, Ordinis S. Dominici, qui nuper magnis muniti priuilegijs huc ad concionandum, & confessiones excipiendas venerunt, subditos à nobis ad se abducūt; quod omnino non expedit, Quærente dein Cardinali, quot haberet in Parochia sua subditos. respondit, nouem millia. Tunc Cardinalis, cruce se signans, miser, ait, nescis quia pro omnibus his rationem reddere debeas in iudicio, & adhuc ita stultus es vt in tanto onere auxilium non quęras, imo de eo quod oblatum est quæraris. Propter hoc ecce pronuntio te Pastoris dignitate indignum, eaque ex nunc te priuo. atque ita curam ab eo in alium transtulit. *Lib. 1. de apibus cap. 9. numer. 1.* *Exemplū.*

Piscatores hi, qui Petro ita celeriter solo nutu vocati succurrerunt, duo nos docent. *primo*, vt in iuuandis proximis expediti simus, & citi; neque expectemus dum rogemur, aut vocemur. sufficiat necessitates eorum nouisse, & desideria. Etenim sic succurrit nobis Deus, mittens Filium suum vt nos liberaret, quorum solum necessitatem videbat, nobis necdū orantibus. vtque ita, Dauide teste, etiamnum quotidie facit. Desiderium enim pauperis exaudit Dominus. *Secundo*, vt superioribus obediamus. seruatis tribus his conditionibus. *prima*, ne expectemus eorum mandata, dummodo de voluntate ac beneplacito constet. sic enim venerunt hi cum Petrus tantum annuisset. Multi sunt, qui nō nisi coacti aliquid pręstant, vel metu peccati, semper quærentes an sub peccato teneantur. Deo obedire oporteret, non in necessarijs tantum, & quæ citra peccatum omitti non possunt; sed & in his quæ ei placita scimus. Atque idem superioribus omnibus præ- *Alacritas subuenientium duo docet.* *Primum.* *Psalm. 10. 6.* *Secundum.* *Tres conditiones obedientię.* *Prima.*

Secunda. ſtandum eſſet. *Secunda*, vt celeriter & ſine dilatione impleamus. vnde Bernardus. *Fidelis*, inquit *obediens, neſcit moras, fugit craſtinum, ignorat tarditatē, præripit præcipientem, parat oculos viſui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itineri pedes, totum ſe colligit vt imperantis colligat voluntatem.*

Serm. de obedient. & eius gradibus.

Tertia. *Tertia*, vt faciamus vnanimiter (id eſt) iuxta intentionem ſuperioris, & non iuxta ſententiam propriam. Nam quomo- *Simile.* do calamus ſcribens, cum à manu ducitur, literas tamen format ad nutum ductoris & voluntatem: ſic qui ſecundum ſuperioris ſui intentionem, id quod mandatur, facit, Dei voluntatem perficit, regentis nos per ſuperiores, ſicut ſcriptor calamum regit manu. Itaque magni facias obedientiam: cogitans Dei eſſe mandatum quicquid ſuperior mandauerit, etiam indoctus, & malus; ac paratam tibi, ſi obedieris, mercedem. Mali erant Phariſæi; & tamen monebat plebē Chriſtus vt eis obedirent. Similiter ſeruis præcipit S. Petrus vt obediant Dominis ſuis, *nō tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis*. Frequenter maioris eſt meriti, malis parere Dei intuitu vel indoctis, quam doctis & bonis. in illis enim Deus ſolus obedientiæ cauſſa eſt, & non doctrina, pietas, diſcretio, aut alia hominum qualitas. ſic etiam Deus frequentiora facit miracula per ligneam, aut lapideam, & vilem ſtatuam; quam per auream, argenteam, aut alio quolibet modo pretioſam.

1. Pet. 2. 19.

XIII. *Et impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur.* Nota hic liberalitatem Chriſti, erga eos qui voluntati eius ac conſilio parent. Mundus aut nullam, aut exiguam dat mercedem; attenta magnitudine laborum, qui pro eo tolerantur. idque quia ipſe pauper eſt, atque vni ſubtrahit quod alteri conferat; plura habere deſiderat, quam diſtribuere; care licetur, magnificus quoque eſt, nec paruo contentus. Superbia vxorum nonnunquam maritos depauperat, gula egeſtatis mater eſt, luxuria dilapidat, auaritia furtum perſuadet, ac ducit ad laqueum, omnia denique mundi mandata & conſilia, vitam præcidunt, & animam damnant. Chriſtus vero contra, non multa deſiderat, dat liberalem mercedem etiam in hoc ſæculo & in futuro vitam æternam. *Quærite*, ait, *primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & omnia adijcientur vobis.* Diſcipuli ante

Matt. 6. 33.

ante inchoatam concionem nullos, postea vero opinione & spe plures pisces ceperunt. Hos imitare, audi singulis diebus sacrum, & quando potes, concionem, ora quotidie, attende inspirationibus eius, easque sequere: ita & hic te promouebit Deus & ad vitam æternam perducet.

XIV. *Videns autem Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me, quia peccator sum Domine.* Etsi laborem impendisset Petrus, non sibi tamen sed Christo piscium capturam tribuit, cuius verbum vim suam exeruerat. Exemplum præfigens Ecclesiæ Doctoribus ne sibi ipsis, quantumcunque eloquentes & docti sint, hominum adscribant conuersionem. Solus enim Christus corda mouet, ora aperit, verbaque eorum pretiosissimo sanguine suo tingit, & ad mouenda auditorum corda efficaciam eis impartitur. Nota hic fundamentum ac initium dignitatis S. Petri, profundam dico humilitatem. Deus enim exaltat humiles, & deponet potentes. Paruus erat sibi ipsi Saul, cum eligeretur à Deo Iudæorum rex, non censebat se Ioannes Baptista dignum, qui corrigiam calceamentorum Christi solueret, ab eo tamen Christus baptizari voluit. Noluit appellari propheta, & Christus eum dixit plus quam Prophetam, imo quo maior inter natos mulierum non surrexit. B. Virgo Domini se nominabat ancillam, & Dominus eam elegit sibi matrem. Non audebat Publicanus introire in penitiora templi, & Pharisæo præfertur. sic ergo Petrus in terram se abijcit, & supra omnes extollitur. Nota etiam fructum, qui ex præsentia Christi oritur: nempe cognitionem sui ipsius, & humiliationem ac contemtum. Putãt sęculares ex frequenti Eucharistiæ sumtione nasci indignitatem aliquam, & vili pensionem, pari modo quo inter homines familiaritas contemtum parit. sed errant grauiter, neq; debebant præsentiam Dei cum præsentia hominum conferre. quia enim homines vitijs & defectibus pleni sunt, qui ex familiaritate innotescunt, fit vt ex defectuum notitia ipsi quoque viliores fiant. In CHRISTO defectus nullus est, sed omnis plenitudo perfectionum, benignitas, solatium, & illuminatio, quæ, quo nobis fiũt notiora, eo Christum nobis honoratiorem reddũt, nos autẽ ipsos contemtiores, attenta

1. Reg. 15.17. *Ioan. 1.27.* *Matt. 11.9.* *Luc. 1.38.* *Luc. 18.14.*

Christi pręsentia quid operetur?

Quæ familiaritas cõtemtum pariat?

quam

quam habemus imperfectione & vilitate. Hanc autem tanto intuemur clarius, quanto per Christi pręsentiā magis illuminamur. Quotidie apud eos videmus honorare Christum minus, qui eum suscipiunt rarius. vt à secularibus qui in domo Dei ambulant, fabulantur, sæcularia & inhonesta narrant, oculos etiam sub sacrificio, in quo Christum, Dei Filium, Deum ac hominem, anima & corpore, carne & sanguine præsentem, ac se ipsum Deo Patri pro nobis in memoriam suæ passionis offerentem, credimus, impudico adspectu maculant. Itaque frequenter Sacramentum hoc, sed cum omni reuerentia & humilitate, suscipe. dicens cum S. Petro, *Exi à me Domine* (id est) veniens ad me, noli aduertere ad iniquitates meas, sed ablue animam meam, & omnibus eam virtutibus exorna & innoua.

XV. *Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piscium, quam ceperant. Similiter autem & Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis.* Significat *Stupor hic* mirabilem mundi intra tam breue tempus conuersionem, & mirabilem huius conuersionis modum. Cum epistolam suā Romanis Paulus scriberet, anno nimirum à Christi ascensione quarto & vigesimo, annuntiatum erat, vt ipse testatur, Euangelium in omnem terram. Quod certe tempus omnino exiguum fuit. præsertim si demantur decem anni, quibus Apostoli in Iudæa habitarunt, & frequenter conuenientes nomen Christianorum instituerunt, symbolum composuerunt, aliaque multa decreuerunt. Contigit enim diuisio eorū decennio postquam Christus obijsset, die 15. Iulij. sic vt intra annos quatuordecim, Euangelium adeo quaquauersum diffundi oportuerit. Modus porro longe est mirabilior. Nam *primo* conuertendus ad Christum mundus, plenus erat sapientia humana, & eloquentia, diues, potens, deditus plane voluptatibus carnis, ambitiosus, auarus, tot iam retro seculis molitam idololatriam quasi per manus à maioribus acceperant, eique toti inhærebant, tanquam omnium carnalium peccatorum promotrici. *Secundo*, Conuersuri erant numero tantum duodecim, pauperes, ignobiles, infacundi, mendici, omnium ludibria & risus. *Tertio*, argumentum & materia cōcionum,

[Margin notes: Stupor quid? — Rom. 1. 8. — Vid. Concil. 1. Nicænum actione 1. — Cur mundi conuersio fuerit mirabilis. Primo. — Secundo. — Tertio.]

cionum quod omnes gentium Dij, tot iam annis adorati, dęmonia essent, idolaq; eorum lapides tantum & ligna, sine sensu omni & intellectu. responsa vero & oracula, nonnisi pręstigiæ diaboli. Finis demum æterna damnatio. Ac propterea renuntiandũ iam his Dijs, eosq; confringendos; & adorandum eorum loco hominem, à Iudæis simul & Gentibus crucifixum Ierosolymis, & cũ maxima ignominia occisum, qui solus, eiurata omni vetere superstitione, Deus haberi debeat & adorari. *Quarto*, Sectatores huius doctrinę à Regibus, Imperatoribus mundi Principibus, trecentos plus minus annos grauissimas persecutiones passi, crudelissime torti, ignominiosè reiecti, ac violentè demum occisi sunt, ita vt Biothanati propterea, quasi violentè mortui dicerentur. Equidem tanto magis diffundebatur Catholica religio toto terrarum orbe, maximo omnium stupore, non Gentilium duntaxat, sed Christianorum: vtpote qui simile quid nunquam vidissent. Nobis tamen nunc, qui mille & quingentis annis diuini verbi efficaciam vidimus, & quotidiano discimus experimento, conuertentibus se tot hominum apud Indos, Iapones, Peruanos, Brasilios, aliasque gentes peregrinas, millibus, non est maior admirationis ratio, quam sit agricolis cum proiectum in terram bonam semen, vident fructum multiplicem reddere. de quo sine dubio stuperent illi, qui simile nunquam vidissent vel audiuissent. Magis admiramur quomodo postquam mille & quingentis annis Catholica fides steterit, ita mirabiliter plantata; reperiri possint qui eam deserant, & nato recens commento adhæreant siue Martini Lutheri excucullati Monachi, qui diabolum se fatetur sui dogmatis habere authorem: siue Caluini stigmatici Sodomitæ, qui blasphemans, à vermibus corrosus, Tyrannorum instar expirauit. Sed neque minori admiratione dignum est, quomodo reperiantur Catholici, qui certa fide exactum ac rigidum Dei iudicium, in quo etiam verba otiosa non erunt impunita, ac cœlestem gloriam iustis paratam, & ineffabiles ac æternos inferni cruciatus, quos peccato quolibet mortali demeremur, credunt: ita tamen ad omnem malitiam prorecti viuunt, quasi non esset Deus, ita securi ac sine metu, quasi de

Quarto.

Vid. Tertull. lib. de anima cap. 57. & tom. 2. Baron. a. 181. nu. 5.

æterna

æterna gloria essent certi, talis si es, admirare te ipsum, & periculum, in quo agis, fuge.

XVI. *Et ait ad Simonem Iesus: noli timere. Ex hoc iam homines eris capiens.* Nota hic, *primo*, conditionem Christi. qui non vult vt timeamus; solet enim suis semper ingerere illud. *Nolite timere.* Mauult amari à bonis, quam metui. neque enim vult vt nobis vlla insit metus caussa, id est, peccatum. Monet hic nos Ambrosius. Dic & tu *Exi à me*, vt ego dicam tibi, *noli timere*, (id est) humilia te tanquam Dei præsentia indignum; simul tamen ex toto corde desidera, vt vero amore illi seruias. ita enim auferet à te omnem metum, vt securus, sine timore inferni, ad ipsum anheles. Nota *secundo* quomodo Christus quemlibet congruenter suæ conditioni vocet. Reges Magos, qui astrologi erant, stella: hausturam aquas mulierem, aqua: piscatores hos, piscibus vocat; docens, vt homines capiant, non occidendo, nec lædendo, sed viuos & integros, sicuti pisces in reti erant integri. Nota *tertio*, qui nam sint quos Christus vocat, nempe fratres, Petrum & Andreã, Iacobum & Ioannem, vt Ecclesiæ Doctores, non fide tantum, sed & fraterna charitate vnirentur. dein opifices artis iustæ, non otiosos.. Quare si & tu vocari velis, fac occupatus sis, & otiũ vita. Præterea, pauperes fuerunt, indocti, mœchanici; vt nos doceat homines viles frequenter verbo Dei, eiusq; vocationi audiendæ, aptiores esse, q̃ mundi sapiẽtes & honoratos. Itẽ fidẽ neq; humana sapiẽtia, neq; eloquẽtia, neq; potentia, aut diuitijs; sed sola Dei virtute propagatã esse. vt non honoretur propterea homo, sed solus Deus, isq; super omnia ametur, qui per rudes & indoctos, tã magna operatus est. quẽadmodum laudatur scriptor, qui rudi & impolito calamo optime scribit. Sunt qui etiam nunc Apostolorum exemplo præsumunt diuini verbi explanationem, licet indocti sint, neque vnquam studuerunt. sed oportet vt tales aduertant, ne quidem Christum, piscatores hos rudes, statim ad docendum promouisse; sed postquam triẽnio eos ipsemet docuisset, impleuissetque Spiritu S. quem ipsi in se euidenter poterant depræhendere, tum ex diuersitate linguarum quas statim calebant, & quibus per vniuersum orbem vtebantur; tum ex alijs miraculis, quæ

Quatuor notanda. Primum.

Secundum. Matt. 2. 2. Ioan. 4. 7.

Tertium.

Simile.

Male vtuntur nostri Theodidacti exemplo Apostolorum.

quæ in confirmationem suæ doctrinę ipsi plura, quam Christus, ad hominum vtilitatem præstiterunt. Si quis ergo Apostolis similis esse cupiat in ignorantia, Spiritum quoque Apostolorum se habere miraculis demonstret. Nota *quarto*, dictum à Christo Ecclesiæ Prælatis. Capietis homines, non diuitias, honores, dignitates, neque enim officij eorum est vt temporalia, sed vt ęterna quærant (id est) animas immortales. Exemplum dedit nobis S. Paulus cum scriberet, *non quæ vestra sunt quæro sed vos.* *Quartum.* *2. Cor. 12. 14.*

Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus, secuti sunt eum. XVII.
Bis à Christo vocati, eumque secuti sunt hi Apostoli. *Primò*, cum ad eum venerunt primitus, vt fierent discipuli eius. *Secũdo*, hic cum omnia relinquunt, vt cum eo maneant. sic duo quoque apud nos sunt vocationum genera. *Primum est*, cum ad Ecclesiã vocamur vt simus discipuli Christi, eique seruiamus vera fide, spe, charitate, ac operibus bonis, parati, omnia prius dimittere, quam vt legem eius præuaricemur. *Secundum*, cum de facto omnia dimittimus, vt expeditiores simus & aptiores ad eius obsequium. Duo quoque hæc genera adolescenti proposuit Christus: prius quidem cum diceret, *si vis ad vitam ingredi, serua mandata*, posterius autem, cum subdit. *Si vis perfectus esse vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me.* Posterior hæc vocatio ad perfectionem est, vt mundo plane renũtiantes, Deo ex toto adhæreamus. Atque hoc modo vocati sunt Apostoli. quorum erat mundum, ad quærendam animarum salutem, peragrare. Id quod ab eis ita commode fieri non potest qui vxore, ac possessionibus impediuntur, atque ab his, qui quia nihil habent, etiam à nullo detinentur. Affert enim temporalium possessio secum curas, & hominem certo ferè loco, in quibus ea sita sunt, alligat. Vxores non permittũt maritos sibi: sed quasi eos ex altera parte, vt Apostolus significat; furantur. Similiter non permittunt vt corde ita attento Deo seruiat, ac saluti proximorum ita libere vacet. Propterea voluit CHRISTVS vt Apostoli omnia relinquerent; non nauem duntaxat, & pisces, sed patrem quoque, ac matrem, sorores, & fratres, ac quicquid demum habebãt. Testatur hoc aperte

Ioan. 1. 37. Duo vocationum genera. *Primum.* *Secundum.* *Matth. 19. 17.* *Ibid. vers. 21.* *1. Cor. 7. v. 32 & 33.*

S. Petrus.

S.Petrus. *Ecce* inquiens, *nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Cui respondit Christus. *Vos qui secuti estis me in regeneratione* (id est extremo iudicio) *sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Et consequenter. *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut patrem aut matrē, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam aeternam possidebit.* Ex quibus apertum est quod Apostoli amicos omnes, & notos, propter Christū reliquerint. nam hi inter ea sunt quæ pro Christo relinqui possunt, & mētitus alioqui esset Petrus dicens, *Ecce nos reliquimus OMNIA.* Non potest legitime coniugatus ab vxore inuita discedere, vt cum Apostolis det se statui perfectionis. sed qui coniugatus necdum est, dicitur vxorem suam relinquere: quia voto castitatis se reddit matrimonio inidoneum, quia alteri se, Christo nimirum, desponsat, vt propterea alij coniungi non possit. sicut nec is qui cum aliqua contraxit, alteri coniungi potest. Omnes Apostoli, teste Hieronymo, cælibes erant excepto S.Petro. Petrus autem vxorem dimisit consentientem. atque ita omnes Deo castitatem vouerunt. Imo & voluntariam paupertatem, vt recte obseruauit Augustinus. neque enim vxorem, & omnia dicitur relinquere, qui ad tempus ab his separatur cum voluntate ad eadem redeundi. significauit etiam hoc Christus. cum *quosdam* dixit *eunuchos qui se castrauerunt propter regnum Dei, qui potest capere capiat.* (id est) ita se matrimonio fecerunt impotentes, quasi secundum carnem castrati essent. idque per votum castitatis, quo prohibentur à cōiugijs. quod autem hoc & laudabile sit, & consultum; verba ista significant, *qui potest capere capiat.* corporalis enim castratio consuli non potest, cum illicita sit. Porro qui hoc præstiterūt non erant sub Veteri testamēto, sub quo vota hęc fuerunt ignota, sed erant Apostoli Christi, qui perfectioni se dederunt, atque hoc modo sacrum religionis statum, à Christo institutum, inchoabant. ad quem vota paupertatis, castitatis, & obedientię requiruntur. Quæ tria Apostoli præstiterunt, cum relinquentes omnia, Christum sunt secuti. Non sufficit paupertatem seruasse, & castitatem, sed & tertium quoque requiritur ceu præcipuum, vt scilicet Christum per obedientiam

Omnes Apostoli cælibes.

Lib. 1. contra Iouin. & Epist. ad Pāmachum.
Lib. 16. de ciuit. cap. 4.
Matth. 19, 12.

Ibid. vers. 11.

Status religiosorum à Christo.

tiam sequaris, atque per omnia ei obedias. non in eis tantum quæ ipse per se, sed & quæ per vicarios suos præcipit. quibus dixit, *qui vos audit, me audit*. Etenim Superiores nostri non nisi Dei legati sunt, voluntatem diuinam nobis declarantes. Tria autem hęc, voto firmata, absoluunt statum religiosorum, (id est) stabilem ac statam vitam, à qua discedere non liceat. vota enim obligant, & qui ea præuaricantur habent, vt Apostolus ait, ęternam damnationem. qui vero seruarint, ô quanta beabuntur gloria! Non erit in communi numero tempore extremi iudicij, sed assidebit Christo vt iudex, qui malos damnet, non tantum per comparationem vitæ suæ, nam & sic dãnati multi iudicabunt, vt regina Saba, & (Christo authore) Niniuitæ: qui quia minor eis fuit ad virtutem occasio, per hoc quod nihilominus damnati sunt, declarant Judæos ac Christianos ipsis nequiores, non iniuria damnatos. Neque solum pronuntiatam à Christo in bonos ac malos sententiã laudabunt atque vt iustam approbabunt quomodo iudicis sententiam etiam plebei laudant, hoc enim iusti omnes Apostolo teste, faciet. sed Christo iudicãti assidebunt iudices, quemadmodum Scabini solent; sententiam, antequam à Christo ceu summo Iudice pronuntietur, consensu suo firmantes. Christus enim cum Apostolis, qui omnia propter ipsum reliquerant, promittit sedes iudicantium, vt iudicent duodecim tribus Israel (id est iudicandos omnes) citra dubiũ peculiare aliquid intelligit, non concessum his, qui aliqua quidem, non tamen omnia reliquerunt. Hæc autem est suprema illa dignitas, Sancti & Patrum plurimi vt [a] Origenes, [b] Augustinus, [c] Gregorius, [d] Beda, pulcherrime exposuerunt. nam quamuis etiam ipsi à Christo iudicandi sint, & secundũ opera sua accepturi à Christo mercedem; tamen alios quoq; iudicabunt, hoc habentes perfectionis suæ præmium, qua omnia relinquentes, Christo in Superioribus suis obedierũt. O quanta est hæc gloria? quanta dignitas? & quanta authoritas? ibi considere cum Christo vbi cęteri stabunt. ibi iudicare cum Christo, vbi orbis vniuersus iudicabitur. Quis pro honore hoc non daret omnia quæ habet? relinqueret vniuersa quæ in mundo sunt? faceret quicquid potest, & pateretur

Luc. 10. 16.

1. Tim. 5. 12.

Religiosi quomodo orbem iudicaturi.

Matt. 12. 41.

1. Cor. 6. 2.

a Tract. 2. in Matth.
b Hom. 50. cap. 1.
c Lib. 10. moral. ca. 30.
d Hom. de S. Benedicto.

retur quicquid à Deo immittitur. Itaq; si ad statum hunc vocatus sis, caue vt cœpti te pœniteat. nam post exiguas molestias, & magnam conscientiæ quietem, quam status hic secum importat, ineffabilis sequetur merces & maxima dignitas.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, Ecclesiæ sanctæ rector, qui ex S. Petri nauicula, id est, ex sede Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, doctrinam tuam diuinam huc vsque incontaminatam promulgasti & docuisti, eamque omnis generis piscibus, omnium videlicet nationum hominibus implesti. Quæsumus te, superioribus Doctoribusq; nostris aßiste, vt tuam voluntatem nos doceant, tuaque doctrina ad cælum perducant: Dißipa hæreses omnes, ne populo tuo graues sint: Opitulare Christianis tuis, vt verba tua capiant ruminent & opere assequantur. Vt omnes ad cæli littus subducamur & ex omni sæculi inquietudine ad æternam tranquillitatem perueniamus per merita tua. O Domine Iesu qui cum Patre & Spiritu S. regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

(∴)

DOMI-


DOMINICA V.
POST PENTECOSTEN.

Euangelium Matth. 5.



IXIT Iesus discipulis suis: Amen dico vobis, nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.

Compendiosa Euangelij exegesis.



VM initio suæ prædicationis Christus aliquot iam Apostolos collegisset, eumque ex omni regione plurimi sequerētur; proposuit eis quid requireret ab ipsis, & quæ eos vita deceret, qui eius vellent esse discipuli. nempe vt non remissè Deo seruiant, carni indulgentes, vt hæretici solent; qui ad se homines carnali libertate alliciunt, sed vt viuant spiritualiter, Deique mandata obseruent perfectius, quam vsque tunc etiam Scribæ, qui Doctores, & Pharisæi qui

ſancti habebantur, fecerant. *Non enim* ait *veni ſoluere legem* (id eſt) abrogare mandata Dei, *ſed adimplere,* id eſt, ea quæ deſiderantur adijcere.

Duo defuerant legi. *Primum.*

Duo Moyſaicæ legi deerant. *Primum*, quod per ſe non poſſet obſeruatores ſui iuſtificare. perfecit autem hoc Chriſtus, cum dedit nobis fidem, & gratiam, quæ opera noſtra Deo quoque grata reddat, ac meritoria. *Chriſtus*, ait Apoſtolus, *de peccato* (id eſt peccati effectu, morte ſcilicet) *damnauit peccatum in carne* (id eſt, propterea pro peccatis noſtris mortuus eſt, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis (id eſt) vt per opera in lege à Deo præcepta iuſtificati, mereamur maiorem gratiam & gloriam. *Secundum*, quod valde imperfecta erat, præſertim ſecundum communes explanationes: atque ita eam Chriſtus explanauit multo plenius, iuxta modum quo eam volebat à diſcipulis ſuis ſeruari Ideoque pręmittit, quiſquis me ſequi volet, maiorem me ſciat exigere ſanctitatem, quam ſcribarum ſit & Phariſæorum, etſi hi ſanctiſſimi habeantur. nam qui ad gloriam vult ingredi, non ſolam legis literam, ſicut illi; ſed voluntatem ac intentionem Dei legislatoris præcipuè debet aduertere. Atque vt hoc exemplo declaret, aliquas leges eo ſenſu quo eas ſeruari velit explanat, quarum prima eſt, quintum decalogi præceptū. Audiſtis, ait, ſiue in ſermonibus ſcribarum, ſiue per traditionem parētum, quomodo maioribus veſtris in monte Sinai mandarit Deus. *Non occides*, ita vt homicida reus ſit iudicij & mortis. Hanc ergo legem perficiens, & quod deerat addens, non vtitur illa Prophetarum phraſi. *hæc dicit Dominus*, ſed, *Ego autem dico.* ſe ſignificans legislatorem, qui nunc impleat

Rom. 8. Secundum. Chriſtus legislator perficit legem.

impleat legem, quam ipſe idem olim in monte Sinai dediſſet. Perfecit itaq; eam, vt omnes eius diſcipuli, non tantum actuale & externum homicidium fugiant, ſed omnem quoque interiorem iram contra proximum, quæ ex indeliberata perturbatione non oriatur, ſed voluntatis conſenſu. peccatum enim hoc, etſi internum ſit, non tamen in diuino tribunali propterea in futuro impunitum erit magis, quam homicidia externa in tribunali humano impunita ſunt in præſenti ſæculo. Si quis autem iram hanc ſigno quopiam manifeſtarit, vt ſi dicat. *Racha*, quod noſtra phraſi ſonat quid hic ſibi vult, apud Deum maioris pœnæ reus erit. dignus enim eſt cõcilio, quod non niſi in magni momenti negotijs coire ſolet, vt ſcilicet graui facinori grauis decernatur pœna. Demum, ſi quis præ ira proximo cognomen impingat, vocans eũ fatuum, reus eſt gehẽnæ. Et quia nobis Chriſtianis ita ſtudioſe ab omni ira, propter ſynceram quam nobis mutuo debemus charitatem, cauendum eſt, monet conſequenter, vt ſi quis habeat aliquid aduerſus aliquem, cui occaſionem iræ dederit, vt cum eo ſtatim reconcilietur. hanc enim fraternam pacem præ omnibus Deus exigit & amat. Ideoque etiamſi ad altare ſteterit, vt munus ſuum det Sacerdoti, ibique recordatus fuerit diſſidij quod habet cum proximo, iubetur relinquere ibi munus, & reconciliari prius fratri, vt ita reconciliatus redeat, & munus ſuum per Sacerdotem Deo offerat.

Documenta quinti Sermonis.

I. DIXIT *Iesus discipulis suis.* Moyses post quadraginta dierum ieiunium, & colloquium cum Deo in monte Sinai, vbi ab eo perfectè instructus est, descēdit; ac populo Dei legem promulgauit. Christus quoque postquam ieiunasset quadraginta dies, & in deserto pro nobis perseueranter orasset, nouam legem nobis promulgat, ac Dei voluntatem docens, quomodo præparari debeamus vt à Deo doceamur, ac proximum doceamus, nempe per orationem, & carnis castigationem. descendit Moyses vt populum doceret, Christus vero adscendit. erat enim Veteris Testamenti doctrina humilis & dimissa, propter ruditatem Iudæorum, quibus se accommodabat Deus. nouum vero Testamentum sublimius est, & perfectius. Erant Iudæi, Apostolo authore, sicut pueri: ideoq; puerili cibo nutriri debuerunt, & vt pueri regi. Christus autem per gratiam suam promouet suos in viros, ideoque maiora à nobis quam ipsis exigit. sicuti & à viro maiora expectamus, quam puero. Vult vt perfecte mandata Dei seruemus, ad meliorem peccati vitationem. Nam quomodo nō sufficit perito duci, si castrū firmo muro cingatur, sed etiā latiores fossas circūfodit, aquas circumducit, propugnaculis munit, ne hostis ei appropinquet: sic non sufficiunt Christo mandata, quibus aliqualiter custodimur, sed dat doctrinam perfectiorem, vt non mortalia tantum, sed & quotidiana peccata vitemus, atque ita à peccatis omnibus liberi, ad maiorem perfectionem perducamur.

Cur Moyses descenderit Christus ascenderit?

Gal. 4. 3.

Simile.

II. *Amen dico vobis: nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum, aut Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Horribilis sane sententia. prelertim consideranti vitam Scribarum & Pharisæorum, quos [a] Iosephus, [b] Epiphanius, ac [c] Hieronymus testantur in cibo ac vestitu parcos fuisse, vitasse luxum, ac voluptatem, ieiunasse secundis & quintis ferijs, diligenter soluisse decimas omnium quæ possidebant, dedisse eleemosynas, pernoctasse propemodum in orationibus; quin ne dormirent supposuisse eorum aliquos sibi spinas, vel lapillos,

a Lib. 13. 17. & 17. Antiquitat.
b Lib. 1. Panarij cap. 16.
c In Isaiam cap. 8.
Pharisæorū abstinentia.

pillos, aliquos vero composuisse se in angusto assere, vt si obrueret eos somnus deciderent. Erat præterea doctrina eorum vera, &, vt Apostolus loquitur, *certissima.* Neque tamen his omnibus contentus est Christus: sed vult omnes suos discipulos illis esse meliores. nō Sacerdotes tātum, & Monachos, sed Christianos omnes, tam sæculares quam Ecclesiasticos. Quid ergo respōdebunt qui multo his minora præstant: neq; tantum non faciunt bona, sed & plurima committunt mala. Iustitia est quæ vnumquodque regulæ suæ exequat. sic iustā dicimus vlnam, mensuram, aut pondus, quæ nec maior debito est, nec minor. Similiter ergo iustus homo est qui cum Dei voluntate concordat. hęc enim bonarum voluntatum ac desideriorum regula est, & iusta quoque dicuntur opera nostra, si cum lege diuina concordent. Opera ergo, in præsenti Euangelio, iustitiæ nostræ dicuntur: quia à nobis fiunt, nosq; iustiores reddunt. Quod dupliciter cōtingit iuxta duplex genus iustorum operum. Sunt qui exteriori specie opera hæc præstāt, & legem implent: neminē lędunt, dant eleemosynas, multaq; faciunt bona, q̄ nemo, quo ad ea quæ patent, possit repræhendere. verum tamen cor eorum non est rectū, Tales erant Pharisæi, & Scribæ, qui sine fide in Christum, ac vera charitate, alijsque virtutibus, multa faciebant virtutum officia. Tales quoque sunt etiamnum hæretici plures, ac pręsertim Anabaptistæ, quorum exterior conuersatio honestissima videtur, nec iurant, nec deierant, fugiunt omnem luxū, cibi potus, & vestiū, succurrunt pauperibus, magnasq; eleemosynas præstant. Verum non habent corda eorum veram fidem, sicut nec Gētiles habuerunt, qui tamē plurima his similia fecerūt. Tales deniq; Catholicorū multi sunt, qui nihil repręhēsione dignū exterius cōmittunt, animū interim peccati purum non habent. Habent hi omnes iustitiam humanam, quæ apud homines eos quotidie iustiores reddit; accipiunt enim bonum nomen, quo ceu iusti & boni æstimantur, ac honorantur. Porro opera iusta secundi generis, non quoad exteriora solum diuinę legi conformia sunt, sed etiam quoad interiora. Fiunt enim, vt debent, ex vera fide, ac Dei charitate. ideoque non tantum nos coram hominibus,

Act. 26. 5.

Simile.

Norma iustitię quę.

Dupliciter per opera iustificamur.

Primo, secundum exteriorem speciem.

Anabaptistarum hypocrisis.

Secundo veré.

qui non intuentur cor, ſed & coram Deo, cui omnia patent, iuſtificant. Oriuntur ex iuſtitia interiori, qua apud Deum iuſti ſumus, eamque quotidie augent, iuxta quod Chriſtus dixit [*Apoc. 22. 11.*] *qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc*. nam quemadmodum [*Simile.*] is qui fidibus diſcit, quo ſe exercet frequentius, eo peritior fit & prõptior. ita qui bona ac iuſta opera facit, roborat quotidie & auget interiorem iuſtitiam. & ſicuti is, qui in externis virtutũ operibus apud homines proficit, maior ab illis æſtimatur ac [*Simile.*] melior, amaturque impenſius: ita quoque qui apud Deum proficit, in his magis amatur. Eſt tamen hoc inter Deũ & nos [Diſcrimen diuini & humani amoris.] homines diſcrimen. nos enim etiã malos frequẽter amamus, & amore indignos; Deus autẽ neminem amat qui malus ſit. [*Sap. 14. 9.*] *odio enim ſunt Deo*, vt Sapiens ait, *impius & impietas eius*. ideoque qui à Deo amatur, internam iuſtitiam habere debet, & quo amatur magis, eo debet eſſe iuſtior; idque per gratiam quæ illi à Deo amante infunditur, & per bona ôpera, quæ amoris hoc augmentum merentur.

[Quinque documẽta. *Primum.*] Diſcis hinc *primo*: externa opera bona, eſſe ad ſalutem neceſſaria. neque fidem internam, ſi ſola ſit, ſufficere vt hæretici delirant. neque enim dixit Chriſtus, niſi alia opera feceritis quam Scribæ & Phariſæi, ſed, *niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus* (quaſi dicat) niſi bona opera, quæ ipſi externa ſpecie faciunt, à vobis melius fiant & abundantius; non quidem quoad numerum, ſed quoad radicem & originem, vt nimirum oriantur ex interiore iuſtitia, fide, ac charitate. [*Secundum.*] *Secundo*, eſſe aliquam iuſtitiam quæ *noſtra* ſit (id eſt) in nobis, neque extra nos. opera enim bona quę facimus iuſti- [*1. Ioan. 3. 7.*] ficant nos, iuxta quod Ioannes dixit. *Filioli, nemo vos ſeducat: qui facit iuſtitiam iuſtus eſt, ſicut & Deus iuſtus eſt.* [*Tertium.*] *Tertio*. Duo eſſe in nobis iuſtitiæ genera. in anima vnum, [*Rom. 3. 21.*] quod ab Apoſtolo nominatur *iuſtitia Dei*: quia à Deo fit. & [Iuſtitia Dei quid ſit?] iuſtitia fidei: quia per fidem & fidei opera eam à Deo recipimus. Eſt autem iuſtitia hæc, pulchritudo quędam & ſpecies animæ, nempe gratia Dei reddens nos Deo gra- [*1. Ioan. 1.*] tos, ac vere Dei filios. vnde Ioannes dixit, quod *filij Dei* [*Rom. 8. 1.*] *non tantum nominemur, ſed & ſumus.* Mundat nos ab omni peccato mortali; vt nihil iam (iuxta Apoſtoli phraſin) *damna-*

tionis

tionis sit in nobis; redditque nobis hæredes Dei, vt habeamus ius ad vitam æternam. *Alterum* iustitiæ genus in operibus nostris est, quando legi Diuinæ ac voluntati, quæ nostrarum actionum regula est, conformia sunt. hæc in scriptura dicitur iustitia nostra. quia opera à nobis fiunt; & iustitia Dei, quia etiam fiunt à Spiritu S. per gratiam Dei in nobis operante. Iustitia in operib⁹ siue nostra quid

Quarto. In quo iustitia nostra (id est) opera nostra iusta, debeat abundare plus quam Pharisæorum. Quatuor erant in horum operibus Deo displicentia. *primum* quia solum suis operibus innitebantur. arbitrati se per ea pro omnibus satisfacere, & apud Deum iustificari. nihil de Christo, passione eius sacratissima, ac morte, & infinitis meritis cogitantes. Nos autem Christi passionem non excludimus: quin fatemur omnia opera nostra se solis non valere ad peccatorum nostrorum remissionem, & æternam salutem. ideoque in omnibus Christi passioni innitimur, sine qua nihil possumus. Peccatorum remissionem accipimus per sacramenta, quibus Christi merita, ceu pharmacum cista, continentur, & dispensantur. Cœlum porro, meremur quidem operibus nostris; non tamen vt nostra præcisè sunt, sed vt fiunt ab inhabitante nos (teste Apostolo) Spiritu S. & à gratia eius, nobis per Christū donata. ipse enim facit hæc opera. *Alterum*. quod externa solum spectarent & admirarentur; non autem interna. propter quod à Christo comparantur monumentis dealbatis, quæ intus plena sunt ossibus mortuorum. Nos autem interiora exterioribus præferimus. scientes omnem gloriam filiæ regis, vt Dauid cecinit, esse ab intus; & quod in veteri Testamento præceperit Deus offerri sibi adipem interiorem cordis, pectusculum, & hepar, ac reticulum. quemadmodum enim non internoscit pullos suos aquila ex plumis, sed ex intuitu in aduersum solem. obijcit namque eos soli, &, qui radios illius ferunt, agnoscit vt suos; qui autem non ferunt, reijcit vt nothos. sic & Deus filios suos ab alienis internoscit. non ex operibus solum externis, quæ etiam mali præstant; sed ex corde, quod fide vera, ex charitate viua, in eum intuetur, eum desiderat, & in omnibus sibi ante oculos proponit, omnia in gloriam illius referens. Opera externa instar

Quartum. Quatuor Deo displicebant in operibus Pharisæorum. *Primum.* Fidebant suis prauis operibus. *Rom. 8. 9.* *1. Cor. 6.* *Secundum.* Considerabant solum externa. *Matt. 23. 27.* *Psal. 44. 14.* *Leuit. 3. 17.* *Simile.* *Simile.*

picti equi sunt. qui visu quidem delectabilis est; attamen nec ambulare, nec ad opus adhiberi potest. Debet vita ab interiori principio oriri, ex charitate scilicet & gratia, & tunc ad opera tua respiciet Deus: *neque enim est Deus mortuorum, sed viuentium.* *Tertium*, quod omnia, vti etiam exprobrat eis Christus, facerent quo hominibus placerent. Hoc autem non minus Deo displicet, quam viro probo displiceret, si vxor eius ideo comeret se ac ornaret, vt ornatu isto alios ad sui amorem pelliceret. *Quartum*, quod parua magni æstimababant. verbi gratia. manducare illotis manibus, sabbatho manibus fricare spicas: grauia vero peccata negligebant, *colantes culicem & camelum glutientes* videntes festucam in oculo proximi, trabem autem in oculo proprio non videntes. Nos Christiani contra docemur supportare peccata proximi: propria vero, quantulacunque fuerint, dignè punire. Discis. *Quinto*, de quanam abundantia oporteat nos esse sollicitos. Abundantiam quærunt omnes; nesciunt tamen in quo veræ diuitiæ sint quas quærere oporteat. Vnus opum, alius honorum, tertius voluptatum, vestium, ciborum atque similium quæ terrena sint, maiorem præ alijs hominibus affluentiam quærit in copiam. Cum tamen hæc non magnam vtilitatem habeat. quia Christo authore, non in illis viuit homo; & siue plurima habeas siue pauca, semel tandem omnia relinquenda sunt. Propterea monet Christus optimas diuitias esse bona opera, & Apostolus similiter hortatur non sperandum in incerto diuitiarum sed æmulanda charismata meliora. Cum aliquem te videris humiliorem, mansuetiorem, diligentiorem, benigniorem, aut alia qualibet virture perfectiorem, omni conatu labora vt illum assequaris ac superes.

Matth. 22. 32. *Tertium.* Omnia faciebant ad oculum. *Matt. 23. 25.* *Quartum.* Indiscretio illorum. *Mat. 12. 2.* *Matth. 15. 2.* *Matt. 23. 24.* *Quintum.* Qua abundantia debeant abundare opera nostra. *Luc. 12. 21.* *1. Tim. 6. 17.*

Audistis quia dictum est antiquis. Nota. quod plebi hic loquens Christus non dixerit legistis, aut legite: quemadmodum doctiores solet ad Scripturam relegare. sed, *Audistis.* Non quod lectio Scripturæ mala sit, cum vlla sit liber vitæ; sed *Primo* quia non est singulis ad salutem necessaria. multi enim sunt qui nec legere possunt, nec scribere; quibus sufficiat si voluntatem Dei ex Scriptura, sibi à Doctoribus suis in Ecclesia

Cur biblia non omnibus legenda. *Simile.*

Ecclesia proponi audiant. nam si opificia omnia Magistros habent, eisq; contenti sumus, neq; arbitramur necesse vt ipsi per nos conficiamus calceos, vestes, lances, aut alia quorum egemus. etiam contentos esse oportebat doctrina Ecclesiæ, quam ex Pastoribus ac Doctoribus audimus. nihil dubitantes quin tantundem, imo magis sollicitus sit Christus, & mater nostrum omnium Ecclesia, vt vera ac sincera fides proponatur; quantum Magistratus ciuilis aduigilat ne mercatores aut opifices mercibus aut operibus suis fraudem misceant. *Secundo* quia nonnunquam aliquibus lectio Scripturæ valde est noxia. sicuti calida æstate noxium est vt ei bibant vinum calidum, qui vel calēt hepate, vel ad febres dispositi ac faciles. Cum hæreses exortæ sunt, quę etiā à plebeis Scripturā docent legendam, explicandamq; iuxta proprium cuiusque iudicium, non attenta SS. Patrum, qui (vt ipsi clamant) homines erāt, explanatione, neq; Ecclesiæ sententia, quæ toto terrarum orbe mille iam ac quingentis annis concorditer idem sensit. Inconsultum est vt omnes, nasuti præsertim, & nouitatis cupidi Scripturas legāt. vti (proh dolor) quotidiana magis quā optamus docet experiētia. Hinc enim est quod innumeræ nunc hæreses orbem peruaserint: quia omnes secundum suas sententias, Scripturam explanant ac torquent. Fuit hic perpetuus hæreticorum mos, vt Ecclesiæ Doctores in inuidiā adducerent, ac cōtemtum; plebē vero ad se pertraherent. Quomodo circumforanei imperitiores & ex colo medicæ, medicos doctos cōtemnunt; vt vel sic ab imperitioribus honorentur ipsi ac promoueantur. Tu vero doctrinam Maiorū sequere, eumq; qui peregrina tibi ac ab his aliena persuadere laborat, fuge, ac vt Apostolus monet, detestare.

Secundo. *Simile.* *Simile.* *Galat. 1. 8.*

IV.

Non occides: Qui autem occiderit reus erit Iudicio. Instruens Discipulos Christus, facit q̄ pedagogi solēt: qui postquā aliquanto tēpore discipulos suos minutiora docuerunt, cū ad maiora perueniunt, hac fere phrasi vtuntur. Hactenus sufficienter hæc audistis: tempus nunc est vt ad altiora progrediamur, & iam operę satis lectioni impendistis, tēpus nunc est vt ad scriptionē transeamus. Similiter Christus hactenus, ait, mādata Dei secundū imperfectā Legis Veteris explanationem audistis; tempus est vt perfectiorē vobis proponā. vt doceat nos,

Simile.

ne in communi vita ac simplicium rerum cognitione sistamus: sed proficiamus quotidie de virtute in virtutem, neque prius quiescamus quam ad æternæ vitæ peruenerimus perfectionem.

Tria hic notanda. *Primum.*

Nota *primo* quod initio prędicationis suæ Christus alquas Dei leges explicarit. vt initio conuersionis nostræ eas nos diligenter intueremur, conscientiam examinantes. quamdiu enim homo sæcularibus se tradit desiderijs, raro seipsum examinat; neque ad Deum, ex toto corde, cum vera pœnitentia, & melioris vitæ proposito conuertitur. Ideoque consultum omnino est, semel cum Deus tetigerit cor, & hominem perduxerit ad sui notiam, generaliter confiteri. Docet hoc Ezechias; qui agonizans, recogitauit omnes vitæ annos (id est) peccata omnia, vt de eis dolorem conciperęt, ac remissionem consequeretur. Modus autem examinandæ conscientiæ est, vt sigillatim ad omnia Dei præcepta attendas, quomodo ea non opere tantum, sed & verbo & cogitatione transgressus sis.

Generalis confessio commendatur. *Isai. 38. 15.*

Secundum.

Nota *secundo.* quod non abrogarit totam veterem legem Christus, sed ceremonias tantum, quæ Noui Testamenti erant figuræ. Moralia autem præcepta reliquit integra, ac perfecit, vel ad Ecclesiæ vsum accommodauit. sic decalogum reliquit; sed perfectius explanatum. & legem decimarum; Sabbathum transijt in Dominicam; & quatuor ieiuniorum tempora, de quibus Zacharias meminit, nempe, quarti, quinti, septimi, & decimi mensis, transierunt in nostra quatuor tempora. Ad matrimonij prohibitiones quædam, pro vt Christianam perfectionem decebat, adiecta sunt. Quocirca noli hæreticos sequi, qui Ecclesiæ cæremonias, tanquam inutiles ac Veteri Testamento proprias, reijciunt: sed magis eas amplectere. nam quomodo Veteris Testamenti cæremoniæ ad honestatem ducebant, ac Christum præfigurabant venturum; sic nostræ quoque cæremoniæ ad virtutem ducunt, & perfectionem, ac Christi nobis vitam exhibent & passionem. verbi gratia. signum crucis, Trinitatem nobis significat, & vt cum Christo crucem baiulemus; præterea à diabolo quoque protegit.

Cæremonialia abrogata. Moralia non.

Zachar. 8. 19. *Leo Papa serm. 12.* *Leuit. 18.*

Cæremoniæ Ecclesiæ non cōtemnendæ.

Nota

Nota *Tertio.* quod reformationem explicationemq; ordiatur Christus à quinto decalogi præcepto, *Non occides.* illo enim vetatur grauissimum contra charitatem proximi peccatum, læsio scilicet vitæ ac corporis. quia enim lex Christi lex est charitatis, cuius is est finis vt omnes nos charitate vniat: voluit hoc statim in initio declaratum, quo omnes, qui se doctrinæ eius daturi erant, quid in Ecclesia agendum sit, aduerterent. nempe vt inuicem diligant, & quicquid dilectionem hanc aliqua ratione lædit, sedulo fugiant. Ideoque pœnam subiungit, vt qui occiderit reus sit iudicio. quæ, etsi decalogo non contineatur, sufficienter tamen in Veteri Testamento est expressa. in quo homicida omnis occidi iubetur, non quidem indifferenter à quolibet cui de homicidio constat, sed à iudice, secundum legum præscripta iudicante, reumque condemnante. hoc enim important verba ista *reus erit iudicio* quæ tantundem significant quantũ si dicas; occidetur, non tamen ex perturbatione aliqua, sed legitimo iudicio & sententia Magistratus. Disce ergo amare proximum, neq; per te vindictam sumere, sed iudicio publico eam ac sine impedimento permittere.

Tertium. Cur à quinto Præcepto Christus inchoarit reformationem.

Non occidi priuata auctoritate.

Ego autem dico vobis. Ex hac phrasi aperte colligimus Christum esse verum Noui Testamenti Legislatorem, qui non minus suis nos legibus obliget, quam Iudæos olim legibus suis obligarit Deus. Dicens enim *Audistis, quia dictum est antiquis. Ego autem dico*, insinuat aperte eodem se nunc modo dicere, quo tunc dicebatur: id est, præcipere, & obligare, sicut tunc pręcepit & obligauit Deus. Discis ergo, non obstante ea quam nobis Christus dedit libertate, de qua toties loquuntur Scripturæ, esse quoque Christianis legem qua obligentur. Neq; enim in hoc est vera Christiana libertas, vt quicquid voluerimus faciamus, siue bonum illud, siue malum fuerit; sed vt sine impedimento facientes bonum, relinquamus mala. Maxima sine dubio libertas in cœlis est; vbi tamen malum nemo facere potest. Libertas altera magnum est ad virtutem impedimentum. vti in pueris, extra parentum oculos agentibus patet. qui cum filio prodigo, virtute relicta, vitijs se dedunt, non facturi si sub parentum disciplina

Christus legislator.

Christiana libertas legem non excludit.

Simile.

plina permansissent. Cum arbitrio tuo permitteris, facile ad malum te pronitas mala pertrahit: cum vero ad virtutem obligaris, liberius persequitur voluntas quod bonum est, neque impediri se sinit. Vnde nemo maiori cum libertate Deo obsequitur, quā qui in Religione tribus votis se ad castitatem, paupertatem, & obedientiam adstrinxerunt. neque enim hos mundus impedit diuitijs, neque caro voluptatibus, neque diabolus proprijs desiderijs; sed de manu ac potestate inimicorum liberati, seruiunt omnibus diebus vitæ suæ Deo, in sanctitate, & iustitia, ac libertate, facientes sine impedimento quicquid volunt: quia nihil nisi bona volunt.

In religioso statu libertas summa.

VI. *Quia omnis qui irascitur fratri suo.* Vetans hic iracundiam Christus, sub eadem pœna qua vetitum olim fuerat homicidium, non contrait legi Diuinæ; sed auxilium præbet, quo lex diuina melius seruetur. etenim qui nemini irascitur, neminem consequenter iniuria occidet. Docet ergo hoc exemplo Christus, quod bene faciant illi, qui statum aliquem suscipiunt aut exercitium, ad quod non tenentur: vt mandata ac legem Dei, ac prȩsertim lègem charitatis, & quæ inordinatas concupiscentias vetat, perfectius impleant. Adeoq́ue qui propterea Religionem ingrediūtur, aut virginitatem vouēt, ieiunia habent, etiam non indicta, carnē cilicio aut alio modo castigant, reprehendendi nō sunt. laudabile enim ac Deo placitum est quod faciunt. Dedit homini Deus passionem animi, quæ ira dicitur, & secundum se mala non est: sed modo legitime ea vtamur, optima. cuius duo sunt officia. *Primum* docet vt mala puniamus. sic Phinees Iudæum occidit, cum scorto Madianitide fornicantem. & Mathathias sacrificantē idolo, & qui eum ad sacrificiū cogebat. Defectu huius, peccauit Heli non corripiens iniquitatem filiorum suorum, qui populum sceleribus suis auertebant à sacrificio. similiter etiamnum peccant, qui ex nimio vxoris ac liberorum amore, omnia eorum facta probant aut indulgent. Porró quoties ira hæc excitur, attendamus oportet ne ipsa nos regat ac prædominetur nobis. est enim frequenter vehemens, & crimen supra quam vere est, auget, delatorum instar, qui rem supra verum

Non male tentari aliqua extra præceptum

Iræ duo officia. *Primum.* *Num. 25. 8.* *1. Mac. 2. 24.* *1. Reg. 2. 17.*

Iram frænandam.

verum exaggerant. Obſcurat præterea oculos, vt res maior videatur. ſicuti per nebulam humidam, quicquid cernimus apparet maius. Ac propterea neceſſarium eſt, vt non ſtatim exurgentem iræ motum ſequamur, præcipitaret enim in alterum horum abſurdorum, vt vel pœnam exigamus debito maiorem, quemadmodum Theodoſio Imperatori contigit, Qui crudeliſſime Theſſalonicenſes iuſſit occidi: quia Capitaneum interfecerant, qui nolebat eis dimittere ex carcere aurigam, exhibendis ſpectaculis neceſſarium. interfecta enim ſunt trium horarum ſpatio facile ſeptem hominum millia. vel vt non ſicut oportet via iuſtitiæ, ſed per nos ipſos vt quotidie fit vindicemus. Quoties ergo iraſceris expecta vt deferbeat ardor, neque malum quid proferas vel bonum. Dauidis inſtar, *Qui obmutui*, ait, *& humiliatus ſum, & ſilui à bonis*. Etenim ſi etiam ad bona aperitur os, frequenter manet apertum, ſinitque vt & mala effluant, in eis præſertim qui linguæ ſuæ non dominantur. Ideoque Sanctus Ambroſius, qui ſupra memoratum Imperatorem Theodoſium propter dictum facinus excommunicarat, eundem abſoluere noluit: niſi legem prius ſcripſiſſet, vt non occiderentur rei ante trigeſimum diem, vt interea deferebet ira.

Simile. *Zoſomen. lib. 7. cap. 24. Theodor. lib. 5. cap. 17. Paulin. in vita B. Ambroſij.* *Pſal. 38. 2.* Cautela B. Ambroſij.

Alterum eſt. quod in ipſa punitione nos iuuet, ſicuti virga in correptione puerorum. Sic Moyſes, hominum ſui temporis mitiſſimus, iram induit, eaque vſus eſt. primo. cum populus conflaſſet adoraſſetque vitulum aureum. iratus enim confregit tabulas decalogi lapideas, quas à Deo acceperat, & interfecit viginti tria hominum millia. deinde. cum adorarent Iſraelitæ idolum Madianitarum, ac cum eorum mulieribus ſcortarentur. quo tempore occiſa ſunt viginti quatuor Iudæorum millia. Helias quoque zelum induens, quadringentos & quinquaginta prophetas Baal deleuit, & duos quinquagenarios cum quinquaginta ſuis. Eliſæus quadraginta duobus pueris maledixit, quos vrſi deuorarũt. Paulus excæcauit Elimam Magum, quia impedire volebat Sergij Proconſulis conuerſionem. Quin & CHRISTVS quoque Phariſæos cum iracundia intuitus eſt, cum eum vellent argue-

Secundum. *Num. 12. 3.* *Exod. 32. 28.* *Num. 25. 2.* *3. Reg. 18. 40. 4. Reg. 1. 12. 4. Reg. 2. 24.* *Actor. 13. 12.* *Marc. 3. 5. Ioan. 2. 14.*

arguere; & flagello eiecit ementes ac vendentes ex templo, pecuniam, mensas, ac cathedras eorum subuertens. Nos autem, quoties simile quid agimus, diligentissime attendamus oportet, ne ira se nimium extendat, aut rationis iudicium ac metam præuaricetur, alioqui initium bonum malo clauderemus termino. est autem ira hæc molesta satis, ac laborat vt rationi prædominetur.

Psal. 4. 2. Discis hic non omnem à Christo iram prohiberi (cum aliquando eam quoque præcipiat, *irascimini* dicens, *& nolite peccare*) sed eam tantum quæ citra rationem est; Fitque duobus modis. *Primo* est motio indeliberata: sed hæc peccatum non est, quia à nobis (id est) à nostra voluntate non fit, vt Apostolus ait, sed est naturalis perturbatio. cui tamen si nimium indulges atque in ea, etiam aduertens esse illicitam, perseueras, peccatum fit veniale propter accedentem voluntatis consensum. tantoque est grauior, quanto mora diturnior, & consensus plenior. *Secundo.* si voluntate consentias vt proximo damnum eueniat maius quam meruerit. si damnum sit exiguum adhuc manet peccatum veniale: sin vero magnum, & contra fraternam charitatem, fit mortale. Significauit hoc Christus cum dixit, *si quis irascitur fratri suo.* (id est) non qui peccato irascitur, eiusque dignam quærit pęnam: neq; qui subdito, quem corripere debet, irascitur: sed qui contra fraternam charitatem irascitur, optans fratri suo malum, modo quo non debet. Caue ergo tibi, ne ab ira, dolo circumuentus, impliceris. sicuti enim hostem triumphans aperto marte capitanæus, frequenter insidijs superatur, ac proditione, imo etiam interficitur: sic & qui cauet sibi ne externo opere præ iracundia aliquid faciat aut dicat, sæpe ab interiori motu superatur, dum animo optat proximo suo aliquod malum, atque ita animam propriam occidit, proximo nihil læso, Græcus textus, quo nunc vtimur, addit particulam istam *sine caussa* quam etiam ex Patribus legerunt [a] Irenæus, [b] Cyprianus, [c] Saluianus, [d] Chrysostomus: attamen [e] Hieronymus, [f] Augustinus & [g] Cassianus eam explodunt: quia neque cum, neque sine causa proximo irasci licet.

Ira dupliciter irrationabilis.
Primo.
Rom. 7.
Secundo.
Ira quando & quantũ peccatum.
Simile.
a *lib. 4. c. 17.*
b *lib. 3. ad Quirin. ca. 8.*
c *lib. 1. de prouident.*
d *Hom. 16. in Matt.*
e *in Mat. c. 5.*
f *lib. 1. retract. ca. 19.*
g *lib. 8. instit. Canobiorum. cap. 20.*

h Re

h *Reus erit iudicio*. Non intelligitur hic iudicium humanũ, de quo in pœna homicidij (homines enim de cogitationibus & interiori ira nõ iudicant) sed Diuinũ. Significat ergo Christus multũ sibi displicere interiorem iram, neque à se minus (etsi quandoque veniale tantum peccatum sit) puniendam, quam ab ominibus puniatur homicidium; quo non minorem nos Christiani adhiberemus diligentiam in vitandis venialibus, quam Iudæi olim in peccatis grauissimis, & quæ humanã punitionem merebantur. præsertim cum venialia pręparent hominem ad mortale, ac Diuino obsequio inidoneũ reddant. sic ex ira nascuntur rixæ, execrationes, odia, inuidiæ, detractiones, homicidia, &c. fugatur Spiritus sanctus, priuatur homo ratione, occæcatur intellectus, efferatur fitque immisericors, & odio tandem ac contemtu dignus. Quare si serpentem omni studio fugimus, ne veneno suo nos lædat: nõ minori profecto cura iram fugiamus oportet, quæ plura secum detrimẽta adfert. præsertim cum & Christus hoc ipsum pœnæ interminatione à nobis exigat, qui tanquam supremus & rigidus iudex, omnem iram seuerissime puniet; nõ admissis communibus hominum excusationibus, dicentium se ad iracundiam naturaliter pronos, ac calidioris cerebri esse (quod est culpas suas in naturæ creatorẽ reijcere) vel multas sibi quotidie occasiones occurrere, quod est peccata aliorum commemorare, vt sua excusent. Respondebit his omnibus iudex quare te non mortificasti, ac animi perturbationes rationi subiecisti? me secutus, qui monui vt disceretis à me *quia mitis sum & humilis corde*. Ecclesia virtutum schola est, & quemadmodum studiosus is, qui cum decennio integro Latinis literis studuerit, sua culpa nihil profecit, pęnam sine dubio meretur: ita qui tot viuunt in Christi schola annos, neq; pro addiscenda mansuetudine ac humilitate laborant, permanentes in prima superbia, & impatientia, grauissimam à iudice sententiam accipient. Consequendæ autem patientię modus, non in eo est vt sicut vulgo existimant, iracundiæ occasiones vitemus: quo modo peccata carnalia, impudicitiæ, ac gulæ vincuntur; sed ad cæterorum peccatorum victoriã, eis fortiter repugnemus oportet. Narrabat ad hoc propositum S. Euthymius, qui circa

h VII.

Hebr. 4. 13.

Fructus iræ.

Simile.

Matth. 11. 29.

Simile.

Ira per fugam non superatur.

a In vita eius. tom. 1. Surij. die. 20. Ianuarij.

annum Domini 420. floruit (teste [a] Cyrillo discipulo eius) tale exemplum. Fuit in cęnobio quodam cum pluribus religiosis aliquādo Monachus aliquis, ad iram valde procliuis; cumque frequentes iræ occasiones (vt in communitatibus solet) occurrerent, cholera statim exurgebat. itaque quæsito omni remedio, nullum videbatur præsentius quam secessus in solitudinem, vbi extra omnem iræ occasionem futurus videbatur: quo facto, cum solus esset in cella, attulissetque aliquando aquā in poculo vt biberet eam, primo humi oraturus deposuit. & ecce diabolus, astu quodam subuertens poculum, aquam effudit. Commouebatur ergo Monachus, sed adhuc continuit se, attulitque secundo aquam. & cum sicut ante oraret, diabolus quoq; poculum similiter euertens aquam effudit. quod cum tertio factum esset, monachus choleræ impatiens, proiecit solita iracundia poculum ac fregit, diabolis interea, qui occasionem dederant, gestiētibus ac Monachum irridentibus. qui ex hoc didicit iram non fuga, sed forti pugna vinci; canum instar, qui nō ex hoc impediuntur aut occiduntur quia eos nō lacessimus, sed quia vulneramus. Aliud exemplum non minus pulchrum Cassianus refert, ab Abbate Piamone in Ægypto sibi circa eadem pene tempora narratum, de quadam diuite ac nobili matrona, quæ à S. Athanasio Alexandrino Patriarcha, viduam sibi pauperem assignari petijt, Ecclesiæ eleemosynis viuentem; quo sic Ecclesiæ sumtus subleuaret, ac se in virtutibus exerceret. Dedit ei primo Athanasius viduam benignam, ac humilem, ad omnia matronæ obsequia paratissimā. Roganti autem Athanasio quomodo hæc ei placeret: *non bene*, respondit. neque enim per eam ego, sicut sperraueram, exercendi me occasionem habeo. Misit ergo ille pessimam viduarum omnium, quę nihil nisi quotidiana murmura, rixas, iuramenta, ac conuitia nouerat: exprobrans quicquid veniret in buccam, imo matronā ipsam percutiens. Quæ cum iterato ab Athanasio rogaretur quo nam modo ista placeret. *Optimè* respondit. Docet enim me exercitio quotidiano quo modo vitam formare debeam. Neq; est cur istud multū in Christiana fœmina meremur, cum & Socrates gentilis Philosophus rixosam Xantippen vxorem duxerit, vt ex illius improbi-

Exemplū.

Exemplū. Collat. 18.

probitate patientiam disceret. Magna vero nobis Christianis ignominiæ est nota, quod non magis, nos ipsos in ea exerceamus, superemurq; à gentilibus, cum quotidianus in ea labor poni debeat. ac primo orandus est pro auxilio & gratia sua Deus, sine quo nihil possumus. secundo, armandi nos ipsi firmo proposito, vt ad Dei honorem, & aliquam pro peccatis satisfactionē, quicquid eo die occurrat aduersi, toleremus fortiter; certi nos plura ac maiora demeruisse, & quicquid occurrit à Deo immitti. Hoc proposito frequentius singulis diebus, ac matutino præsertim tempore, innouato, firmabimur vt aduersitatis verbera minus sentiamus. tela enim præuisa (vt Gregorius dixit) minus feriūt quia magis aduersus illa munimur. Vt equum indomitum refrænes, oportet ante cursum frenum in os iniici: inchoato enim cursu id laboriosum nimis erit ac difficile. Similiter & tu præpara te ante tempus, neque expecta donec te ira inuaserit, iamque cursum suum furibunda inceperit.

Gellius lib. I c. 17.

Consilia contra irā.

Hom. 35. in Euang.

Simile.

VIII. *Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio.* In voce *Racha* non conueniunt Doctores. [a] Augustinus nihil significare dicit; sed interiectionem esse, ac indignationis internæ signū. quasi dicas *Sem.* [b] Chrysostomus ait significare *Tu*, contemtim prolatum. [c] Hieronymus Hebraicum esse scribit, atque idem esse quod *vanum*. Hoc certum: significari eâ hic, vocem ex ira prolatam; quæ tamen nec iniuriam habeat, nec damnum. Etenim cum in tales voculas ira prorumpit, crescit peccatum, iamque maius est quam interior ira, adeoque meretur maiorem pœnam; non tamen semper est mortale peccatum, sicut nec interior ira. Pœna hæc maior est præcedente. Illa enim cōmunem significabat & ordinariam homicidij pœnam, à iudice aut legibus præscriptam, quam in omni loco iudex solet ex ordinaria potestate irrogare: qualis est decollatio. hic vero significatur pœna maior & extraordinaria, quæ nō permittitur omni iudici, sed superiori tantū: nempe Concilio septuaginta duorum, quod Dei mandato Moyses instituit, dicebaturque Synedrin. quod habebat potestatem absolutam iudicandi omnia, legem quoque, & Prophetas, & Reges. Dicit ergo Christus. si quis ex ira amarè proximum alloquatur, vt si dicat

a *Lib. de Serm. Dom. in mōte. c. 19.*
b *In Matth. hom. 16*
c *In Matth. cap. 5.*

Iudicium & conciliū hic vt differant.

Num. 11. 16.

quid hic sibi vult, aut quid simile; in quo tamen non sit proximi damnum, aut iniuria; hic coram Deo in futuro sæculo (nisi fuerit in præsenti expiatus) tantum punietur, quantum punire solet Iudæorum Concilium enormia facinora. Significatur apertissime
1. *primo*. Non solum peccata mortalia, in inferno æterna, sed & venialia in purgatorio post hanc vitam temporali pœna puniri. nempè interiorem iram deliberatam,
2. etiam si sine intentione notabilis detrimenti. *secundo* pœnam iuxta peccati quantitatem augeri vel minui, sicuti maior infli-
3. gitur pœna à supremo Cōcilio, quam ab inferiori. *tertio*. Non esse contemnendas purgatorij pœnas, quia eæ etiam quæ pro interiori ira, quam tamen parui pendimus, infliguntur; non sunt leuiores pœna decollationis, & quæ pro grauiori crimine, id est verbo ex ira prolato, decernitur; nō est læuior pœnis, à supremo Concilio decerni solitis.

Nota *Primo* Purgatorium esse.

Discis itaq; hic *primo*. esse post hanc vitam aliquod purgatoriū, sicuti & Ecclesia semper credidit, & ex Scriptura ostendit. Christus enim cum peccatum in Spiritum sanctum dixit non remitti, *neque in hoc sæculo, neque in futuro*. clare supponit aliqua saltem peccata in futuro remitti posse. vti pulcre deducūt [a] Augustinus, [b] Gregorius, [c] Beda, [d] Bernardus, & alij. Itē. cum dixit eum, qui caussa dissidij cū aduersario, in carcerem conijcitur, vnde non exeat *donec soluerit nouissimum quadrantem*. significat nouissimos quadrantes, id est, venialia peccata, post hanc vitam solui posse. quod optime explicarunt [a] Tertullianus [b] Origenes, [c] Cyprianus, [d] Ambrosius, [e] Hieronymus. Præterea scribit in priore ad Corinthios epistola Apostolus. Si quis fundamento, id est, veræ fidei, *superædificarit lignum, fœnum, & stipulam* (id est venialia peccata) *saluabitur; sed per ignem*. vt scilicet ibi peccata hæc exurātur. Alia Scripturę testimonia, in huius antiquissimæ traditionis ac fidei confirmationem, Doctores allegant; quæ hic recensere nimis foret prolixum.

a *Lib. 20. de ciuit. cap. 24.* b *Lib. 4. Dialog. c. 39.* c *In cap. 3. Marci.* d *Serm. 66. in cant. Mat. 5.* a *Lib. de anim. ca. 17.* b *Homil. 35. in Lucam.* c *Lib. 4. Epistol. 2.* d *In cap. 12. Luc.* e *In cap. 5. Matth.*

Secundo Pœnas eius graues.

Discis *secundo*. pœnas Purgatorij graues esse, ideoque insipienter contemni. & à quibusdam, non considerata earum grauitate, optari. qui hoc tantum attendunt quod æternæ non sint, finemq; habeant. Verum oportebat illos considerare *primo* an

Considerandum.

1. exigua sit pœna quam Scriptura ignem vocat, & quidē istius

con-

conditionis, vt non corpora ſolum, ſed & animas quoque incorporeas torqueat. Scripſit anno circiter 506. S. Hilarius, Arelatenſis Epiſcopus. Dicat forte aliquis, Parum mihi curæ eſt quam diuini purgatorio hæſurus ſim, dummodo tandem cælos ingrediar. Quæſo vos, verbis iſtis abſtinere: intolerabilior enim ignis erit purgatorius, omnibus, quę in hac vita conſpici vel concipi poſſint, tormentis. Homil. 9.

Et auctor libri de vera ac falſa pœnitentia, qui Auguſtino adſcribi ſolet, in hunc modum de purgatorij pœnis loquitur. In hoc corpore nunquam eiuſmodi inuenti ſunt cruciatus, quamuis mira martyres paſſi ſint tormenta, & multi maxima pertulerint malefici ſupplicia. Lib. de vera & falſa pœn. cap. 18.

Idem habet Beda, & ante hunc Gregorius, atq; [a] Auguſtinus hoc ſenſu. Quamuis ſalui futuri ſint per ignem ignis tamē ille omnium tormētorum grauiſſimum eſt. *ſecundo*. quod pœna hæc non vſque adeo breui, vt ſibi ipſis multi perſuadent, finiatur. Sunt qui non putent eas vltra duodecim annos extendi; quæ ſententia & noua eſt, & falſa; & dato quod vera eſſet, nūquid horribile admodū eſt ſi integros duodecim annos quis ardeat. Qui non fert vnum aut duos annos, in molli ac plumeo ſtrato, ardorem febrium: quomodo integros duodecim annos, tantum feret loci illius ardorem? Communis Interim Doctorū Eccleſiæ ſentētia eſt, & Eccleſiæ Praxi conformis, Purgatorij tempus prolixius multo eſſe poſſe, ac nobis incertum: Imo in quibuſdam ad extremum vſq; iudicij diem extendi, vti ſtatim docebit exemplum ex Beda. Ideoque hanc ſeruat ab antiquo conſuetudinem Eccleſia, vt anniuerſarias faciat preces, pro his quoque qui ante trecentos, aut quadringētos, & amplius annos obierunt. hoc ipſo aperte ſignificans, ſaltem tanto tempore animas in purgatorio poſſe detineri. Ecquid ergo non præſtat hic peccata lachrymis diluere, & tempus tā prolixum, breui pœnitentia redimere. Hic minori longe labore ſatisfacimus: quia tempus eſt gratiæ, in quo etiā ſatisfacientes meremur; illic tempus eſt iuſtitiæ, in quo non tam per pœnitentiæ opera ſatisfacimus, ſed per inflictas iuſtè pœnas ſatispatimur. Si grauis eſt vel exigua præſentis temporis pœna; quanta erit iſta quæ tam diuturna eſt, & ſemel præ-

Vterq. in Pſ. 3. pœnitent. a In Pſal. 37.

2.

De pœnarū diuturnitate.

Eccleſiæ ſententia.

3. sens eadē tanto tempore durat? Discis *tertio* diuersas esse pœnas quibus post hāc vitam animæ expiantur. Venerabilis Beda circa annum 720. scribit suo tempore cōiugatum aliquem Drietelmū nomine in Britannia obijsse sub vesperam, ac mane reuixisse: qui de morte sua hęc enarrabat: Cum a corpore excessissem, cōspexi quendam vultu ac habitu candidum, qui me deduxit ad Orientem. Vbi vidi ad sinistram longam, latam, depressamque planiciem, cuius alterum latus ignis calidissimus, alterum frigus ineffabile grandines procellæque tenebant: plenum vtrumq; animarum, ex altera in oppositam partem transilientium, quæ non ferentes æstum properabant ad frigus: & vicissim frigoris impatientia recurrebant sine quiete ad ęstum. Inde procedentes ad magnas venimus tenebras, atque à longe flammas de barathro vidi ascendere, & globos igneos; quos in altum iaculatos, idem recipiebat puteus. Quos accuratius speculatus, aduerti conglomeratas hominum esse animas: ex puteo autem circumquaq; exhalabat fœtor incredibilis. Dum hęc adspectarem meus me dux deseruit, ac me expertem consilij solum reliquit. Magnus interim ad me deferebatur strepitus eiulantiū, cachinnantium, & magnum vidi diabolorum exercitum cum sannis ac risu miseras quasdam secū trahere creaturas. ex quibus vnus Ecclesiasticus erat (vtpote tōsus) alter laicus. Tertio mulier, qui cū plurimo planctu eiulantes, lacrymantes agebantur in Baratrū. Quo cū pręcipitati essent, circumdederunt me ex illo puteo dęmones copiosi fętidū ignē ore, oculis, naribus euaporātes, qui forcipibus atq; vncis candētibus trahere laborabāt, nec tamē tangere aut lędere poterant. Superuenit tū Angelus meus bonus instar stellæ coruscans, ac omnem illum gregem diffugauit; ac me Austrū versus ad lumē grande, & parietē protensum duxit, quo continuo superato in longum patentemq; campum ingredimur, pulcris odoriferisq; fartū floribus, quorū suauitas omnem prioris loci expulit graueolentiam. Lux huius loci, omnem solis superabat claritudinem. Hic multæ candidatorū turbæ se recreantium. At promouens, à longe lucem adspexi multo rutilantiorē, cui prior comparata scintillula videbatur, inde cantum longe iucundissimum, & dulcem excepi adstantem

De pœnarū varietate.
Lib. 5. hist. Anglorum cap. 13.
Exemplū.

tem

tem odorem. Cum penetrare cuperē, obuertit se Angelus & Diuinam mihi indicauit voluntatē, vt videlicet corpus, mundumq; ad tempus inhabitarem, Loca etiam quæ videram docens. Prior, aiebat, purgatorium est, vbi torquentur qui pro peccatis suis in vita nō satisfecerunt. Omnes hi nouissimo die saluabuntur, multi etiā iam liberantur precibus, eleemosynis, ieiunijs viuorum ac maxime SS. Missæ Sacrificio. Locus alter infernus est; vnde nulla est redemtio. Tertius locus flosculis pulcerrimis consitus, eos recipit qui probe quidem vixerunt, non tamen eius sunt perfectionis vt statim cœlos introeant, qui omnes etiam ad cœlestem gloriam, ad extremum iudicij diem pertingent. Verum quorum verba, facta, & cogitationes perfecta sunt, continuo de corpore in cœlum euolant. ille locus est quem contemplatus es à longe. Iam itaque ad corpus tuum reuertere, & quomodo vitā ex hoc instituas cogita. Atque ita reuixit Drietelmus ac vitam in summa sanctitate & pœnitentia decurrit.

Ex quibus aduertere licet *primum*. duo purgandorum loca. in quorū altero pœna sensus, altero autem sola damni pœna purgentur. Posterior hęc interim etiam (teste S. Thoma) tanta est, vt omnem mundi cruciatum facile superet: propter ineffabile animarum desiderium quo Dei visionem desiderant. Potest autem hæc in præsenti Euangelio nomine *iudicij* intelligi. est enim animæ grauior multo, quam corpori sit mors. & altera forte nomine *concilij*. est enim sensui supra modum grauis toleraturq; nō solum in satisfactionē peccatorum confessorum, sed & venialium paulo grauiorum. *secundo*. Multos in locis his ad extremum vsque iudicij diem permanere, quo omnes omnino liberabuntur. Considera itaque hęc, neque fabulas putes, quod stulti faciunt, diabolo eis talia suggerente, vt sine metu in malitia sua obdurent. Non mirantur ista pij, quibus Dei iustitia innotuit, quique norunt quid S. Gregorius olim, & alij de his scripserunt, ac Patres de eisdem crediderunt.

Nota *Primo* Duo purgatorij loca. *In 4 sentent. dist. 2. quæst. 1. art. 2.* Nomine *iudicij* intelligi potest pœna damni quam ferunt purgandi. Nomine concilij pęna sensus. *Secundo* Multos vsque ad iudicium passuros.

Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Quis, nisi iudex ipse dixisset, ista crederet? Cognomina facile damus, non cogitantes per ea nos animarum damnationem incurrere. Non IX.

Leuius appellare fatuum, quã asinum & cur?

Conuitiorũ gradus & grauitates.

est leue si alicui cognomen fatui, aut stulti impingimus. significat enim eum intellectu priuatum esse: quia tamẽ etiam stulti, beati esse possunt, leuius est quam si asinum dicas, bestias, stipitem, aut caudicem. Hæc enim cœlo inepta sunt. interim quia irrationales hæ creaturæ peccati incapaces sunt maior erit iniuria si proximo cognomen impingas quo peccatum significatur. vt si nequam appellas, furem, scurram, scelus, meretricem, superbum, aut aliud quiduis simile. Porrò si verba hæc intra teipsum solum dicis, tanto peccatum est grauius, quanto maior est ira. si vero alijs audientibus; augetur peccatum, iuxta grauitatem contumeliæ & detractionis. & si ipse, cui ea impingis præsens quoque sit, crescit adhuc peccatum: quia maior accedit contumelia & ignominia. Demum si præter cognomina execrationem quoque addis, & mali imprecationem; verbi gratia pestis, aut mortis, peccatũ multo adhuc fit grauius. Qui tamen ex bona extentione aliquando cognomina dant, vt per ea subditos vel proximos instruant, ac corrigant; non peccant. modo citra perturbationem animi, ac iusta de caussa fiat. Nam sic Christus Petrum dixit [a] Satanam; Pharisæos [b] hypocritas, sepulcra dealbata, genimina viperarum; duos discipulos euntes in Emaus [c] stultos; Paulus Galatas [d] stultos & insensatos; [e] Petrus & [f] Iudas hæreticos pecora irrationabilia, arbores autumnales, infructuosas, nubes sine aqua, quibus procella tenebrarum seruata est in æternum, despumantes suas confusiones; Paulus quoque canes, maleficos, diabolos, errantes, cauteriatam habentes conscientiam, blasphemos, impios, proditores, inflatos, &c. vt per hæc metum nobis, ac detestationem eorum inijciat, quomodo serpentes fugimus venenatos animalia horrenda, mendaces, deceptores, noxios, latrones, & contagiosam luem. Vtinam aduerterent omnes in hæreticis nostri tẽporis conditiones istas, tam apertè quam ipsi vere eas habent, atque à Deo propter illas damnabuntur.

Conuitia vt licita.

a Matt. 16. 23
b Mat. 23. 13
c Luc. 24. 15.
d Galat. 3. 3.
e 2. Pet. 2. 12.
f Epist. Iud. 12.

Philip. 4.
1. Tim. 4. 1.

Gehenna quid & vnde dicta.

Quod in Latino ac Græco est *gehẽna ignis*. significat gehennã ignitã. Erat ꝑpe Hierosolyma vallis nomine gehẽna. vbi adoratũ aliquãdo fuit idolũ metallinum, cauũ, humana specie, apertis manib⁹ quibus aliqua tenere posset, nomine Moloch,

Deus

Deus Ammonitarum, Latinè autem Saturnus. Modus porro adorationis hic erat. inijciebatur ei ignis vt candesceret. dein dabantur ei in manus pueri, qui calore ignis combusti, idolo sacrificabantur:& ne parentes,quorum offerendi erant filij, clamore eorũ ac lachrymis mouerentur, tympanis strepitum, ad obruendos puerorum eiulatus, ciebant. vnde & idem locus *Tophet* in Scriptura dicitur. *Toph* enim Hebræis tympanum significat. Hoc ergo nomen ad infernum significandum transtulit Christus. duplici de caussa. *prior est*. horrendæ illius idololatriæ detestatio. quomodo etiam nunc domos seditiosorum in stabula, aut horrenda id genus loca transferuntur. Impleuit quoque hanc vallem Iosias ossibus mortuorum, quæ apud Iudæos immunda erant; ac eadem ex causa aliquibus locis pientiores Catholici hæreticorum funditus demoliuntur Synagogas,easque in sterquilinia conuertunt,aut patibuli loca, vel similem campum infamem,in hæresis detestationem. *posterior est*. similitudo quæ inter hanc idololatriam est,& infernum.in illa enim solus diabolus vult adorari, habens damnatos omnes in manibus, ad æternum sibi in perpetuo igne sacrificium. nemo illic filijs vel parentibus compatitur, sed magis se mutuo oderunt, maioresque pœnas imprecantur. Magnus ibi strepitus & stridor, imo nihil præter omne malum. Qui ergo liberos iuxta leges sæculi educant, ac huic idolo tradunt, melius certe eis esset vt nati non fuissent, quam vt adeo inclementer diabolo traderentur.

Christian. Adrichom. in Theatro terræ sanctæ.

Tophet vnde? Infernus cur gehenna. *Primo.*

Secundo. Similitudo Tophet & inferni.

Si ergo offers munus tuum ad altare. Ex eis quæ hactenus diximus de ira interiori, externisque eius signis, ac vitanda verborum ignominia, concludit Christus non oportere vt iram vel in nobis foueamus, vel patiamur in proximis; sed vt magis in omni fraterna charitate conuersemur. quia alioqui quicquid etiam Deo obtulerimus, displicebit; qui holocaustis non delectatur, sed animabus.

Nota hic *primo*. quod in Ecclesia altaria sint, in quibus Deo sacrificetur. Christus enim præsentis Euangelij doctrinam discipulis suis præscripsit, eos instruens quomodo in

Tria hinc Notanda. *Primo.*

Esse in Ecclesia altare. *Hebr. 13. 10.* Ecclesia conuersari debeant. Dixit idipsum S. Paulus. *Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt.* Id est, Iudæorum sacerdotes. Ex quo consequens est, esse in nouo Testamento verum ac proprie dictum sacrificium. Proinde & sacrificium. Quomodo enim mensa conuiualis conuiuio, scriptoria scriptioni, & lectus somno; ita & altare seruit sacrificio. Quod quia vident hæretici, persuadent suis non esse in Ecclesia altare; sed conuiuialem tantummodo mensam, ideoque Catholicorum altaria demoliuntur; non obstante eo quod omnes Sancti Patres, inde à primo Ecclesiæ initio, altarium meminerint, atque in eis sacrificium Missæ peregerint. [a] Martialis, vnus ex septuaginta duobus discipulis. [b] Clemens discipulus S. Petri. [c] Dionysius Areopagita discipulus S. Pauli. [d] Ignatius, discipulus S. Ioannis Euangelistæ. [e] Presbyteri & Diaconi Achaiæ, discipuli S. Andreæ. [f] S. Cyprianus, [g] Ambrosius, [h] Augustinus. [i] Fleuit olim S. Antonius, cum Arrianos in visione, videret altaria subuertentes. Queritur de Donatistis hoc ipsum suo tempore audentibus [k] Optatus. Cum ergo Caluinistas nostro sæculo altaria subuertentes vides, Arrianos, Donatistas aliosque iam olim præscriptos hæreticos ne dubites.

a *Epist. ad Burdegalenses.* b *Lib. 8. constitut. Apost. cap. 12.* c *Cap. 3. Eccl. Hierar.* d *Epist. 2.* e *In vita B. Andreæ. vide apud Surium tom. 6. die 30. Nou.* f *Lib. 1. Epist. 9.* g *Lib. 5. Epist. 33.* h *Lib. 9. confess. cap. 11.* i *Athanasius in eius vita.* k *Lib. 6. con. Donatist.*

Secundo. Munus quid & quare gratum. Nota *secundo.* quod dicitur *munus.* hoc enim nomine significatur quicquid Deo voluntarij offerimus, siue corporea res sit, siue etiam bona opera, quæ à nobis Deus in altari crucis per Christum suscipit. quod etiam externo Ecclesiæ altari figuratur. omnia enim ieiunia, eleemosynę, preces, pœnitentiæ, aliaque opera Deo grata non sunt, nisi virtuti meritorum Christi innitantur.

Tertio. Munus cur nostrũ dicatur. Nota *tertio.* quod munera dicãtur *nostra*, etsi ea à Deo nobis primùm cõferantur, nos tamen Deo reddimus, atque ita operibus nostris bonis meremur. sed merendi vim, illa à Spiritu sancto accipiunt, qui ea in nobis & per nos operatur.

XI. Examinanda cõscientia ante sacrificium. *Simile.* *Et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te.* Docet Christus in quo nos ipsos exercere debeamus, cum ad altare accedimus. nempe in examine conscientiæ, vtrum in ea lateat aliquid quod nos reddat inidoneos. non quasi hoc ipsum alias quoque faciendum non sit, ac reijci in istud tempus

pus debeat; sed vt tunc peculiari cura id faciamus, quemadmodũ mulieres etsi primo mane se comserint, ituræ tamẽ ad magnates se denuo ad speculum dispiciunt, num quid forte desit. Præ omnibus commendauit nobis Christus fraternam charitatem, multi enim de sola deuotione solliciti sunt, de charitate vero aut parum aut nihil. Quærunt hic Doctores. *quid sit illud si frater tuus habet aliquid aduersum te.* [a] S. Augustinus idem significare ait, quod, si offenderis fratrem. [b] S. Chrysostomus, si non per omnia tibi cum fratre conueniat. siue quia tu ipsum, siue quia ipse te offenderit. exigit enim hoc præscripta hic à Christo Christiana perfectio, ne rancorem animo foueamus; sed offensionem omnem condonemus. Refert de S. Ioanne eleemosynario Alexandrino Patr. Leontius. quod cum aliquando subditum sibi de aliquo crimine corripuisset, isque propterea ei indignaretur, intelligens hoc Patriarcha, ac sub sacrificio recordatus, ab altari ad eum discesserit, & in genua ad pedes illius procidens, humiliter rogarit vt iram poneret. Visa autem hac humilitate, subditus ille similiter ad pedes prouoluitur, ac toto corde delicti veniam petijt, vitamque in posterum correxit. Peccant ergo qui proximi offensionem negligunt: dicentes, quid ad me siue oderit me, siue diligat, siue malum suspicentur, siue bonum; ipsi tamen offensionis ac suspicionis materiam præbent. S. Paulus monet, vt quantum in nobis est *pacem habeamus cum omnibus, prouidentes bonum, non coram Deo solum; sed & coram hominibus.* Ab hæreticis inuidiam pati, vel à malis contemni, leuis momenti est; imo & odium eorum non minus quam diaboli (cuius illi sunt ministri) quæri debet. Itaque notandum est quod dicitur *frater.* hoc enim nomine hæretici, & in malitia obdurati non continentur; etsi quantum ad naturam amandi quoque sint, non tamen quo ad malitiam, secundum quam odio habent bonos. *Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo.* Significatur hic necessitas fraternæ reconciliationis. Non dixit Christus reconciliare antequam offeras, ne videatur; sed etiam si actu offers, relinque ibi munus, & vade reconciliare

Quæstio.

a *Lib. 1. de serm. Domini in monte. cap. 20.*

b *Hom. 10. in Matth.*

In vita eius. tom. 1. Surij 3 febr.

Exemplum charitatis prælati in subditum.

Alienas offensiones non contemnẽdas.

Rom. 12. 18.

Quorum odium aspernari liceat.

Frater quis?

Caussæ cur statim reconciliandus sis fratri. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta.

ciliare fratri. quasi dicat. festina quantum potes, etiamsi propterea differendus sit Dei cultus, cæteris sine dubio rebus præferendus. Caussa autē est. *Primo*, quia nihil Deo, teste Apostolo, sine charitate placet. *Secundo*, quia offensus multa patitur. nam commotus est, & perturbatus, dein forte sollicitus est de modo vindictæ, atque animam suam tali solicitudine sauciat, imo & occidit. *Tertio*, ne aduersarius tuus coronam tibi præripiat. etenim si prior ad te pro reconciliatione venit, aufert mercedem tuam. *Quarto*, vt offensus tibi statim ignoscat, nolens sua peruicacia diuinum officium differri, aut omitti. *Quinto*, vt doceat quam fidus nobis sit Deus, & nos contra quam simus infidi. Non vult inimico nostro esse amicus, neque de manu eius munus suscipere, quod tamen ad maiorem eius gloriam faceret, & nos cum inimicis eius societatem habemus, nempe cum diabolo ac ministro eius mundo. his magis quam Deo credimus, & obedimus, & quæ ipsi nobis conferunt libentius suscipimus, quam quæ dat Deus. Reconciliatio autem, quam hic exigit Christus, fieri debet sicut facta est offensio. ita vt qui cogitatione sola offenderit, aut verbis, vel demum opere; sola quoque cogitatione reconcilietur, aut verbis, vel opere. saltem ante sacrificium necessaria est reconciliatio interior. si quis nos offenderit, & si nos alium, requiritur firmum propositum ineundæ cum eo pro prima opportunitate reconciliationis. Sed quia præceptum hoc affirmatiuum est, adeoque semper quidem, non tamen pro semper, obligat; quia non semper occasio eorum habetur, aut materia, vt in honore parentum patet cum absunt, vel dormiunt. Ideo quoque necessarium non est, vt iuxta exteriorem literam semper ab altari discedamus, vt cum fratre aduersario reconciliemur. posset enim ex hoc discessu maius aliquando scandalum oriri, quam emolumentum; sed opportunitates attendendæ sunt, & vt quam primum haberi possint etiam captandæ. Intendit enim hoc Christus ne per negligentiam rem multum differamus, sed quantocius acceleremus. Et si ab alio dissidium, à te reconciliatio incipiat.

Reconciliatio vt fieri debeat.

Præcepta affirmatiua vt obligāt.

XIII. *Tunc veniens offeres munus tuum.* Exemplum dedit nobis

Patriar-

Patriarcha Iacob. qui cum Esau fratre primum reconciliatus est, atque dein altare erexit, & sacrificium obtulit. Porro cum audis vt primo reconcilieris fratri; atque tunc offeras munus tuum; ne putes amorem aut honorem proximi præponi posse, amori ac honori diuino, vt quidam existimant, qui optimos se putant, si proximos ament, & in necessitate iuuent; in fide interea dubij, sacrum diebus indictis negligunt, festa non obseruant, ieiunia violant, aliaque præcepta, quæ proximos non concernunt, vili pendunt. Amari ac honorari vult Deus, & quidem super omnia. *Gloriam meam*, ait, *alteri non dabo.* & mandat vt eum diligamus *ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex totis viribus.* Adeoque non vult quemquam sibi in amore aut honore præferri; vult tamen vt opera quædam in honorem suum præstanda, verbi gratia sacrificium, propter charitatem proximi comparandã vel conseruandam (quæ ad salutem necessaria est) differri. Sine charitate enim proximi, non potest haberi charitas Dei; cum ex hac, tanquam ex sole, illa velut radius emanet. Dicet in extremo iudicio Christus. quicquid vni ex meis præstitistis vel negastis, mihi præstitum est vel negatum. adeoque qui fratrem odit vel amat Christum odit vel amat: & quia peius est odisse Christum, quam differre sacrificium; ideo tenemur odium hoc per reconciliationem cum fratre prius deponere, quã sacrificium ei, vel alia obsequia minus necessaria præstemus. Sacrificium porro, quod peculiariter Christianis omnibus præcipitur, vt Deo in vnitate ac pace offerant, Sacramentum Eucharistiæ est. quod dupliciter omnes in Ecclesia offerunt. *Primo*, cum Missam audiunt, intentionemque suam cum Sacerdotis intentione coniungunt. tunc enim cum Sacerdote offerunt, & per Sacerdotis os illud ipsi spiritualiter manducant. *Secundo*, cum ipsi per se Sacramentaliter manducant. tunc enim in se ipsis offerunt Deo Patri Christum, ac se ipsos in Christo. Ad vtrunque hunc modum necessaria est pax, & communio cum proximo. est enim Sacramentum hoc Sacramentum pacis, pacem in nobis requirens ac componens. *Vnum corpus*, ait Apostolus, *omnes sumus, qui de vno pane participamus.* nempe cum singuli vnum Christi corpus

[Margin notes: *Gen. 33.* — Proximus Deo non præponendus. — *Esai. 42. 48.* — *Deut. 6. 5.* — *Matth. 25.* — Quod sit sacrificium Christianorum. — Duplex offertur ab omnibus. — *Primo.* — *Secundo.* — *1. Cor. 10.*]

corpus suscepimus, non nisi vnum Christi corpus esse debemus. qui secus facit, aut existimat, Iudam imitatur qui Magistrum suum prodidit, atque à discipulis auulsit. Itaque *pacem & veritatem diligite, ait Dominus, & Deus pacis erit vobiscum, Amen.*

Zachar. 8.
2. Cor. 13.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, speculum omnis mansuetudinis, largitor omnium virtutum, auctor omnium bonorum operum, qui discipulos tuos perfectionis viam doces, & consummationis præcepta: Quæsumus te illumina intellectum nostrum, voluntatem moue, vt diuinam tuam capiamus, gustemus, impleamus disciplinã, ac per eam peccata nostra cõfiteamur ac deploremus, malas pronitates exuamus, proximos syncero amore amplectamur atq; ita munus nostrum, & quidquid agimus, tibi decenter offeramus, & à te clementer suscipiamur. Passiones malas, indignationis maximè, inuidia, atq; inimicitiæ eradica, linguam nostrã ab importunis custodi eloquijs animas nostras in lætitia & vnitate constitue: Da Christianis charitatem & concordiam, Superioribus sollicitudinem paternam, subditis placidam obedientiam, vt vnum Christi corpus simus, Sancto Christi Spiritu animemur, ac vna fide, vno desiderio vno humero tibi plene seruiamus. Per merita tua, Iesu Christe; qui cum Patre & Spiritu sancto, in æuum viuis & regnas, Amen.

DOMI-

DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Marc. 8.



N illo tempore, cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent, quod manducarent, conuocatis discipulis ait illis. Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via; quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui: Vnde illos quis poterit saturare hic panibus in solitudinē? Et interrogauit eos, quot panes habetis? Qui dixerunt, septem. & præcepit turbæ discumbere super terrā. Et accipiens septem panes gratias agens fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt & saturati sunt, & sustulerunt quod superer at de fragmentis septem sportas. Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor millia. & dimisit eos.

Com-

Compendiosa Euangelij Exegesis.



Via venerat in mundum Christus humanæ salutis caussa, nihil omisit quo hominum intellectum veritate illuminaret, ac voluntatem ad sui amorem induceret. Ideo enim magna eaque vtilia miracula fecit, sanans omnia morborum genera, vt per hæc ad se homines alliceret; & in desertum duxit, vt à tumultibus mundi auocatos, quietius doceret, ac ab eis audiretur. Factum est ergo vt eum copiosa hominum multitudo sequeretur, eique, nihil de cibo aut potu sollicita, constanter adhæreret. sapiebat enim iam eis Dei verbum præ omni cibo, aderantque illi, qui corpus simul satiare posset & animam. Videns vero hunc populi feruorem Christus, etsi eum sciret propria vtilitate duci, neque ipse ab eis quicquam expectaret; misericordia tamen motus est, non minus quam si ad eius obsequium ac vtilitatem cōuenissent. docens nos, tantidem ab eo fieri susceptas à nobis propriæ salutis causa labores, quāti si ex eis ad ipsum vtilitas aliqua redundaret. Cùm ergo populū hunc cibare vellet, primum cum discipulis agit, suamque cum eis voluntatem communicat; auditurus quid responderent, qui iam pridem alia quinque hominum millia, quinque panibus hordeacis, & duobus piscibus satiata vidissent. Vtique respondere debebant. Domine tu nosti quid facere debeas, qui maiorem nuper turbam minoribus medijs satiasti. Verum erant adhuc nimium rudes, & indocti, neque ista cogitabant. Quod nobis declara-

claratum Christus voluit, vt doceret *primo* Externa omnia nihil prodesse, nisi interior Spiritus sancti gratia operetur. qui, vt Ioannes ait, *necdum erat datus, quia Iesus necdum erat* passione & resurrectione sua *glorificatus*. *Secundo*. Posse hominem, quantumcunque sit stupidus, facile instrui ac formari, docente Spiritu sancto vt in Apostolis patuit. qui post Spiritus sancti aduentum, Doctores facti sunt orbis terrarum. Respondent ergo nunc vt mundani adhuc, & iuxta humanam prudentiam. vnde illos posset quis hic in solitudine arente satiare panibus? significantes miraculum hoc magnum esse: vtpote quod vires humanas excederet, & quod Christus ad illud hominum penuria ac sua misericordia quasi compelleretur. Audiens autem discipulorum suorum stupiditatem, ac negligẽtem obliuionem; quærit iterum Christus. quot panes haberent? non quasi ignorans, sed vt ex discipulorum confessione manifestior fieret miraculi dignitas. Responderunt illi, habere se panes septem, & paucos pisces. Iussit ergo homines discumbere: tum vt commodius eis ministraretur, tum vt numerus eorum esset notior. Accepit dein panes & pisces, benedixit, Patri suo gratias egit de miraculo, ad hominum vtilitatem futuro. fregit panes ac pisces, ac discipulis dedit vt populo distribuerent. qui omnes comederunt & saturati sunt. Erant autem fere quatuor millia, præter fœminas & pueros, quorum numerus non minor, sed forte maior fuit. Antea cibauerat quinque panibus, ac duobus piscibus, quinque millia. hic vero quatuor tantum millia septem panibus, & paucis piscibus. docens non definiri virtutem suam numero; sed quod modico æque & multo iuuare tot pos-

Ioan. 7.

ſit, quot velit. Reliquias autem iuſſit coli, ne creatura Dei, ac pręſertim quæ hominũ inediæ ſeruiunt, pereant; ſed in pauperum vtilitatem erogentur. ex quo colligere poſſumus, multum cibum ab hominibus quoque his deportatum eſſe domum, quem Apoſtoli non collegerunt. ex collectis tamen reliquijs impleuerunt, iuxta numerum panum ſeptem ſportas; ſicuti in priore miraculo iuxta numerum duodecim Apoſtolorũ, collegerant duodecim ſportas. Potuerunt autem hæ ſportæ ex proximo vico, viſa reliquiarum copia adferri Expleto demum miraculo dimiſit Chriſtus turbas; vt doceret nos vitandam eſſe inanem gloriam, quæ omnia præcedentia bona corrumpit.

Documenta ſextæ Concionis.

I. Signa quid fecerint.

C*Vm turba multa eſſet cum Ieſu.* Cauſſam, cur tanta turba eſſet cum Ieſu, Matthæus dicit multitudinem fuiſſe miraculorum. adducebant enim ei mutos, cæcos, claudos, infirmos, & quocunque defectu laborantes. quos ille omnes ſanauit; ita vt propter ſignorum multitudinem. *Primo,* homines in eum crederent. *Secundo,* ad eius amorem incitarentur, quem ſibi adeo commodum cernerent, ac vtilem: benefactor enim amore dignus eſt. Atque ita contigit vt qui eum ſequebantur verbum quoque diuinum ab eo audirent, quod omni miraculo erat vtilius. Vtinam & nos eandem, in audiendo hoc verbo, & ſequendo Chriſto, diligentiam præſtaremus; experiremur ſpiritales in anima ſanitates, quas illi in corpore: ſed quia Dei verbum contemnimus, à Deo quoque relinquimur. iuxta quod Propheta dixit, *quia oblita es legis Dei tui ideo obliuiſcar filiorũ tuorum & ego.* Non tæduit viros hos, imo cum vxoribus ac liberis, tam diuturnæ apud Chriſtum in deſerto commorationis, ſub dio: quia dulcedinem guſtabant diuinæ præſentiæ. ſi nos quoque laboraſemus eius iungi conſortio,

Primo. *Secundo.* *Oſee 4. 6.* Cur nõ tæduerit populum, tridui totius.

nun-

nunquam præsentiæ eius tæderet ac obsequij; vt plurium Sanctorum exemplo patet, qui multos annos, noctu pariter ac diu, Diuinis se occuparunt: nam quemadmodũ in hominibus ac humanis, quanto maior eorum fuerit vsus, tanto maior propter vanitatem eorum ac inconstantiam, nascitur contemptus, & quædam veluti fatigatio: ita contra, quanto maior est cum Christo, Dei verbo, ac Sacramentis familiaritas, tanto, propter dulcedinem eorum ac suauitatem, maius concipitur desiderium. Dissimile.

II. *Nec haberent quod manducarent.* Patiuntur sectatores Christi aliquando inediam: qui tamen toto eum corde diligunt, nõ deseruntur in finem. Sunt qui temporalis commodi causa Christum sequuntur, quod etiam his, quos cibauerat, exprobrauit. Talium nimis magnus est numerus, qui Religionem sustentationis aut dignitatis causa ingrediuntur; aut qui Ecclesiastico se statui applicant, ac sacerdotio initiantur, spe beneficiorũ ac redituum Ecclesiasticorum; aut qui liberos promouent ad officia, ac cognatos vt ab eis ipsi vicissim promoueantur; aut demum qui ne Principibus suis displiceant, mentiuntur se Catholicos. Hos si deserat Christus nihil erit mirum: cum non habeant sinceram intentionem. Alij sunt qui metu gehẽnę Christum sequuntur. neque tales peccant, dummodo ad amorẽ à metu, Magdalenæ instar & Pauli, progrediantur. quomodo enim acus præcedit, sequiturque deiñ filum; ita metum sequitur amor. quod si vero in metu quis sistat, cum iniquo rege Antiocho quantumcunque videatur pœnitere; non tamen iuuabit eum Christus. Duo hæc hominum genera non habent Spiritum Dei in se; sed priores à Deo alliciuntur sicut pueri pomo, aut canis obiecto osse, posteriores vero compelluntur, sicut canis baculo. Sunt ergo tertij: qui ducti interiori spiritu, ac diuinis beneficijs stimulati eum sequuntur. Tales erant Apostoli, qui Spiritu Dei pleni, peragrarunt orbem vniuersum. vt in annunciatione diuini verbi, ac hominũ cõuersione Christum imitarentur. Tales quoque erant qui in præsenti Euangelio Christũ sequuntur, ab eoque iuuantur. Tu similiter pura intẽtione eum sequere, solũ ad eius honorem, animæque tuæ salutẽ respice, neque ab

Quidam Christum lucri causa sequuntur. *Ioan. 6. 26.*

Quidam metu gehennæ.

Simile.

2. Mach. 9. 11

Quidam instinctu Spiritus.

eo derelinqueris, sed promoueberis magis in bono proposito, etsi nonnunquam, vt te probet, auxilium differat.

III. Cur discipulos consulit Christus. *Primo.* *Secundo.* a *Eccl. 32.* b *Prouerb. 13. 10.* c *Prouerb. 15. 22.* Consiliarios quærendos omnibus. *3. Reg. 12. 19.*

Conuocatis discipulis ait illis. Conuocat discipulos, eosque consulit Christus. non quod cõsilij eorum indigeat, cum ipse sit æterna sapientia, sed *primo.* vt necessitatẽ populi proponat, ac miraculi, quod erat facturus magnitudinem. *Secundo*, vt nos doceat ne inconsulto, sed cum matura deliberatione omnia instituamus: memores quod Sapiens monet, [a] *Fili sine consilio nihil facias.* [b] *qui agunt omnia cum cõsilio, reguntur sapientia &* [c] *dissipantur cogitationes vbi non est consilium.* Consilio prudenti egent superiores omnes, tam sæculares, quam Ecclesiastici. Imprudenti cõsilio maiorem sui regni partem amisit Roboam. Neque superiores solum, sed neque plebei cõsilium reijcere debent, etiamsi aliqua animi perturbatione aliquando vehementer aliquo impelluntur. imo quo perturbatio fuerit vehementior, eo maior est consilij necessitas. sicuti cœcus magis quam qui videt itineris duce eget. Cæci sunt quos animi perturbationes agunt, & quia nos ipsos nimis indulgenter amamus, in proprijs frequenter cæcutimus. Noluit Assuerus, *Esther 1. 13.* cum vxori suæ Vasthi indignaretur, quod mãdatum eius præuaricasset, eam sine sapientum consilio repudiare, ne erraret in causa propria. Salomon, etsi omnium esset sapientissimus, habuit tamen consiliarios, quorum consilia reijciens in grauissima peccata lapsus est. Neque tamen cum quolibet consulendum est, sed, vt rectè Sapiens, *Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille.* nempe eximius, rerum peritus, ac tui sincere amans. Consuluit Christus Apostolos; tu quoque viros consule Apostolicos, quibus nota sit Dei voluntas, eamque perquirunt. Sæculares, quia Spiritum Dei nec habent, nec norunt, sæcularia dant consilia; melius intelligunt pij quid diuino honori magis, atque animæ tuæ saluti expediat.

Non consultandum cum omnibus. *Eccl. 6. 6.* *1. Cor 2. 11.*

IV. Quatuor notanda. *Primum.* Sollicitudo Christi pro nobis.

Misereor super turbam. Nota *primo.* Agere cum discipulis Christum de iuuandis hominibus, ipsis interim nihil tale cogitantibus; imo tanto eorum curam habet maiorem, quanto id ipsi opinantur minus. vt Deo discas fidere, eumque reuereri. etenim te negotijs tuis occupato, cogitat ille de reddẽdo tibi

tibi pro operibus præmio, vel pœna. Cum Iulianus Apostata iuisset in Persiam, cogitans post reditum euersionẽ Christianismi: aliud de ipso cogitabat Deus. Libanio enim Gentili Philosopho Alexandriæ, Christianum magistrum roganti, quid nunc facit Iesus vester fabri filius? Loculum respondit ille, Domino vestro Iuliano. atque non ita diu post obijt Iulianus, ac loculo illo vsus est. Time ergo si in peccatis es, nescis enim quid in cœlo de te statuatur: sin filius Dei es, confide; curam enim tui habet Christus in cœlo, agitque de tuo auxilio. *Theodoret. lib. 3. Eccl. histor. c. 18. Apophth.*

Nota *secundo*, modum propositionis, neque enim dicit Christus. Quid vobis videtur, cibabimusne istos? Sed, *misereor super turbam*: vt nec tu dubites an proximo succurres, videns necessitatem eius, & succurrendi modum. Atque vt vera misericordia, & verus amor, origo sit ac fundamentũ omnium operũ proximo exhibendorum. Vbi misericors charitas est, opus quoque efficaciam magnam habet, emollitur enim cor facientis bonum, & alij quoque ad similia accenduntur: nam quomodo ignis emollit ferrum, ita qui vero amore proximũ diligit, misericordia statim mouetur, cum proximum videt in angustia positum. Auarus, spongiæ instar est: quæ aquam sorbet, neque eam nisi compressa reddit: aut fictili puerorum thesaurariæ thecæ, quæ angusta rima pecuniam recipit; neque eam nisi fracta reddit. Sic auari, quia charitatem proximi non habent, rapiunt quicquid possunt; neque distribuunt quicquam, nisi coacti, aut cum moriuntur. quemadmodum enim porcus, dũ viuit, nulli rei, nisi vt in sordibus volutetur, idoneus est; post mortem omnes lardum, intestina, ac pernas eius quærunt: sic & auarus, dum viuit nulli rei seruit, nisi vt terrena colligat, cum vero obierit, gaudent omnes, ac de obtinenda bonorum portione aliqua satagunt. *Secundum. Propositio ipsa quæst. Facienda opera misericordiæ. Simile. Simile. Simile.*

Nota *tertio*, verbum hoc, *Misereor super turbam*, consolationis esse plenissimum. eo enim significat Christus naturalem quã habet inclinationem, nempe ad misericordiam, quemadmodum enim homines singuli ad peculiare aliquid inclinantur, (etiamsi ad plura ac diuersa sint idonei) vnus ad venationem, alter ad studium, bellum, opificium, vitã religiosam, *Tertium. Christi naturalis ad misericordiam pronitas.*

mercaturam aut quid simile, atque isti magis se dat, vt in eo proficiat maxime, illudque perficiat: facit enim id cum quodam animi gaudio. sic & Christus, etsi omnem habeat perfectionem, cum sit omnipotens, omniscius, ac in omnib9 attributis infinitus, naturalis tamē eius inclinatio ad misericordiam est. vnde dixit Dauid, *miserationes eius super omnia opera eius.* ideoque in omnibus misericordiam suam manifestare vult, vt nihil quicquā sine ea fiat. Per hanc ex cœlo descendit in terras, atque per eam, post exantlatos triginta trium annorum labores, ignominiosam pariter ac acerbam mortē crucis subijt, atque cum quinque vulneribus suis in cœlos ascendit, habens nos, vt Isaias dixit, *in manibus suis descriptos.* vt nō obliuiscatur nostri, sed per vulnera ista, tanquam fenestras ac cancellos, intueatur, quo misericordem se exhibeat, sicuti enim quæ per rubrum vitrum videmus, rubra apparent, sic & cum per vulnera sua nos adspicit Christus, pro electis habet, quorum misereri velit.

Psal. 144. 9. Misericordia Christi elucet in omnibus. *Esai. 144. 9.* *Simile.*

Attendere tamen oportet serio, ne natiua hac Christi misericordia ad peccandum, vt multi solent, abutaris: qui ideo peccant quia Christus misericors est, instar nequā ac ingratorum filiorū, qui matrem, quia patiens est, percutiunt. Isto modo cum stultis ac pueris agimus, qui placantur facile. Serpentum conditio est vt benefactorem lædant; tu ergo serpentem imitari noli, neque putes Deum irrideri vt omnipotentem ac eum qui ipsa sapientia est, puerū putes aut stultū. Gregorium sequere, vt ante peccatū iustitiam Dei timeas, post peccatum misericordiam speres. Ante peccatum spes misericordiæ ad peccandum animari præsumptionis est, ac temeritatis. dolor enim, qui ad peccati remissionē necessarius est, non omnibus cōceditur. Scripsit ante 550. annos Petrus Damianus, Cardinalis & Episcopus Ostiensis, historiam de quodā cui nomen Grinizo, habitāte in cōuentu S. Vincentij Perusij, in Italia, in quo etiam ipse habitarat. Hic ergo cum ad omnē se voluptatē carnis proijceret, cum diabolo paciscitur obsecuturū se ei ea lege vt triduo ante mortē præmoneat eum obitus sui; sperans tunc se pœnitentiam acturum, ac confessurum. Euolutis aliquot annis, quos in pec[illegible]egerat, accessit diabolus eum,

Cauendū ne Dei bonitate abutamur. *Simile.* Serpentum indoles. *Lib. 33. Mor. cap. 15.* Miserum Exemplum pœnitentiā sibi promittentis.

ex pacto monens quod post triduum esset moriturus. Conuocat ergo ille Religiosos omnes, ac quid cũ diabolo pactus sit omnib⁹ aperit, quo facto statim obdormiuit. Religiosi autem omnẽ adhibebãt operã quo eum à somno excitarent, & de pœnitentia ac cõfessione monerent; sed obdormiebat ille quãtumcunque traheretur, ac pungeretur, quãdiu pœnitẽtiæ fiebat mẽtio: quod si vero vanũ aliquid cõmemorarent, euigilabat statim ac loquebatur vt cæteri. dein si rursus de cõfessione fieret mẽtio, imo si vel pœnitẽtiæ nomẽ audisset, statim profunde indormiebat. Durauit hoc vsque in diem tertium quo exspirauit. Post sepulturã multi canes nigri ad sepulchrũ venerunt, atque super eo multis noctibus permãserunt, significant suum esse cadauer quod ita custodiebant. Time ergo antequam pecces, ne veræ pœnitentiæ priuilegium tibi subtrahatur. Sicuti enim desperatio multum Deo displicet, ac spei repugnat: abijcit enim Dei misericordiam, ita quoque displicet præsumptio, quæ contemnit Dei iustitiam. Desperatio & præsumptio in quo consistant.

Nota *quarto*, quorum misereatur Christus: neque enim dixit misereor diuitum, potentum, nobilium, Principum; sed *turbæ* (id est) plebis. Nam *primo*, plebs magis à ditioribus affligitur, atque ad eam omnia laborum, vigilarum, cõtributionum onera, expedientibus se diuitibus, deuoluuntur. *Secundo*, qui Christum sequuntur, vt plurimum plebeij sunt: hi enim à nullo, nisi ipso solo, consolationem expectant. Habent diuites solatium mundi, nec quærunt solatium Christi: quibus propterea Christus dixit, *Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram, væ vobis qui saturati estis, quia esurietis, væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.* Queritur Apostolus, quod *non multi nobiles, potentes, sapientes*; sed ignobiles, pauperes, ac indocti ad fidem accederent. *Tertio*, quia in vtilitatem plebis omnia referri debent. Reges sunt propter populum; non contra, populus propter Regem. *Omnia*, scribebat Corinthijs Apostolus, *vestra sunt: siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas* (id est Petrus) *vos autem Christi, Christus autem Dei.* Quare si pauper es, noli te propterea à Deo existimare contemptum; sed potius tanto ab eo amari ac curari impensius, quanto minorem à mundo consolationem speras

Quartum. Quorũ misereatur Christus. Cur *turba* magis quã aliorum. *Primo.* *Secundo.* *Luc. 6. 24.* *1. Cor. 1. 17.* *Tertio.* *1. Cor. 3. 22.*

Psal. 10.4. *Psal. 11.14.* *Oculi eius*, ait Dauid, *in pauperem respiciunt, & aures eius ad preces eorum.* ac *propter miseriam inopum & gemitum pauperum exurgit.*

Tria consideranda. *Primum.* Sibi facta Christus inspicit. *Iob. 14.16. Luc 12. 7. Matt. 12.36.* *Sap. 1. 9.*

Quia ecce, iam triduo sustinent me. Nota *primo*, quod videat notetque omnia Christus, quicquid, licet exiguum, pro nominis eius honore præstas, numerat, quantum hic liquet omnes dies & vt Iob dixit, *etiam gressus hominum ac vestigia.* Imo, vt ipse testatur, *etiam capillos capitis tui*, vt sciat quot pro gloria eius amiseris. potum aquæ frigidæ cõputat vt remuneret: & quomodo nõ sinet impune omne verbum otiosum, imo nec cogitationes malorũ, teste sapiente; ita nihil quoque vel loqueris, vel cogitas, ad honorem eius, quin cõscribatur in cœlo vt mercedem accipias. *Simile.* Si quis rex omnia famulorũ suorum obsequia annotaret diligẽter, eaque frequenter relegeret, ac stato tempore liberalissime remuneraret; oẽs ad illius ministerium confluerent. Christus vero nõ tantum hæc ipsa præstat, sed & obsequia nostra, supra quam mereantur, æstimat. In extremo iudicio recensebit iustis, quicquid ei fecerint, idque ita sigillatim vt præ admiratione dicturi sint Domine quãdo hęc omnia tibi fecimus? quod præstitimus exiguum est, tunc respondebit eis, vobis quidem videbantur exigua, mihi vero magna. O quantũ est inter Deum & nos homines discrimen, ille opera nostra magni, nos beneficia eius æstimamus parui; cum tamen cõtra fieri oporteret, non minus quã in humanis. vbi minimum quoque opus à magnate, vt puta Rege, vel Imperatore, pauperi præstitum, pro maximo; contra maximũ à paupere aut qui sit vilioris fortunæ præstitũ, pro minimo habetur. Si Rex pauperem infirmũ inuisat, magnum ęst; si vero decem aut plures milites pro tutela Regis in prælio occidantur, paruum est. Nos contrario plane modo cum Christo agimus, etiamsi omnib⁹ quoque Regibus ac Principibus infinito maior sit. Magna nobis præstitit, ac etiamnũ quotidie præstat, & adhuc his spondet maiora. Creauit nos, & nostro vsui orbẽ vniuersum, triginta tres annos nostri causa laborauit, ac tandẽ sanguinẽ omnẽ profudit, ineffabiles cruciatus pertulit, mortẽ subijt, noctu pariter ac diu adest, cœlũ denique spõdet, & tamẽ tãta hęc nihili ducimus. si vero vel minimũ qd ad Dei honorẽ pręstamus, puta ieiuniũ vnius diei, paruã eleemosynã, breuem

Deus singula computat. *Matth. 25.37*

Disparitas censuræ diuinæ ac humanæ.

Dei beneficia quanta quam parui facimus.

breuem orationem, istud continuo magnum est. O fatuos & ingratos homines! discas æstimare quæ tibi Deus præstat, ac tua contemnere, vt Christus ea æstimet ac remuneret. Mundus, quicquid ei facis, parui æstimat ac paruo remunerat; magna imponit exiguo præmio ac solatio. hunc Dominum fuge, Christo omni diligentia obsequere, qui parua præcipit, magna retribuit, in labore solatur, & opus momentaneũ ac breue æterno præmio remunerat.

Nota *secundo*. quibus Christus eleemosynam præstet hominibus, nẽpe qui ei adhærent, ac in bono perseuerant. Multi sunt qui bene inchoant, & aliquando bona quædam opera faciunt, proponunt singulis Dominicis diebus confiteri, ac communicare, ac perfectiori vitæ se tradere; sed cum laborem aliquem sentiunt ac molestiam, omnia simul corruunt. Optabat initio Balaam mori morte iustorum: sed cum regem Balac diuitias atque honores spondẽtem audiuit, docuit mittere scandalum ante filios Israel. Nota *tertio*. eis vtilissime erogari eleemosynas qui Deo indiuulsi adhærent, id est, Religiosis, pauperibus qui voluntaria se paupertate ac voto Deo adstrinxerunt. hi enim Deo præ alijs pauperibus placent, merita eorum maiora sunt, & preces efficaciores; horum vero omnium te eleemosyna participem facit.

Secundo Christus perseuerãtibus benefacit.

Num. 23. 10.

Tertio Religiosis optime erogari eleemosynas.

Nec habent quod manducent. Putant nonnulli, Deo animarum duntaxat curam esse, nõ corporum: ideoque in rebus quæ ad animæ faciunt salutem illi confidunt, in temporalibus vero non item. Si corporale quid eis desit, non cogitant Deum esse qui iuuare eos & possit & velit, ideoque nec confugiunt ad eum; sed sibi ipsis innituntur, imo per peccata etiam vt vsuras, fraudes, aliaque furtorum genera ac crimina, temporaliũ possessionem quærunt. Nihilo minus si in peccatum aliquod labantur, non dubitant de misericordia Dei; quin tantum ei innituntur, vt non festinent ad peccati illius confessionem, ac fugam, sed securi in illo viuunt. Cogitandum his erat *primo* quod filios magis amet ac iuuet Deus, quam inimicos: peccator autem Dei inimicus est, qui si de peccati remissione nihil dubitet, quare dubitabit iustus, Dei Filius, vtrum à Patre suo cœlesti accepturus sit necessaria. *secundo* quod spiritualia bona, VI.

Diffidentia quorundã.

Quod talibus cogitãdum.

Primo

Secundo

bona vt gratia, & peccatorum remissio, digniora multa sint quam temporalia. ideoque sicuti diues, qui nō solum instituit filium sibi hæredem, sed etiam paratus est omnibus facultatibus suis ei in necessitatis articulo succurrere, non negaret ei frustum panis, quando posset eum illo iuuare. sic neque Deus, qui nos sibi adoptat hæredes, & potioribus hic bonis ditat, negabit illa quæ viliora sunt. In cuius rei contestationem ac fidem, fecit Christus plurima miracula corporalia, & sectatores suos corporali quoque cibo pauit. Itaque in omnibus Deo confide. etenim corporis simul, & animæ Deus est.

Simile.

Cur Christus fecerit miracula corporalia.

VII. *Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via.* Nota *primo* quomodo turba hæc audierit verbum Dei. non saturant bene pasta, sed ieiuna: vt nos doceret *primo* Sobrietate nos ad audiendum Dei verbum præparare. saturitas enim ad somnum inclinat, distrahit sensus, roborat inordinatos motus, & obdurat cor. *secundo* Verbum Dei vtiliter admodum audiri, quando sæculari voluptate vacamus, qua peccatores pleni sunt, vt siliquis porci. Nota *secundo*. Quo fine cibum sumi oporteat. non voluptatis causa, aut satietatis; sed vt redeamus domum (id est) vt habeamus vigorem faciendi bona opera, per quæ ad patriam cœlestem perueniamus. & sicuti corporali cibo firmatur corpus, ita & animus roboretur cibo spirituali, qui est corpus & sanguis Christi in Eucharistia. de quo dixit Christus, *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, ac biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* (id est) secundum animam moriemini. quemadmodum enim sine corporali cibo non potest nutriri corpus, & prolixa ieiunia debilitant. ita qui Sacramentum hoc non suscipit, labitur facile in peccatum mortale, & qui rarius suscipit debilitatur ad virtutem, ac frigescit, fitque idoneus vt à Diabolo prosternatur. Refert Palladius, in Cappadocia circa annum 400. Episcopus, de muliere coniugata, quæ veneficijs videbatur transformata in equam. & cum maritus mane equam hanc in lecto apud se videret, ac non nisi vxorem esse sciret; ab omnibus mali huius remedium

Dei verbū pleno ventre non audiendum.

Primo.

Secundo.

Qui fine sumendus cibus.

Simile.

Ioan. 6. 53.

Simile.

Cap. 19. Hist. Lausiacæ. tom. 1. Sury die 2. Ianua.

Exemplum de fœmina in equam conuersa.

dium petijt. ipsa autem nec loqui poterat, nec mãducare. Veniunt ergo ad Abbatem Macharium, qui capite aqua benedicta adspersa, sanauit, mandans vt Deum quotidie oraret, ac frequenter S. Eucharistiam susciperet. Ideo enim in veneficia inciderat, habebatque diabolus potestatem in eam, quia septem hebdomadum spatio non communicarat. Si igitur robur spirituale desideras, ne à Diabolo supereris frequenta Sacramentum. hoc est enim *mensa*, quam, teste Dauide, *parauit Dominus aduersus omnes qui tribulant nos.* Nota vim aquæ benedictæ.

Quidam enim ex eis de longe venerunt. Discis hic *primo.* quã dulcis sit susceptus pro Christo labor. Turba hæc venerat de longe, nec habebat quod manducaret, & tamen non queritur. Vescebantur in deserto Israelitæ pane cœlesti, omne delectamentum & omnis saporis suauitatem in se habente, & tamen non nisi murmurabant: quia cum Deo non erant. Conueniat tibi cum Christo, & omnia erunt suauia. quod si discedas ab illo, nunquam habebis quietem, qualecunque etiam gaudium ac commodum tibi obtingat. Discis *secundo* paternam Christi compassionem, qui obseruat labores nostros, ac videt vtrum de longe veniamus, an de vicino, id est, quanta cum pugna ei obsequamur, omnem enim laborem abundanter retribuet, ac consolabitur nos, abstergens sudorem ac lacrymas sui caussa profusas. Caue itaque ne cœpti pigeat etiam si durum videatur ac difficile. habebis enim copiosam mercedem, & pro labore momentaneo æternum gloriæ pondus. Disce *tertio.* accedere ad Christum etiamsi longe adhuc absis, id est, peccatis grauibus immersus, ac filij prodigi instar in regione longinqua degas. Venerunt de longe Paulus & Magdalena. hæc ab infami vita, ille à Christianorum persecutione; quantis tamen in regno cœlesti precedunt. Non attẽdit Christus quis fueris, sed qualis modo sis, quando ex toto corde ad eum te conuerteris. VIII. Tria documenta. *Primum.* Dulcis labor pro Christo. *Sap. 16. 20.* *Secundum.* Cõmiseratio Christi. *Psalm. 9. 17.* *Apoc. 7. 14* *Isaia. 61. 3.* *Tertium.* Veniendũ etiã à lõge. *Luc. 15. 13.*

Et responderunt ei discipuli sui; vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Obliti erant Apostoli miraculum, quod non ita pridem Christus fecerat, cùm quinque hominum millia, quinq; hordeaceis panib⁹ ac duobus piscibus satiauit. Idem facimus & nos, qui omniũ Dei precedentiũ beneficiorũ obliuisci- IX. *Matth. 14. 19*

obliuiscimur, solis præsentibus intenti, ac futuris. Cogitare magis oportebat, adstitit mihi huc vsque Deus, neque deseruit vnquam, cõfidam itaq; fiducialiter, eum de cætero quoque adfuturum. conditio eius est ac agendi modus, vt desperantes de alijs auxilijs adiuuet. Cum Israelitas vrgerent Ægyptij, ac includeret mare, nescijs quo fugerent, Deus mare aperuit, ac inimicos eorum demersit. Cingebatur à Saule Dauid ita vt desperaret se posse euadere; sed liberauit eum Deus, nuntios Sauli mittens de Philisthæis qui eum auocarunt. Regnante Ezechia, obsidebant Hierosolymam centum & octoginta quinq; militum millia, qui iam spe sua vrbem expugnarant; sed interfecit Angeli mirus ministerio Deus vna nocte omnes. Laborabant extrema fame Samaritæ, à Syris obsessi, ac de subsidio desperantes; sed iniecit eis terrorem ac simul fugam Deus, ita vt maxima successerit rerum omnium abundantia. *Spera in Domino*, ait Dauid, *& fac bonitatem & pasceris in diuitijs eius.* Non desperabant Apostoli cum mali quidquam intenderent; vt cum rogant Dominum an velit vt ignẽ de cœlo deuocent, ad cõflagrationem ciuitatis Samaritanorum excludẽtis Dominum: in bonis autem spe deficiunt. sic nõ timent homines inopiam cũ pecunias ad peccata profundũt, aleam, comessationes, potationes, vestiũ luxũ, superbiã, ac luxuriam: neq; morbos metuunt si in choreis pernoctent, cibo obruantur ac potu, corpus comprimant quo videantur graciliores, aut alia committant. sed si danda sit eleemosyna, aut in peccatorum satisfactionem ieiunandum, vigilandum, orandum, statim morbos prætexunt ac paupertatis periculũ. Omnia possunt in malis nulla in bonis. Tu vero S. Paulum imitare, qui omnia poterat in bonis, nulla in malis.

[Margin: Fidendum in Deo quia nunquam deest. — *Exempla.* — *Exod. 14. 26.* — *4. Reg. 19. 35.* — *1. Reg. 23. 26.* — *4. Reg. 7. 7.* — *Psal. 36. 3.* — *Luc. 9. 54.* — Homines ad mala fortes, ad bona debiles. — *Philip. 4. 14.*]

X. *Et interrogauit eos quot panes habetis? qui dixerunt, septem.* Nota *primo.* quod non loquatur Christus Apostolis austere, etsi id incredulitate sua meruissẽt; sed benignè occurrit, rogãs quod non ignorabat, vt interrogatione ista suam Apostolorumq; paupertatem nos doceret: vtpote qui tantum habuerit septẽ panes, vt & nos non quæramus diuitias, neque spernamus paupertatem, ita amatam atque seruatam à primis Ecclesiæ fundatoribus.

[Margin: Notanda *Primo* paupertas Christi.]

Nota

Nota *secundo.* quod, etsi potuisset Christus turbam hanc nouo cibo, quem crearet, aut pane cœlesti, saturare, sine Apostolorum adminiculo. petijt tamen ab Apostolis panes, vt nō tantum ipse faceret miraculum, sed & Apostoli haberent meritum, erogantes liberaliter pauperibus quicquid habebant. docens, quod paratus sit vt nos iuuet; sed ita vt cooperemur ipsi. nobis enim incipientibus, ille abundanter perficit opus ac complet. Spargit agricola semen; sed Deus est qui illud multiplicat. nos quoque exiguum ramum defodimus, Deus ex eo maximam arborem format. Oppressa ære alieno vidua infundebat in quodque vas olei guttam, & implebat omnia Deus. Si à Deo auxilium quæris, incipe; ipse perficiet. Vis humilitatem? incipe ab humilitatis operibus. Vis liberari à malis: superbiæ, iracundiæ, impudicitiæ motibus, labora vt te ipsum mortifices, obedi Confessario, frequenta susceptionem Sacramentorum, & fiet res opinione leuior. *Modicum.* ait Ecclesiasticus, *laboraui, & inueni mihi multam requiem*, quapropter *labora* & tu in operibus sapientiæ *exiguum, & cito edes de fructibus illius.* Putabat Augustinus cum necdum Baptizatus esset, impossibilem sibi castitatem; sed post Baptismū, & inchoata virtutum exercitia, facile comperit. quod de se quoque [a] S. Cyprianus testatur, ac inter Baptismi effectus ponit [b] Lactantius.

Secundo. Cur Apostolorum Christus in panibus vtatur opera.

Deus vult nos cooperari.

Similia.

4. Reg. 4. 5.

Eccl. 51. 35.

Eccli. 6. 20.

Lib. 9. Cōfess. ca. 1. 4. & 6.

Porrò hos septem panes, spiritualiter exponunt Doctores de animæ panibus. [c] Augustinus septem dona intelligit Spiritus. S. [d] Bernardus septem alios numerat ex scriptura panes. *primus* est Verbum Dei quo (Christo teste) viuimus. *secundus* obedientia, de qua etiam Christus. *meus cibus est vt faciam voluntatem Patris.* tertius meditatio. cibat enim nos Deus *pane vitæ & intellectus.* *quartus.* lacrymæ deuotionis. *cibabis nos,* ait Dauid, *pane lacrymarum.* *quintus* labor pœnitentiæ ac bonorum operum, quo iusti saturantur. *labores* dicit Dauid, *manuum tuarum manducabis*, id est, erunt tibi opera tua instar optimi ac suauissimi cibi. *sextus* suauis concordia Christianorum, fermentata sapientia Dei. *septimus.* Sacramentum Eucharistiæ, de quo dixit Christus, *panis quem ego dabo, caro mea est.* Cæterum, quia dixit

a Epist. 1. ad Donat. de gratia Dei.

b Lib. 3. diuina insti. c. 26.

c Aug. serm. 109. de temp. & qu. 61. ex LXXXIII.

d In fine ser. 1. de 7. panibus.

Panes mysticè.

Ioan. 4. 10.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Panes mystice aliter

eo derelinqueris, sed promoueberis magis in bono proposito, etsi nonnunquam, vt te probet, auxilium differat.

III. *Conuocatis discipulis ait illis.* Conuocat discipulos, eosque consulit Christus. non quod cõsilij eorum indigeat, cum ipse sit æterna sapientia, sed *primo.* vt necessitatẽ populi proponat, ac miraculi, quod erat facturus magnitudinem. *Secundo,* vt nos doceat ne inconsulto, sed cum matura deliberatione omnia instituamus: memores quod Sapiens monet, [a] *Fili sine consilio nihil facias.* [b] *qui agunt omnia cum cõsilio, reguntur sapientia &* [c] *dissipantur cogitationes vbi non est consilium.* Consilio prudenti egent superiores omnes, tam sæculares, quam Ecclesiastici. Imprudenti cõsilio maiorem sui regni partem amisit Roboam. Neque superiores solum, sed neque plebei cõsilium reijcere debent, etiamsi aliqua animi perturbatione aliquando vehementer aliquo impelluntur. imo quo perturbatio fuerit vehementior, eo maior est consilij necessitas. sicuti cœcus magis quam qui videt itineris duce eget. Cæci sunt quos animi perturbationes agunt, & quia nos ipsos nimis indulgenter amamus, in proprijs frequenter cæcutimus. Noluit Assuerus, cum vxori suæ Vasthi indignaretur, quod mãdatum eius præuaricasset, eam sine sapientum consilio repudiare, ne erraret in causa propria. Salomon, etsi omnium esset sapientissimus, habuit tamen consiliarios, quorum consilia reijciens in grauissima peccata lapsus est. Neque tamen cum quolibet consulendum est, sed, vt rectè Sapiens, *Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille.* nempe eximius, rerum peritus, ac tui sincere amans. Consuluit Christus Apostolos; tu quoque viros consule Apostolicos, quibus nota sit Dei voluntas, eamque perquirunt. Sæculares, quia Spiritum Dei nec habent, nec norunt, sæcularia dant consilia; melius intelligunt pij quid diuino honori magis, atque animæ tuæ saluti expediat.

Cur discipulos consulit Christus. *Primo.* *Secundo.* a *Eccl. 32.* b *Prouerb. 13. 10.* c *Prouerb. 13. 22.* Consiliarios quærendos omnibus. *3. Reg. 12. 19.* *Esther 1. 13.* Non consultandum cum omnibus. *Eccl. 6. 6.* *1. Cor 2. 11.*

IV. *Misereor super turbam.* Nota *primo.* Agere cum discipulis Christum de iuuandis hominibus, ipsis interim nihil tale cogitantibus; imo tanto eorum curam habet maiorem, quanto id ipsi opinantur minus. vt Deo discas fidere, eumque reuereri. etenim te negotijs tuis occupato, cogitat ille de reddẽdo tibi

Quatuor notanda. *Primum.* Sollicitudo Christi pro nobis.

tibi pro operibus præmio, vel pœna. Cum Iulianus Apostata iuisset in Persiam, cogitans post reditum euersionē Christianismi: aliud de ipso cogitabat Deus. Libanio enim Gentili Philosopho Alexandriæ, Christianum magistrum roganti, quid nunc facit Iesus vester fabri filius? Loculum respondit ille, Domino vestro Iuliano. atque non ita diu post obijt Iulianus, ac loculo illo vsus est. Time ergo si in peccatis es, nescis enim quid in cœlo de te statuatur: sin filius Dei es, confide; curam enim tui habet Christus in cœlo, agitque de tuo auxilio. *Theodoret. lib.3. Eccl. histor. c. 18.* *Apophth.*

Nota *secundo*, modum propositionis, neque enim dicit Christus. Quid vobis videtur, cibabimusne istos? Sed, *misereor super turbam*: vt nec tu dubites an proximo succurres, videns necessitatem eius, & succurrendi modum. Atque vt vera misericordia, & verus amor, origo sit ac fundamentū omnium operū proximo exhibendorum. Vbi misericors charitas est, opus quoque efficaciam magnam habet, emollitur enim cor facientis bonum, & alij quoque ad similia accenduntur: nam quomodo ignis emollit ferrum, ita qui vero amore proximū diligit, misericordia statim mouetur, cum proximum videt in angustia positum. Auarus, spongiæ instar est: quæ aquam sorbet, neque eam nisi compressa reddit: aut fictili puerorum thesaurariæ thecæ, quæ angusta rima pecuniam recipit; neque eam nisi fracta reddit. Sic auari, quia charitatem proximi non habent, rapiunt quicquid possunt; neque distribuunt quicquam, nisi coacti, aut cum moriuntur. quemadmodum enim porcus, dū viuit, nulli rei, nisi vt in sordibus volutetur, idoneus est; post mortem omnes lardum, intestina, ac pernas eius quærunt: sic & auarus, dum viuit nulli rei seruit, nisi vt terrena colligat, cum vero obierit, gaudent omnes, ac de obtinenda bonorum portione aliqua satagunt. *Secundum.* Propositio ipsa quæst. Facienda opera misericordiæ. *Simile.* *Simile.* *Simile.*

Nota *tertio*, verbum hoc, *Misereor super turbam*, consolationis esse plenissimum. eo enim significat Christus naturalem quā habet inclinationem, nempe ad misericordiam, quemadmodum enim homines singuli ad peculiare aliquid inclinantur, (etiamsi ad plura ac diuersa sint idonei) vnus ad venationem, alter ad studium, bellum, opificium, vitā religiosam, *Tertium.* Christi naturalis ad misericordiam pronitas.

mercaturam aut quid simile, atque isti magis se dat, vt in eo proficiat maxime, illudque perficiat: facit enim id cum quodam animi gaudio. sic & Christus, etsi omnem habeat perfectionem, cum sit omnipotens, omniscius, ac in omnib⁹ attributis infinitus, naturalis tamē eius inclinatio ad misericordiam est. vnde dixit Dauid, *miserationes eius super omnia opera eius.* ideoque in omnibus misericordiam suam manifestare vult, vt nihil quicquā sine ea fiat. Per hanc ex cœlo descendit in terras, atque per eam, post exantlatos triginta trium annorum labores, ignominiosam pariter ac acerbam mortē crucis subijt, atque cum quinque vulneribus suis in cœlos ascendit, habens nos, vt Isaias dixit, *in manibus suis descriptos.* vt nō obliuiscatur nostri, sed per vulnera ista, tanquam fenestras ac cancellos, intueatur, quo misericordem se exhibeat, sicuti enim quæ per rubrum vitrum videmus, rubra apparent, sic & cum per vulnera sua nos adspicit Christus, pro electis habet, quorum misereri velit.

[Psal. 144. 9. Misericordia Christi elucet in omnibus. Esai. 144. 9. Simile.]

Attendere tamen oportet serio, ne natiua hac Christi misericordia ad peccandum, vt multi solent, abutaris: qui ideo peccant quia Christus misericors est, instar nequā ac ingratorum filiorū, qui matrem, quia patiens est, percutiunt. Isto modo cum stultis ac pueris agimus, qui placantur facile. Serpentum conditio est vt benefactorem lædant; tu ergo serpentem imitari noli, neque putes Deum irrideri vt omnipotentem ac eum qui ipsa sapientia est, puerū putes aut stultū. Gregorium sequere, vt ante peccatū iustitiam Dei timeas, post peccatum misericordiam speres. Ante peccatum spes misericordiæ ad peccandum animari præsumptionis est, ac temeritatis. dolor enim, qui ad peccati remissionē necessarius est, non omnibus cōceditur. Scripsit ante 550. annos Petrus Damianus, Cardinalis & Episcopus Ostiensis, historiam de quodā cui nomen Grinizo, habitāte in cōuentu S. Vincentij Perusij, in Italia, in quo etiam ipse habitarat. Hic ergo cum ad omnē se voluptatē carnis proijceret, cum diabolo paciscitur obsecutum ū se ei ca lege vt triduo ante mortē præmoneat eum obitus sui; sperans tunc se pœnitentiam acturum, ac confessurum. Euolutis aliquot annis, quos in peccatis exegerat, accessit diabolus eum, ex pacto

[Cauendū ne Dei bonitate abutamur. Simile. Serpentum indoles. Lib. 33. Mor. cap. 15. Miserum Exemplum pœnitentiā sibi promittentis.]

ex pacto monens quod post triduum esset moriturus. Conuocat ergo ille Religiosos omnes, ac quid cũ diabolo pactus sit omnib⁹ aperit, quo facto statim obdormiuit. Religiosi autem omnẽ adhibebãt operã quo eum à somno excitarent, & de pœnitentia ac cõfessione monerent; sed obdormiebat ille quãtumcunque traheretur, ac pungeretur, quãdiu pœnitẽtiæ fiebat mẽtio: quod si vero vanũ aliquid cõmemorarent, euigilabat statim ac loquebatur vt cæteri. dein si rursus de cõfessione fieret mẽtio, imo si vel pœnitẽtiæ nomẽ audisset, statim profunde indormiebat. Durauit hoc vsque in diem tertium quo exspirauit. Post sepulturã multi canes nigri ad sepulchrũ venerunt, atque super eo multis noctibus permãserunt, significant suum esse cadauer quod ita custodiebant. Time ergo antequam pecces, ne veræ pœnitentiæ priuilegium tibi subtrahatur. Sicuti enim desperatio multum Deo displicet, ac spei repugnat: abijcit enim Dei misericordiam, ita quoque displicet præsumptio, quæ contemnit Dei iustitiam. Desperatio & præsumptio in quo consistant.

Nota *quarto*, quorum misereatur Christus: neque enim dixit misereor diuitum, potentum, nobilium, Principum; sed *turbæ* (id est) plebis. Nam *primo*, plebs magis à ditioribus affligitur, atque ad eam omnia laborum, vigilarum, cõtributionum onera, expedientibus se diuitibus, deuoluuntur. *Secundo*, qui Christum sequuntur, vt plurimum plebeij sunt: hi enim à nullo, nisi ipso solo, consolationem expectant. Habent diuites solatium mundi, nec quærunt solatium Christi: quibus propterea Christus dixit, *Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram, væ vobis qui saturati estis, quia esurietis, væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.* Queritur Apostolus, quod *non multi nobiles, potentes, sapientes*; sed ignobiles, pauperes, ac indocti ad fidem accederent. *Tertio*, quia in vtilitatem plebis omnia referri debent. Reges sunt propter populum; non contra, populus propter Regem. *Omnia*, scribebat Corinthijs Apostolus, *vestra sunt: siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas* (id est Petrus) *vos autem Christi, Christus autem Dei.* Quare si pauper es, noli te propterea à Deo existimare contemptum; sed potius tanto ab eo amari ac curari impensius, quanto minorem à mundo consolationem speras

Quartum. Quorũ misereatur Christus. Cur *turbæ* magis quã aliorum. *Primo.* *Secundo.* *Luc. 6. 24.* *1. Cor. 1. 17.* *Tertio.* *1. Cor. 3. 22.*

Psal. 10.4. Psal. 11.14. *Oculi eius*, ait Dauid, *in pauperem respiciunt, & aures eius ad preces eorum.* ac *propter miseriam inopum & gemitum pauperum exurgit.*

Tria consideranda. Primum. Sibi facta Christus inspicit. Iob. 14.16. Luc 12. 7. Matt. 12.36. Sap. 1. 9. *Quia ecce, iam triduo sustinent me.* Nota *primo*, quod videat noteтque omnia Christus, quicquid, licet exiguum, pro nominis eius honore præstas, numerat, quantum hic liquet omnes dies & vt Iob dixit, *etiam gressus hominum ac vestigia.* Imo, vt ipse testatur, *etiam capillos capitis tui*, vt sciat quot pro gloria eius amiseris. potum aquæ frigidæ cōputat vt remuneret: & quomodo nō sinet impune omne verbum otiosum, imo nec cogitationes malorū, teste sapiente; ita nihil quoque vel loqueris, vel cogitas, ad honorem eius, quin cōscribatur in cœlo vt mercedem accipias. Simile. Si quis rex omnia famulorū suorum obsequia annotaret diligēter, eaque frequenter relegeret, ac stato tempore liberalissime remuneraret; oēs ad illius ministerium confluerent. Christus vero nō tantum hæc ipsa præstat, Deus singula computat. sed & obsequia nostra, supra quam mereantur, æstimat. In extremo iudicio recensebit iustis, quicquid ei fecerint, idque ita Matth. 25.37 sigillatim vt præ admiratione dicturi sint Domine quādo hęc omnia tibi fecimus? quod præstitimus exiguum est, tunc respondebit eis, vobis quidem videbantur exigua, mihi vero Disparitas censuræ diuinæ ac humanæ. magna. O quantū est inter Deum & nos homines discrimen, ille opera nostra magni, nos beneficia eius æstimamus parui; cum tamen cōtra fieri oporteret, non minus quā in humanis. vbi minimum quoque opus à magnate, vt puta Rege, vel Imperatore, pauperi præstitum, pro maximo; contra maximū à paupere aut qui sit vilioris fortunæ præstitū, pro minimo habetur. Si Rex pauperem infirmū inuisat, magnum ęst; si vero decem aut plures milites pro tutela Regis in prælio occidantur, paruum est. Nos contrario plane modo cum Christo agimus, etiamsi omnib⁹ quoque Regibus ac Principibus infini- Dei beneficia quanta quam parui facimus. to maior sit. Magna nobis præstitit, ac etiamnū quotidie præstat, & adhuc his spondet maiora. Creauit nos, & nostro vsui orbē vniuersum, triginta tres annos nostri causa laborauit, ac tandē sanguinē omnē profudit, ineffabiles cruciatus pertulit, mortē subijt, noctu pariter ac diu adest, cœlū denique spōdet, & tamē tāta hęc nihili ducimus. si vero vel minimū qd ad Dei honorē pręstamus, puta ieiuniū vnius diei, paruā eleemosynā,

breuem

breuem orationem, istud continuo magnum est. O fatuos & ingratos homines! discas æstimare quæ tibi Deus præstat, ac tua contemnere, vt Christus ea æstimet ac remuneret. Mundus, quicquid ei facis, parui æstimat ac paruo remunerat; magna imponit exiguo præmio ac solatio. hunc Dominum fuge, Christo omni diligentia obsequere, qui parua præcipit, magna retribuit, in labore solatur, & opus momentaneũ ac breue æterno præmio remunerat.

Secundo Christus perseuerãtibus benefacit.

Nota *secundo.* quibus Christus eleemosynam præstet hominibus, nẽpe qui ei adhærent, ac in bono perseuerant. Multi sunt qui bene inchoant, & aliquando bona quædam opera faciunt, proponunt singulis Dominicis diebus confiteri, ac communicare, ac perfectiori vitæ se tradere; sed cum laborem aliquem sentiunt ac molestiam, omnia simul corruunt. Optabat initio Balaam mori morte iustorum. sed cum regem Balac diuitias atque honores spondẽtem audiuit, docuit mittere scandalum ante filios Israel. Nota *tertio.* eis vtilissime erogari eleemosynas qui Deo indiuulsi adhærent, id est, Religiosis, pauperibus qui voluntaria se paupertate ac voto Deo adstrinxerunt. hi enim Deo præ alijs pauperibus placent, merita eorum maiora sunt, & preces efficaciores; horum vero omnium te eleemosyna participem facit.

Num. 23. 10.

Tertio Religiosis optime erogari eleemosynas.

VI. *Nec habent quod manducent.* Putant nonnulli, Deo animarum duntaxat curam esse, nõ corporum: ideoque in rebus quæ ad animæ faciunt salutem illi confidunt, in temporalibus vero non item. Si corporale quid eis desit, non cogitant Deum esse qui iuuare eos & possit & velit, ideoque nec confugiunt ad eum; sed sibi ipsis innituntur, imo per peccata etiam vt vsuras, fraudes, aliaque furtorum genera ac crimina, temporaliũ possessionem quærunt. Nihilo minus si in peccatum aliquod labantur, non dubitant de misericordia Dei; quin tantum ei innituntur, vt non festinent ad peccati illius confessionem, ac fugam, sed securi in illo viuunt. Cogitandum his erat *primo* quod filios magis amet ac iuuet Deus, quam inimicos: peccator autem Dei inimicus est, qui si de peccati remissione nihil dubitet, quare dubitabit iustus, Dei Filius, vtrum à Patre suo cœlesti accepturus sit necessaria. *secundo* quod spiritualia

Diffidentia quorundã.

Quod talibus cogitãdum. *Primo*

Secundo

bona vt gratia, & peccatorum remissio, digniora multa sint quam temporalia. ideoque sicuti diues, qui nõ solum instituit filium sibi hæredem, sed etiam paratus est omnibus facultatibus suis ei in necessitatis articulo succurrere, non negaret ei frustum panis, quando posset eum illo iuuare. sic neque Deus, qui nos sibi adoptat hæredes, & potioribus hic bonis ditat, negabit illa quæ viliora sunt. In cuius rei contestationem ac fidem, fecit Christus plurima miracula corporalia, & sectatores suos corporali quoque cibo pauit. Itaque in omnibus Deo confide. etenim corporis simul, & animæ Deus est.

Simile.

Cur Christus fecerit miracula corporalia.

VII.

Dei verbũ pleno ventre non audiendum.

Primo.

Secundo.

Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. Nota *primo* quomodo turba hæc audierit verbum Dei. non saturant bene pasta, sed ieiuna: vt nos doceret *primo* Sobrietate nos ad audiendum Dei verbum præparare. saturitas enim ad somnum inclinat, distrahit sensus, roborat inordinatos motus, & obdurat cor. *secundo* Verbum Dei vtiliter admodum audiri, quando sæculari voluptate vacamus, qua peccatores pleni sunt, vt siliquis porci. Nota *secundo*. Quo fine cibum sumi oporteat. non voluptatis causa, aut satietatis; sed vt redeamus domum (id est) vt habeamus vigorem faciendi bona opera, per quæ ad patriam cœlestem perueniamus. & sicuti corporali cibo firmatur corpus, ita & animus roboretur cibo spirituali, qui est corpus & sanguis Christi in Eucharistia. de quo dixit Christus, *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, ac biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* (id est) secundum animam moriemini. quemadmodum enim sine corporali cibo non potest nutriri corpus, & prolixa ieiunia debilitant. ita qui Sacramentum hoc non suscipit, labitur facile in peccatum mortale, & qui rarius suscipit debilitatur ad virtutem, ac frigescit, fitque idoneus vt à Diabolo prosternatur. Refert Palladius, in Cappadocia circa annum 400. Episcopus, de muliere coniugata, quæ veneficijs videbatur transformata in equam. & cum maritus mane equam hanc in lecto apud se videret, ac non nisi vxorem esse sciret; ab omnibus mali huius reme-

Qui fine sumendus cibus.

Simile.

Ioan. 6. 53.

Simile.

Cap. 7. Hist. Lausiacæ. tom. 1. Sury die 2. Ianua.

Exemplum de fœmina in equam conuersa.

dium

dium petijt. ipsa autem nec loqui poterat, nec mãducare. Veniunt ergo ad Abbatem Macharium, qui capite aqua benedicta adspersa, sanauit, mandans vt Deum quotidie oraret, ac frequenter S. Eucharistiam susciperet. Ideo enim in veneficia inciderat, habebatque diabolus potestatem in eam, quia septem hebdomadum spatio non communicarat. Si igitur robur spirituale desideras, ne à Diabolo supereris frequenta Sacramentum. hoc est enim *mensa*, quam, teste Dauide, *parauit Dominus aduersus omnes qui tribulant nos.* Nota vim aquæ benedictæ.

VIII. *Quidam enim ex eis de longe venerunt.* Discis hic *primo.* quã dulcis sit susceptus pro Christo labor. Turba hæc venerat de longe, nec habebat quod manducaret, & tamen non queritur. Vescebantur in deserto Israelitæ pane cœlesti, omne delectamentum & omnis saporis suauitatem in se habente, & tamen non nisi murmurabant: quia cum Deo non erant. Conueniat tibi cum Christo, & omnia erunt suauia. quod si discedas ab illo, nunquam habebis quietem, qualecunque etiam gaudium ac commodum tibi obtingat. Discis *secundo* paternam Christi compassionem, qui obseruat labores nostros, ac videt vtrum de longe veniamus, an de vicino, id est, quanta cum pugna ei obsequamur, omnem enim laborem abundanter retribuet, ac consolabitur nos, abstergens sudorem ac lacrymas sui caussa profusas. Caue itaque ne cœpti pigeat etiam si durum videatur ac difficile. habebis enim copiosam mercedem, & pro labore momentaneo æternum gloriæ pondus. Disce *tertio.* accedere ad Christum etiamsi longe adhuc absis, id est, peccatis grauibus immersus, ac filij prodigi instar in regione longinqua degas. Venerunt de longe Paulus & Magdalena. hæc ab infami vita, ille à Christianorum persecutione; quantis tamen in regno cœlesti præcedunt. Non attẽdit Christus quis fueris, sed qualis modo sis, quando ex toto corde ad eum te conuerteris.

Tria documenta. *Primum.* Dulcis labor pro Christo. *Sap. 16. 20.* *Secundum.* Cõmiseratio Christi. *Psalm. 9. 17.* *Apoc. 7. 14* *Isaia. 61. 3.* *Tertium.* Veniendũ etsi à lõge. *Luc. 15. 13.*

IX. *Et responderunt ei discipuli sui; vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine?* Obliti erant Apostoli miraculum, quod non ita pridem Christus fecerat, cùm quinque hominum millia, quinq; hordeaceis panib⁹ ac duobus piscibus satiauit. Idem facimus & nos, qui omniũ Dei præcedentiũ beneficiorũ obliuisci- *Matth. 14. 20*

Fidendum in Deo quia nunquam deest. obliuiscimur, solis præsentibus intenti, ac futuris. Cogitare magis oportebat, adstitit mihi huc vsque Deus, neque deseruit vnquam, cõfidam itaq; fiducialiter, eum de cætero quoque adfuturum. conditio eius est ac agendi modus, vt desperantes de alijs auxilijs adiuuet. Cum Israelitas vrgerent Ægyptij, ac includeret mare, nescijs quo fugerent, Deus mare aperuit, ac inimicos eorum demersit. Cingebatur à Saule Dauid ita vt desperaret se posse euadere; sed liberauit eum Deus, nuntios Sauli mittens de Philisthæis qui eum auocarunt. Regnante Ezechia, obsidebant Hierosolymam centum & octoginta quinq; militum millia, qui iam spe sua vrbem expugnarant; sed interfecit Angeli mirus ministerio Deus vna nocte omnes. Laborabant extrema fame Samaritæ, à Syris obsessi, ac de subsidio desperantes; sed iniecit eis terrorem ac simul fugam Deus, ita vt maxima successerit rerum omnium abundantia. *Spera in Domino*, ait Dauid, *& fac bonitatem & pasceris in diuitijs eius.* Non desperabant Apostoli cum mali quidquam intenderent; vt cum rogant Dominum an velit vt ignẽ de cœlo deuocent, ad cõflagrationem ciuitatis Samaritanorum excludẽtis Dominum: in bonis autem spe deficiunt. sic nõ timent homines inopiam cũ pecunias ad peccata profundũt, aleam, comessationes, potationes, vestiũ luxũ, superbiã, ac luxuriam: neq; morbos metuunt si in choreis pernoctent, cibo obruantur ac potu, corpus comprimant quo videantur graciliores, aut alia committant. sed si danda sit eleemosyna, aut in peccatorum satisfactionem ieiunandum, vigilandum, orandum, statim morbos prætexunt ac paupertatis periculũ. Omnia possunt in malis nulla in bonis. Tu vero S. Paulum imitare, qui omnia poterat in bonis, nulla in malis.

Exempla. Exod. 14. 26. 4. Reg. 19. 35. 1. Reg. 23. 26. 4. Reg. 7. 7. Psal. 36. 3. Luc. 9. 54.

Homines ad mala fortes, ad bona debiles.

Philip. 4. 14.

X. *Et interrogauit eos quot panes habetis? qui dixerunt, septem.* Nota *primo.* quod non loquatur Christus Apostolis austere, etsi id incredulitate sua meruissẽt; sed benignè occurrit, rogãs quod non ignorabat, vt interrogatione ista suam Apostolorumq; paupertatem nos doceret: vtpote qui tantum habuerit septẽ panes, vt & nos non quæramus diuitias, neque spernamus paupertatem, ita amatam atque seruatam à primis Ecclesiæ fundatoribus.

Notanda. Primo paupertas Christi.

Nota

Nota *secundo.* quod, etsi potuisset Christus turbam hanc nouo cibo, quem crearet, aut pane cœlesti, saturare, sine Apostolorum adminiculo. petijt tamen ab Apostolis panes, vt nō tantum ipse faceret miraculum, sed & Apostoli haberent meritum, erogantes liberaliter pauperibus quicquid habebant. docens, quod paratus sit vt nos iuuet; sed ita vt cooperemur ipsi. nobis enim incipientibus, ille abundanter perficit opus ac complet. Spargit agricola semen; sed Deus est qui illud multiplicat. nos quoque exiguum ramum defodimus, Deus ex eo maximam arborem format. Oppressa ære alieno vidua infundebat in quodque vas olei guttam, & implebat omnia Deus. Si à Deo auxilium quæris, incipe; ipse perficiet. Vis humilitatem? incipe ab humilitatis operibus. Vis liberari à malis? superbiæ, iracundiæ, impudicitiæ motibus, labora vt te ipsum mortifices, obedi Confessario, frequenta susceptionem Sacramentorum, & fiet res opinione leuior. *Modicum.* ait Ecclesiasticus, *laboraui, & inueni mihi multam requiem*, quapropter *labora* & tu in operibus sapientiæ *exiguum, & cito edes de fructibus illius.* Putabat Augustinus cum necdum Baptizatus esset, impossibilem sibi castitatem; sed post Baptismū, & inchoata virtutum exercitia, facile comperit. quod de se quoque [a] S. Cyprianus testatur, ac inter Baptismi effectus ponit [b] Lactantius.

Secundo. Cur Apostolorum Christus in panibus vtatur opera. Deus vult nos cooperari. *Similia.* 4. Reg. 4. 5. Eccl. 51. 35. Eccli. 6. 20. *Lib. 9. Cōfess. ca. 1. 4. & 6.* a *Epist. 1. ad Donat. de gratia Dei.* b *Lib. 3. diuina insti. c. 26.*

Porrò hos septem panes, spiritualiter exponunt Doctores de animæ panibus. [c] Augustinus septem dona intelligit Spiritus. S. [d] Bernardus septem alios numerat ex scriptura panes. *primus* est Verbum Dei quo (Christo teste) viuimus. *secundus* obedientia, de qua etiam Christus. *meus cibus est vt faciam voluntatem Patris.* tertius meditatio. cibat enim nos Deus *pane vitæ & intellectus.* *quartus.* lacrymæ deuotionis. *cibabis nos*, ait Dauid, *pane lacrymarum.* *quintus* labor pœnitentiæ ac bonorum operum, quo iusti saturantur. *labores* dicit Dauid, *manuum tuarum manducabis*, id est, erunt tibi opera tua instar optimi ac suauissimi cibi. *sextus* suauis concordia Christianorum, fermentata sapientia Dei. *septimus.* Sacramentum Eucharistiæ, de quo dixit Christus, *panis quem ego dabo, caro mea est.* Cæterum, quia dixit

c *Aug. serm. 109. de temp. & qu. 61. ex LXXXIII.* d *In fine ser. 1. de 7. panibus.* Panes mysticè. *Ioan. 4. 10.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Panes mysticè aliter

septem misericordiæ Dei. dixit Christus *misereor*, idem Bernardus septem hos panes septem accommodat misericordiæ operibus,nobis à Deo præstitis. & quæ etiamnum præstantur. *primo.* præseruauit
1. nos à multis peccatis, in quæ alioqui incidissemus. *secundo.*
2. pepercit nobis ne in peccatis nostris moreremur. *tertio.*
3. à peccatis auertit. *quarto.* peccata remisit. *quinto.* gratiam
4. 5. ad vitanda peccata dedit.*sexto.* gratiam addidit, qua à Deo
6. bona mereamur.*septimo.*spem confert æternæ gloriæ. Possunt
7. præterea per septem panes septem intelligi Sacramenta,quibus quasi nutritur Ecclesia;aut septem Eucharistiæ fructus,qui Ioannis sexto innuuntur.*primus* est. Non mori in æternum; seu liberari ab æterna morte. *secundus.* habere vitam gratiæ in se.*tertius.*manere in Christo. *quartus* non esurire sæcularia.*quintus.* imminutio malorum motuum.*sextus.* viuere in æternum.*septimus.* cum Christo corporaliter resurgere.

Panes aliter.7.Ecclesiæ sacramenta. Item 7.fructus S. Eucharistiæ. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Cur sedendũ cupienti saturari à Christo. *Et præcepit turbæ discumbere super terram.* Quisquis saturari vult, sedere debet. id est, *primo* in statu ac vocatione sua esse constans: ideo enim non saturantur sæculares, quia maiora semper suo statu affectant. Mœchanicus vult videri mercator,mercator iterum nobilis,nobilis demum princeps,atque ita diuitias singuli ac honores sibi indebitos quærunt.*secundo* non leuiter aut inconstanter variare fidem, vel statutum semel coram Deo bonum propositum, non inquietus, non curiosus,non sequens æstus perturbationum, non deficiens propter hominum calumnias,à bono.arundines enim inanes sunt quæ paruo vento mouentur, &, vt Dauid ait, *tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ. tertio* non abdere se in latibulum aliquod,sed coram alijs conuersari & confidere. peccator tenebras quærit, Tu vero idem sis in publico qui in occulto,nihil à Patre Spirituali cœlans,sed omnia aperiens. Ita fiet vt requiem inuenias.*quarto.* sedeas humi.id est, humiliare vide quis sis, & vnde ortus;quantus enim tibi videaris,re ipsa tamen non es nisi fœtens ac sordidum lutum, cadaueris instar oliturus, nisi anima velut sale corpus inspersum conseruaretur. hac humilitate, ac firmo melioris vitæ proposito, accedas ad Dei mensam, Eucharistiam dico, & citra du-

Primo. *Secundo.* *Matth. 11.7.* *Psal.1.4.* *Tertio.* *Quarto.*

biuus

bium saturaberis. Notat Beda. quod in priori panum miraculo sederint homines super viride fœnum, hic autem super terram. etenim qui à Christo frequenter cibantur, in vera mundi æstimatione, contemtu, ac victoria proficiunt, sedent primo super fœnum viride, id est, malas animi perturbationes exuunt, inclinationes ad grauia peccata superant; dein magis se mortificantes, paulatim venialium peccatorum multitudinem fugiunt: imo aliqui ad plenum mundi contemtum ac temporalium abrenuntiationem perueniunt, eaque ex perfectionis amore pro Dei nomine in pauperes erogant. Atque hoc est sedere super terram. Obseruatio Bedæ. Sedere super fœnum quid? quid super terrã.

XII. *Et accipiens septem panes, gratias agens.* Erant Christi manus fœcundissima terra, quæ solos septem panes tot hominum millibus multiplicauerunt. Si vtiliter & conseruare quæ habes bona, & augere velis, in Christi manus commenda. commendas autem si in pauperes erogas. *nunquid,* ait Dominus, *solitudo.* id est, terra infrugifera, *factus sum, aut terra serotina;* quæ extremo primum æstatis tempore fructus reddit, vt scilicet & ego in futuro tantum, ac non in præsenti retribuam. Inchoat hic sua premia Deus, illic vero perficit. Dixit Sapiens, *alij rapiunt non sua & semper in egestate sunt: alij diuidunt propria & ditiores fiunt.* Beatus ergo, qui in Dei manus & sua & se ipsum commendat. custoditus enim fida custodia etiam maxime in bono proficiet. Gaudebat hoc se fecisse Apostolus, *Scio,* ait, *cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem.* Iudicij scilicet. Solent homines caussas ac lites suas, Aduocatis ac Procuratoribus eis libentius commendare, qui in promouendis negotijs habentur diligentissimi; diffidentes negligentioribus. Christus & diligens est, & fidelis. Mundus autem infidus. quærit enim quæ sua sunt, ac omnia corrumpit. *Qui in carne seminat,* teste Apostolo, *de carne & metet corruptionem.* Quare frustraneum, imo noxium cogita quicquid carni aut mundo impenderis, nemini da nisi soli Christo, id est, nihil age nisi in honorem ac gloriam eius. Bona Christi manibus cõmendanda vt multiplicentur. Hierem. 2. 31. Prouer. 11. 24. 2. Tim. 1. 12. Simile. Gal. 6. 8.

Fregit,

XIII. *Fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent. & apposuerunt turba.*

Duo documenta. *Primum.* *Proue. 21.26.* *Secundo.*

Disce *primo* diuitias ac quicquid habes à Deo tibi collatum, vt alijs proponas, id est, ad eorum vtilitatem eroges. Ideo auaris maledicit Scriptura, qui famis tempore frumenta abscōdunt, vt pretia augeant: benedicuntur contra qui liberaliter vendunt. *secundo.* Ecclesiastici Prælati esse, vt non solis animabus subditorum, sed & corporali eorum necessitati succurrat. Sunt enim Ecclesiæ reditus eleemosynæ fidelium, qui bona sua Episcopis contulerunt ad sustentationem cleri, & necessitates pauperum: sperantes per illorum manus, quia subditorum necessitates sciunt, ea dispensanda fidelius, ac vtiliꝰ, quā per proprias. vt S.[a] Vrbanus Papa ac Martyr testatur. Qui ergo bona hæc in alios vsus, quā ad quos eis collata sunt, dispensant: attendant diligenter sequentia S.[b] Hieronymi verba. *Pars sacrilegij est, rem pauperum dare non pauperibus.* & illa [c] Bernardi. *quicquid præter necessarium victum ac vestitum de altari retines tuum non est, rapina est, sacrilegium est.* Væ itaque eis qui ad vana & peccata abutuntur. Dedit hac in re pulcherrimum nobis exemplum S. Paulinus, Nolæ in Campania Episcopus, vti[d] Augustinus, [e] Gregorius, & alij memorant. Occupata à Wandalis Africa, cum plures eorum Campaniam Italiæ popularentur, ac præcipue Nolam: Nolanis in Africam captiuis abductis, vidua fuit, cuius inter cæteros filius quoque erat. accessit hæc Episcopum suum, obsecrans ac obtestans vt in persoluēdo filij lytro sibi succurreret. Episcopus, cum omnia iam in pauperes erogasset, ita vt nihil haberet reliquum, se in captiuitatem iturū pro filio spondet, atque ita in Africam cū vidua proficiscitur, atq; filij loco captiuum se apud regis generum tradidit, hortulani officio illic fungens, & olera quotidie aliasque herbas ad mensam eius deferens. Porrò non sinit Deus maximam hanc, & humillimam misericordiam, sine præmio. fecit enim vt placeret Domino suo, qui & considerata eius prudentia, libenter cum ipso colloquebatur. Post aliquot vero dies dixit Domino suo Paulinus. Dicas socero tuo Regi vt disponat sua; breui enim morietur. quæ cum Rex audisset, iussit hortulanum istum adduci ad se; eoq; cognito, multū costernatꝰ ait, videbat mihi hac nocte in tribunali esse ante

Ecclesiastici tenentur ad eleemosynas.

a *Epist. ad omnes fideles.*
b *Epist. 26. ad Pammach. cap. 4.*
c *In fine epist. 2. ad Fulconem.*
d *Lib. 10. de ciuit c. 10.*
e *Lib. 3. dial. ca. 1. Prosper. lib. 2. c. 9. vita cōtempla.*

Exemplum caritatis eximiæ.

ante iudices, quorum vnus iste fuit, qui & virgam mihi ex manu abstulit. rogate itaque eum quis sit, oportet certè eum virum esse supra vulgum. Rogatus autem Paulinus, se Nolæ in Campania Episcopum fatebatur. illi statim magno honore affectum, dimittunt; quicquid peteret ei offerentes. Ille vero nec pecunias petijt, nec prædia, sed libertatem solum ciuium suorum; quibus ex Africa tota collectis, Nolam cum eo redierunt. Vbi nunc ista charitas?

Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit. Disce *primo* quomodo ad mensam accedere oporteat. non festinum, ac præcipitem, porcorum instar, qui ad lintrem cursu proruunt, sed vt creaturam rationalem, vt Christianum decet, cum gratiarum pro donis à Deo collatis actione, & cibi capiendi benedictione. nam, teste Apostolo, *omnis Dei creatura bona est.* Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Itaque sine præuia mensę sanctificatione non oportet cibum sumere, id est, sine præuia oratione, & cibi per signum crucis consecratione. Oratio enim postulat à Deo vt cibus ad maius eius obsequiũ nobis proficiat, & vt expeditius in honorem ipsius officia nostra perficiamus. consecratio autem, quæ signo crucis fit, diabolum fugat, qui propter hominum peccata, alias frequenter creaturas contaminat. Refert de quadam Religiosa S. Gregorius. quod in hortum ingressa folium lactucæ, sine pręuia crucis consignatione, comederit; & statim corruens in terram, obsessa fuit à diabolo. cumq; ad S. Abbatem Equitium deduceretur, dixit diabolus: quid enim mali feci? insidebam folio, & cum folio ipsa me traiecit, neque in eam sponte ingressus sum. vt discamus non facilè signum crucis, ac orationem super cibo negligere. Eiecit vero eum Equitius oratione ac crucis signo. Porro si tanta est benedictionis vis, à communi homine factæ, maior sine dubio cum à sanctis, aut ab Ecclesia dilectissima Christi sponsa adhibetur. Hinc solent olim sancti aliquibus creaturis vt aquæ, sali, oleo, pani, herbis, ad sanandos plures morbos benedicere; vti iam ante mille annos testantur [a] Theodoretus, [b] Gregorius Papa, [c] Gregorius Turonensis, & alij. Sacerdotes quoque potestate à Deo accepta, per orationes Ecclesiæ, pro qua ipsi apud Deum legatione

XIV. Notanda Primo. Quomodò accedẽdum ad mẽsam.

1. Tim. 4. 4.

Cur pręmittenda antè cibum benedictio.

Lib. 1. Dial. cap. 4.

Exemplũ.

Signum crucis quid possit.

a In Philotheo.

b In Dial. 3.

c In vitis Patrum & de Glor. Confess.

funguntur, ad fidelium vsus diuersis rebus benedicunt idq; ex Christi institutione, ab Apostolis ad nos vsque tradita. vti docent [a] Clemens Papa,[b] Alexāder Papa,[c] Basilius,[d] Cyprianus.[e] Ambrosius,[f] Augustinus & alij. Ideoque vtilis est aquæ benedictæ vsus & salis, vini, candelarum, palmæ, herbarum consecratarum ad coercendos diabolos atque veneficos.

a lib. 8. const. ca. 29. b Epist. 1. c lib. de spirit. S. c. 12. d lib. 1. epi. 12. e li. 4. de Sacram. c. 5. & c. 3. de ijs qui mysterijs. f lib. 6. in Iulian. c. 8.

Disce *secundo*. efficaciorem esse benedictionem Diuinam, quam sit humana: homines enim dū benedicunt orant, Deus autem efficaciter operatur. sic cum in mundi initio bestijs benedixit ac hominibus, contulit eis virtutem generandi: & cum hic benedicit panibus ac piscibus, eos multiplicauit. similiter benedicens panem ac vinum in vltima cęna, & etiamnum in sacrificio Missæ, transsubstantiat illa in sacratissimum corpus suum, & sanguinem. Verba enim sacramentalia, per os sacerdotis, Deus ipse loquitur. propterea vide ne sacramenta contemnas; verba enim efficacia sunt, & re ipsa quod significant causant.

Diuinæ & humanæ benedictionis distinctio.

Et iussit apponi. Nō ministrauit turbæ Christus per se, sed per Apostolos; quibus mandauit à se tradita distribuere. *primo.* vt ipsos misericordiæ ac chatitatis operibus exerceret, ac tu similiter cum liberis tuis agas, per eorum manus pauperum eleemosynas curās deportari; ex quo nascetur in eis bonus in pauperes affectus, & per externa misericordiæ opera paulatim ad interiorē quoq; pietatis sensum peruenient. sicut hi Apostoli; qui etsi fide adhuc & spe essent debiles, promti tamē fuerunt ad eleemosynam, atque tandem in misericordia ac charitate perfecti euaserunt. *secundo* vt nos doceret *primo.* quomodo Apostoli, eorumque successores Episcopi, ac sacerdotes, mediatores sint inter Deum & homines, ac Dei dispensatores, qui etiam ea doceant quæ à Deo in Ecclesia ipsi acceperunt; non propria somnia; propria sacramenta, commenta, cęremonias, vt hęretici solēt. *Dein* quod omnia Ecclesiæ Sacramēta ac mysteria, vim omnem habent ex meritis Christi, non vero sacerdotum. qui dispensatores tantū sunt mysteriorū Dei, ac ministri Christi. Meruit gratiā omnem Christus in cruce, ac per infinita merita sua septem sacramentis efficaciā dedit; quemadmodū in pręsenti panes multiplicat, ac pisces, Apostolis aliud nihil

Cur per Apostolos apponi iusserit. *Primo.* Instructio parentum. *Secundo.* *1. Cor. 4. 1.* Sacramēta vnde vim habeant.

nihil agentibus quã vt distribuant. Noli itaq; in his attendere ad vitam vel merita sacerdotum, ipsi enim portitores tantum sunt, sicuti & Iudas hic inter cæteros Apostolos, cibum turbæ ex Christi manibus portabat. etsi iam ante à Christo dictus esset *diabolus*, fur, hypocrita, ac diaboli minister. *Ioan. 6. 71.*

Et manducauerunt, & saturati sunt. Saturitas hæc nõ significat excessum aliquem aut luxum, sed necessitati ac desiderio esse satisfactum. Opinari certe licet, eos cum omni modestia Christo & Apostolis, qui cibum distribuebant, præsentibus manducasse. Tu quoque cum accumbis duo hæc attende. *primo.* Dari tibi tunc à Deo id quod in Oratione Dominica petis, *panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* imo ipsum præsentem esse, vt sobrietatem ac modestiam tuam videat *secundo.* Duos tibi hospites excipiendos esse: animam dico, & corpus, qui diuerso viuunt cibo. Corpus quidem corporali, anima vero spirituali quo & Angeli, vt Raphael Thobiæ dixit nutriuntur, & sunt piæ meditationes, colloquia, libri, quibus occupatur intellectus, & à corporaliũ ciborum delectatione abstrahitur. S. Paulus primus eremita, cum S. Antonio panem edens, diuinitus ministerio corui missum, de diuinis, vt [a] Hieronymus refert, colloquebantur. Similiter & Benedictus cũ sorore sua Scholastica, teste [b] Gregorio, & Franciscus cum S. Clara, teste [c] Bonauentura. In Cœnobijs quoq; ac Religiosis Conuentibus solet prandij ac cœnæ tempore pius aliquis liber legi, quod & vt Episcopi faciant mandauit Conciliũ Tridentinum. vt qui accumbunt secundum corpus, & animam simul pascant, & lectione finita materiam habeant vtilis colloquij. Dein, vt non tantum Prælati Ecclesiastici Episcopos in hoc imitentur, sed & Presbyteri, & Religiosi omnes, sæcularibus bono exemplo præeuntes; hac enim methodo plurimæ impediuntur detractationes, verba scurrilia, & rixæ, quæ in mensis misceri solent.

XVI. Saturitas quid? Ante mensam duo cogitanda. *Primum.* *Secundum.* *Tob. 12, 19.* a *In vita eius.* b *libr. 2. dial. cap. 33.* c *In vita eius.* *Sessiõ. 2.* Vtilitas lectionis sub mensa.

Nota bene: quod nunquam fecerit Christus miraculum in multiplicatione carnis, in panibus autem ac piscibus bis, imo videtur semper Apostolis pisces proposuisse, ac vt pisces caperent mandasse. Non quod caro mala sit, cum eã Deus Noe ac liberis eius post diluuium permiserit; sed vt nos doceat non

Nota. delectum ciborum nõ reprahendẽdũ semper. *Luc. 24. 42.* *Ioan. 21. 10.* *Luc. 5. 4.* *Gen. 9. 3.*

 peccare

peccare eos, qui ad honorem Dei, aut omnibus, aut certis diebus carne abstinent. Sicuti enim corpus magis carne nutritur, quam piscibus, sic & carnales motus ac vitia. Notat Augustinus miraculum hoc ab hominibus magni fieri; cum tamen quotidie Deus maiora faciat, quæ non æstimamus. verbi gratia. quod iactum in terram modicum semen, post corruptionem sui, ac putrefactionem, tam fœcundum resurgat, vt eo & homines omnes, & pecora multa cibentur; idq; non semel, sed iam inde ab initio mundi ad finem vsque. Minus profecto mirum est multiplicationem fieri in manu omnipotentis Dei, quam in gremio terræ: & quod vnica tantum fit, aut altera vice, quam quod semper. Exiguæ artis est, manu bis aut ter sonare horam in campana. Sed vt horologium quis faciat, quod sex annorum millibus, se ipso, sine defectu vllo horam sonet, artis est omni artificio maioris. Itaque magni æstimes Dei opera, etiam quotidiana: firmiterque in eo confidas, quod neque te deseret, qui tam mirabili prouidentia orbem vniuersum, ac singulæ naturæ suæ congruenter gubernat.

Tract. 24. in Ioannem.

Simile.

XVII. *Et sustulerunt quod supererat de fragmentis septem sportas.* Hinc patet quam dixerit Apostolus vere, *qui parce seminat parce & metet, & qui seminat in benedictionibus*, id est abundanter, *de benedictionibus & metet.* Dederant Apostoli septem panes, & ecce recipiunt totidem plenas sportas. Non vult à nobis liberalitate vinci Deus, qui natura misericors ac liberalis est. Ideoque si liberaliter erogas, non oberit sed magis proderit tibi liberalitas. vti docent plurima eorum exempla, qui liberaliter sua pauperibus erogarunt. Refert Gregor. Turon. de Tiberio 2. Imperatore. qui vixit anno Domini 576. pauperum amator, & eleemosynarius tantus, vt quereretur de eo Imperatrix Sophia dicẽs, quicquid pluribus ego annis corrasi tu breui tempore dilargitus es, & ærarium Imperatorum exhausisti. Respondit ipse. Bono sis animo, thesaurus noster non deficiet dum pauperes alimus, captiuos redimimus, atque ita thesaurizamus nobis, vt Christus ait, in cœlis. Cum aliquando deambularet in palatio, vidit in terra crucem æneam, quam inde tolli iussit, dicens: O Domine pedibus sic illam crucem, qua frontem pectusque, terimus. Illa sublata altera apparuit simi-

2. Cor. 9. 6.

Lib. 5. Histo. francor. c. 19.

Matth. 6.

similis, & sub illa item tertia. Quibus omnibus inde eleuatis thesaurum inuenit sub ijs incredibilem, auri partes plures quam centies mille: quas liberalissime pro more suo pauperibus distribuebat. Exin maior ad manus eius deuenit thesaurus hac via. Dus quidam nomine Narses, altam in domo sua fodit cisternam, ac in ea multa aureorum ac argenteorum cētena millia occultauit: atque vt extra periculum forent, conscios omnes interfecit, vno excepto sene, ad taciturnitatis iuramentum adacto. Defuncto Narse, & Cæsaris in pauperes beneficentia misericordiaq; inspecta, adijt Imperatorem senex, fodinas indicauit. Gauisus Imperator non de suo sed pauperum bono euacuari iussit cisternam, aliquot dies operarios occupantem. Tu quoque dum viuis, similiter fac. qui enim post mortem testamento aliquid pauperibus legāt, quasi necessitate videntur compelli, nimirum quando iam non amplius opibus suis vti possunt; easque non tam ipsi relinquunt, quam ab eisdem relinquātur. Plus certe florenus proderit erogatus à viuo, quam floreni multi legati à mortuo.

In vita benefaciendum.

XVIII. *Erant autem qui manducauerunt quasi quatuor millia.* S. Matth. dicit numerum hunc virorum esse, exceptis mulierib. ac pueris. Nominantur autem viri tantum: quia ex eorum bonitate plusquam ex alijs pendet. Sunt enim capita familiarum & domesticos suos omni virtute prælucere debent, eosq; ad virtutem instruere. Mirum vero est cur officium hoc viris dederit Deus, in quo à fœminis longe superantur. Videas quotidie plures in Ecclesia, ac in hebdomadaria Sacramentorum susceptione fœminas, quam viros; hos contra in tabernis frequētiores illis. Numerus ergo hic virorum, qui Christum sequuntur, docet nos *primo* vt Christum quocunque iuerit, omni studio sequamur, aliosque, quotquot possumus, ad illum adducamus. *secundo* quantus fuerit Christi labor, in frangendo tot hominum millibus pane, ac distribuendis piscibus. Fuit sine dubio res multi temporis, & non exiguæ fatigationis. Monstrabat autem ipso facto Christus, *non venisse se ministrari, sed ministrare.* Disce ab eo humilitatem, neque tibi parcas in his quę ad proximi vtilitatem faciunt: quia Deus ac Dominus tuus sibi ipsi non pepercit. Obseruat S. Anselmus tria hic à Christo

Matt. 15. 38. **Ex viris plus pēdet.**

Quid doceat numerus virorum sequētium. ***Primo.*** ***Secundo.***

Mat. 20. 28.

Tria hominum genera hic pasta. Viri foeminæ pueri.

Christo hominum genera cibari. nempe *viros* qui multum; *fœminas*, quæ minus; ac *pueros* qui minimum comedunt. viri fortes, Christianos significant, virtute solidos : fœminæ, pronos ad peccata: pueri vero, infirmos in fide ac nutantes Omnes hi Dei verbo nutriuntur ; sed primis habet saporem multo gratissimum, eosque magis solidat. nemo enim maiores ex Dei verbo fructus accipit, quam qui vitam gratiæ, sanitatem charitatis, & operationem virtutum habet. Tu si hoc pacto vir es, ignorantiam puerorum & infirmitatē fœminarum, supera. ita statueris à Christo in his quatuor millibus, qui ornantur quatuor virtutibus Cardinalibus, & ad perfectionem millenarij numeri adspirant. Cum his non tantum panem Dei comedes, id est, audies verbum Dei (ait S. Gregorius) sed & in sportis memoriæ illud conseruabis, vt frequenter illud recipias, ad solatium vsumq; tuum illud repetens.

Mysteriū.

Libr. 4. in 1. Reg. c. 4.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, omnium creaturarum conditor & conseruator, qui omnibus naturæ congruentem subministras cibum, maxime autem corpus & animam hominis pascis: quæsumus te, ne nos deseras, ciba nos verbi tui pane, animasq; nostras gratia ac iustitia tua sana, vt panis hic & proficiat ac sapiat ipsis. Corpori etiam nostro panem da quotidianum, vt sine sollicitudine atq; anxietate tibi pacifice seruiamus. Custodi nos ne cum diuite epulone, donis tuis abutamur, vtamur autem ac cum omni gratitudine suscipiamus, ac pauperibus partiamur. Et quoniam venerabile Sacramentum altaris cibus omnium est & optimus & corpori animoq; saluberrimus, ei frequentius sumendo fac nos habiles, internam externamq; donans quietem, & nobis eum per Catholicos Ecclesiasticos famulos tuos sanctorum Apostolorum tuorum successores atq; imitatores appone. Infunde simul hæreticis incredulis veram tui notitiam, ne sacramenta tua aut rideant aut reijciant, sed omni veneratione colant, atque ab omnibus liberati erroribus per sacramenta tua in vera fide solidentur. Amen.

(∴)

DOMI-

DOMINICA VII. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Matth. 7.



N illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, bonos fructus facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest arbor bona, malos fructus facere, neq; arbor mala, bonos fructus facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonũ, excidetur, & in ignem mittetur: igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.

Breuis Euangelij exegesis.



Ixit hoc Euangelium Christus initio suæ prædicationis in monte, vbi inter cætera viam mõstrauit, ac portam cęli. viam docens arctam & portam angustam, qua pauci transeunt, ad cœlos ducere; non vero illam quæ lata est, & spatiosa, ac hominibus frequens. Et quia in hoc laborant maligni spiritus, vt nos à vera via abducant; subornant quo-

que ministros suos, qui nobis persuadeant nō viam illam, quæ arcta est, sed spatiosam in cœlum tendere. Sunt hi falsi Prophetæ, qui Prophetarum instar præsumunt docere homines, ac explicare mysteria: sed in vtroq; fallunt, vt à vero abducant. Tales perniciosi admodum sunt, semper tamen bonis fuerūt admixti. Dignosci ergo eos oportet, ac vitari, ne laqueis eorum implicentur. Signa autem quibus dignosci possunt, hic Christus explicat, ipsis licet inuitis, ac dolentibus; qui vafritie, & astu suo, latere mallent. Signa vero sunt tria. *primo* veniunt suo ductu, non missi ab eo, qui habeat à Christo legitimam authoritatem instituendi Doctores ac Concionatores. *secundo* induuntur veste ouina, vt oues putentur, id est, præferunt exteriorem sanctitatis speciem, dantes eleemosynam, ac necessitatibus proximi subuenientes, non iurant, aut peierant, nihil nisi Dei verbum crepant, ieiunant, orant, &c. Diabolus enim & peccatum ita deformes sunt, vt abhorreant omnes, nisi honesto se pallio tegant. *tertio* quædam faciunt ouibus insueta, ac impossibilia, ex quibus dignosci possunt non esse oues. quemadmodum si lupus ouinam pellem indutus ingrediatur ouile, ac oues deuoret, omnes eum non ouem clamarent sed lupum; Quędam sunt quæ nemo Catholicus facere potest, faciunt autem omnes hæretici. verbi gratia reijcere antiquam fidem, noua dogmata inuehere, ordinem Sacerdotalem ridere, S. Petri successorem Roman. Pontificem Antichristicum dicere, traditiones Ecclesiasticas explodere, proprio iudicio adhærere, ac iuxta illud formare vitam, aliosque reformare. Hæc omnia nemo potest facere Catholicus

Signa pseudoeuangelistarum.

cus. nam si fidem mutat, Catholicus esse desinit. vnde in quo eorum aliqua deprehenduntur, facilè lupus, pseudopropheta, hæreticus, & impostor agnoscitur. quomodo enim arborum singulæ proprios habent ex specie ac natura sua fructus, vitis vuam, ficulnea ficum, arbores vtiles fructum palato gratum, syluestres ingratum: sic & homo vitæ simul ac doctrinæ fructum profert, interiori iudicio conformem. Non potest Catholicus doctor docere nisi Catholica. quod si vitæ aliquando malæ sit, non ex defectu, id est doctrinæ, aut fidei; sed personæ. verum hoc modo in naturalibus etiam abortus contingũt, quæ monstra dicimus, tam in hominibus, quam bestijs, & arboribus. Pseudoprophetæ autem, & hæretici Doctores, non nisi quæ talia sint docent, eisque vitam conformant: propter quod ceu arbores infrugiferæ excidentur tandem, & in ignem mittentur. Etsi enim ad tempus videantur hic dominari, permittit autem hoc Deus vt Ecclesiam purget, ac in fide roboret, nihilominus breui euertentur & euanescent. vt in Arrianis, Donatistis, Nestorianis, alijsque prioribus hæreticis vidimus. Fructus ergo attendere oportet, qui ex noua doctrina pullulant. neque enim omnes qui dicunt *Domine Domine*, id est qui sancta loquuntur, qui nihil nisi Dei verbum strepunt, & Euangelium, qui externam sanctitatis vestem præferunt, *intrabunt in regnum cælorum*. Sed qui seruauerit omnia Dei mandata, in vnitate fidei, ac iuxta præscriptum illius vitam formarit, in charitate Dei, & proximi, hic saluabitur & intrabit in regnum cœlorum.

Documenta septimæ Concionis.

I. Connexio euangeliorum.

D*Ixit Iesus discipulis suis.* Præcedentis Dominicæ Euangelio proposuit nobis Ecclesia Christi beneficia, quæ tam in corporalibus, quam spiritualibus bonis in nos liberaliter erogare solet. quibus quia frequenter abutimur, ideò hoc Euangelio periculum proponitur abutentium. Etenim qui ad temporalia se diffundunt, sæcularibus inordinate adhærent, facile ad spatiosam inferni viam abducuntur, ac in diaboli laqueos, errores, ac hæreses præcipitant. Omnes certe nostri tẽporis hæretici, ferme nebulones primum, auari, impuri, ac Libertini scurræ fuerunt. merito Geusij dicti. Gallis enim hæc vox bonorum suorum inhonestum decoctorem significat. Christus igitur, qui in sermone suo in monte, multa in bonorum Doctorum dixerat commendationem, eos vocans terræ salem, mundi lucem, ciuitatem in monte positam &c. vt hos sequamur, concludit sermonem instructionibus quibusdam, per quas seductores possemus internoscere ac vitare. Trahũt hominem Deus & diabolus, & vterq; ad hoc ministros mittit. Deus vt saluet, diabolus vt perdat. Laudat sua diabolus, Deum vero ac diuina vituperat: Christus contra monet vt ad se veniamus, vtpote in quo sit salus nostra; diabolum vero fugiamus, qui perditionem nostram, tam per se, quam ministros suos hæreticos, Concionatores, & pseudoprophetas quærit. Doctrina ergo præsentis Euangelij vtilissima quidem est, verum non intelligunt eam omnes, sed tantum discipuli Christi, qui Pastoris sui vocem audiunt, & norunt: ideoq; dicitur Christus dixisse *discipulis suis*. Hæreticorum discipuli alium acceperunt ab hæresi gustum, quo ea capere nolunt, quæ ex scriptura à Catholicis obijciuntur, licet clarissime & euidentissime explanata. Non est difficile occludere hæretico os, & aperta eum demonstratione conuincere, ita vt ad materiam respondere nihil possit; sed conuersio eorum difficillima est, propter voluntatis peruicaciam, qua se victos fateri nolunt. Quare si cum aliquo eorũ contingat te agere, instrue quãtum potes, & simul obsecra Deum vt gratia sua cor eius emolliat,

1.Tim. 6.6.

Geusij quid?

Matt. 5.13.

Deus ac diabolus trahunt hominem diuersimode.

Vtilitas pręsentis Euangelij.

Facile hæreticum conuincere difficile cõuertere.

&c ex

& ex infideli hæretico, fidelem faciat discipulum. Fides Dei donum est, quod ab homine dari non potest. quomodo enim hominis authoritate mouebitur, quem neque totius Ecclesiæ Catholicæ consensus, neq; Generalia Concilia, neq; Doctores & Patres, neque. Antiquitatis præscriptio, neque traditiones Apostolicæ mouent. Certe nisi cooperetur misericorditer Deus, frustraneum erit quicquid facis. Ephes.2.

Attendite à falsis Prophetis. In omnibus pene rebus veritas & falsitas inueniuntur. est enim verum aurum, est & falsum; vera iustitia, humilitas, obedientia, virtus, & falsa. veræ diuitię, honores, fœlicitas, beatitudo, doctrina; & falsa. veri Prophetæ, Doctores, Concionatores; sunt & falsi. vbi Deus templũ, diabolus statim erigit sacellum: & simię instar, quicquid prior facit Deus imitatur, sed male, & vt irrationale brutum. Intendit enim quod Deus bene fecit, corrumpere, ac pro veris falsa obtrudere; & quia nos id non perspicimus, fallimur; ac bonum apparens, falsum tamen, præ vero eligimus. quomodo pisces fraudulentam escam, sub qua hamus latet, incauti comedunt & capiuntur. Atque hinc initium ducũt omnia peccata, à diaboli fraude nimirum, & nostra cœcitate, qua bonum apparẽs iudicamus verum. ex quo iudicio prosequimur dein, & appetimus honores, ac dignitates temporales, voluptates carnis, ac libertatem, diuitias, sapientiam sæculi, ac nobilitatem; quæ tamen in hoc sæculo vera non sunt, sed tantum in futuro. Quibus oculi purgatiores sunt, non obtenebrati concupiscentia carnali, falsa hæc à veris statim internoscunt: quales sunt homines spirituales, de quibus Apostolus, *spiritualis homo iudicat omnia*, id est, bonum à malo discernit. quod homo animalis non potest. Prophetæ in scriptura dicuntur *primo.* qui futura prænuntiant. quales erant in veteri Testamento Isaias, Ieremias, Daniel, & cæt. & in nouo Ioannes Euangelista in Apocalypsi, & Agabus, qui famem ac Sanct. Pauli captiuitatem prædixit. *secundo* qui mysteria explicant. vt qui plebi legem ac mandata Dei proponunt, quales erant Iudas & Silas, de quibus scriptura. *& ipsi cum essent Prophetæ, verbo plurimo consolati sunt fratres,* id est, Christianos, *& confirmauerunt.* Tales etiam nunc

II. Veritas & falsitas in rebus omnibus.

Diabolus simia Dei.

Simile.

Origo peccatorum.

1. Corin.2.15.

Propheta quid.

Primo. qui futura prædicit.

Act.11.21.

Secundo. qui mysteria explicant.

Act.15.32.

nunc sunt Concionatores Catholici, qui in Ecclesia nũquam ab initio defuerunt neque, vt Apostolus, spondet vsque in finem deerunt. Pseudoprophetæ sunt seductores hominum, ac deceptores, qui aliqua videntur vt veri Prophetæ, aut veritatem, populum docere; sed mentiuntur. suntque multa eorum genera. *Primi*. apertè Christum oppugnant, vt Mahomet, & Antichristus, eorumque discipuli de quibus dixit Christus quod in nouissimis diebus multi surrecturi sint pseudochristi & Pseudoprophetæ. de eisdem scribit frequenter in Apocalypsi sua Ioannes. *Secundi*. Christum agnoscunt & annuntiãt, non tamen sicut oportet, admiscentes veris quædam falsa. Hi sunt proprij nominis hæretici, quorum Petrus, Paulus, Ioannes, & Iudas meminerunt. Inceperunt enim hi iam inde ab Apostolorum temporibus, vt ipsi frequenter deplorant; neq; vnquam deerunt. *Oportet enim*, vt Apostolus ait, *hæreses esse*. Vt omnium primus fuit Simon Magus, qui diabolicis præstigijs multa fecit mendacia prodigia, vt se extolleret, ac populum ad se alliceret. Fuit hic primus & præcipuus S. Petri Apostolorum Principis aduersarius, qui eum, vt Ecclesiæ Caput & Christi Vicarius, vbique oppugnauit, ac hæresin eius subuertit. Ab hoc orti sunt posteriores omnes hęretici; qui in multis quoque cum eo consentiunt. vt quod se à communione & vnitate Ecclesiæ præcidant, quod Chtisti Vicarium, Sanct. Petri successorem, Pontificem Roman. oppugnent, scripturas iuxta proprium arbitrium explicent, carni libertatem concedant, & homines ad viam spatiosam abducant. Hi sunt Pseudoprophetæ, à quibus Christus attendendum monet; non tantum quia erronea docent circa Deum, aut Christum. vt Arrius, Macedonius, Apollinaris, Nestorius, Dioscorus, & alij fecerunt. neque tantum qui multos simul errores inuehunt; vt Manichæi, & parentes eorum Cerinthus, Menander, Valentinus. sed omnes omnino, qui quamcunque in fide nouitatem, diuinæ legi repugnantem inuehunt; etiam in vnico solum articulo, qui nec Deum, nec Christum immediatè concernat. verbi gratia: qui negaret pertinaciter Saram fuisse Abrahæ vxorem, vel Isaac eius fuisse filium, aut Iacob fuisse nepotem., aut aliud quod scriptura expresse affirmat.

Imò

Ephes. 4. 11. Pseudoprophetæ qui?

Primo. Aperti hostes Christi.

Matt. 24. 11. *Apoc. 13. 10.* *19. 21.*

Secundo. Hæretici.

1. Cor. 11. 19. Primus hæreticus Simon Magus.

A quibus hæreticis cauendum?

Imò etiamsi externis literis scriptum non sit; modo scriptum sit in illo Dei verbo, quod est in corde Ecclesiæ, de quo Apostolus ad Corinthios, & ad Hebræos, ex Ieremia meminit. Quicquid enim vnanimiter ab Apostolorum temporibus toto terrarum orbe credidit Ecclesia, Dei verbum est; etiamsi in verbo Dei scripto non expressim contineatur. verbi gratia, quod infantes sint baptizandi, quod mulieres possint suscipere Eucharistiam, quod baptizati ab hæreticis, sub materia forma & intentione legitima non sint rebaptizandi, quod quatuor tantum sint Euangelia, & quatuordecim Epistolæ Pauli, & quod eæ sint quas nos habemus. &cæt. Qui his contrarium pertinaciter credit hæreticus est, & si alijs id persuadere studeat pseudopropheta est, quia hæresin docet. Ab his monet Christus vt non tantum fugiamus, sed omni studio attendamus. tribus de caussis. *primo* enim hæresis vnum est ex grauissimis peccatis, habens annexa secum alia peccata. priuat enim vera fide, & consequenter spe, ac charitate, omnique vera virtute, quæ sine fide esse non potest. adulterat scripturas falsis explicationibus, explodit traditiones Ecclesiæ, per eam homo se omnibus Ecclesiæ Patribus, Doctoribus, ac Episcopis præfert, damnat omnes maiores qui aliter quam ipse crediderunt, contemnit vniuersam Ecclesiam, Deum nobis ac Sacramenta, & quicquid diuinum est eripit, denique hominem in opinione sua obdurat. Quare quantumcunque quis humilis sit, nunquam tamen ex humilitate nomen hæretici debet admittere, aut vt hæreticus putetur. Refert de Agathone Euagrius, quod tantæ humilitatis fuerit, vt multi ad eum sola fama exciti venerint; visuri num vere ita esset. quos ille cum omni humilitate suscepit. cumque ei narrarent multa de ipso pessima spargi, vt quod esset plenus superbiæ, hypocrisis, odij, iræ, impudicitiæ, gulæ &c. Fatebatur ille omnia; addens se mortalium omnium pessimum esse. cum vero subderent intelleximus præterea quod hæreticus sis. statim silentio rupto; absit ait à me, vt vnquam hæreticus sim. quærentibus autem cur hæresin magis, quam alia crimina, quæ sciebant eum non patrasse, negaret. Crimina respondit alia infirmitatis & fragilitatis sunt, hominemque

2. Cor. 3. 3. Hebr. 8. 10. Ierem. 31. 33.

Tres caussæ cur vitandi Hæretici.

Prima.

Hæresis quot pecca ta habeat annexa.

Ne ex humilitate quidē toleranda suspicio hæresis.

Li. 2. de vitis Patrum.

Exemplū.

Cur S. Agatho negarit solum se hęreticum.

que Deo adhuc per fidem vnitum relinquunt: hæresis vero pertinaciæ est, & notæ malitiæ, quæ omni modo nos à Deo diuellit, quia & fidem tollit. Hieronymus similiter, errare, ait, possum, hæreticus esse non possum. Nomen hæretici apud Christianos non minus infame est, quam nomen diaboli; vimo, vt sic dicam, infamius. Nam Christus Petrum vocauit Satanam, neminem tamen discipulorum vocauit hæreticum. nomine enim diaboli, vita mala; nomine autem hæretici, significatur voluntaria & peruicax incredulitas, quæ in diabolis non est. qui, Iacobo teste, *credunt & contremiscunt. secundo.* hæresis est malum contagiosum, ac breui totam Remp. aut communitatem inficit. *Sermo eorum*, ait Apostolus, *vt cancer serpit,* qui quodcunque attingit corrumpit. Quia enim homines ad malum proni sunt, statim si quis mala commendet, ac bona esse dicat, omnes ad mala procurrunt. *De mundo sunt*, ait Ioannes, *& de mundo loquuntur, & mundus eos audit.* id est, carnales sunt, & pro verbo Dei carnalia obtrudunt. quid ergo mirum si multi eos sequātur? *tertio.* quia à nullo peccato minus quam ab hæresi cauemus. est enim malum spirituale, quod non æque cognoscimus, ac pestem, paupertatem, furta, homicidia, & similia quæ in externis damnis, aut iniurijs consistunt. dein velatur honestatis pallio atque ita proponitur. Atque hinc est quod ciuilis Magistratus frequenter sollicite aduigilet, ne Respubl. peste, fame, furibus, aut alio malo corporali vexetur. at vero in extirpatione hæresum, quæ tamen omni corporali malo ineffabiliter nocentiores sunt, agant negligentius.

Tit. 3.
Epist. 2. ad Damasum.
Iacob. 2. 1.
Secunda. Hæresis malum contagiorum.
2. Tim. 2. 17.
1. Ioan. 4. 5.
Tertia. Quia fere negligitur.

Hi pseudoprophetæ, id est, hæretici in omnibus quidē vitandi sunt; præcipuè tamen in duobus. *primo* in conuersatione exteriori, sermone, ac omni familiaritate. Vetuit eos Ioannes domo excipi, imo & salutari *qui enim dicit illi Aue communicat operibus eius malignis.* Sanct. Paulus cum eis cibum sumi; Christus fugiendos præcepit vt Ethnicos. Refert de Ioanne Euangelista, Irenæus, S. Ignatij discipulus, cum aliquando balneum ingrederetur in quo Cerinthus erat, eumque videret; fugiamus, ait, ne domus hęc obruat nos, in qua Cerinthus Dei inimicus lauat. Idem de Polycarpo Sanct. Ioannis discipulo

Vitandi maxime in duobus hęretici.
Primo.
2. Ioan. 1.
1. Cor. 15. 11.
Matt. 18. 17.
Lib. 3. c. 3.

pulo ſcribit, quod cum aliquando ei Marcion hæreticus occurriſſet, rogaſſetque cognoſciſne me Polycarpe? cognoſco reſpondit, primogenitum diaboli. Antonium quoque teſtatur B. Athanaſius ita hæreticos odiſſe, vt neque benigne eis loqui, neque ad ſe eos voluerit admittere, monuiſſeque diſcipulos, vt idem ſemper obſeruarent. *ſecundo* in libris ac ſcriptis, ne quis ſcilicet ea legat aut cuſtodiat. quemadmodum enim ſermo eorum noxius eſt, quia inſtrumentum peruerſionis aliorum; ita & ſcripta non minus pernitioſa ſunt, quia maiori artificio & meditatius componuntur. Petijt à Theodoſio Imperatore Concilium Epheſinum, quod eſt tertium Generale, vt ex mandato eius comburerentur libri Neſtorij. quod & mandauit, & poſt eum ſimiliter de libris Eutycheris mandarunt [a] Valentinianus, & Martianus; vt in iure Ciuili patet. atque ante ipſos, de libris Arrij, mandarat teſte [b] Socrate & [c] Sozomeno, Conſtantinus. Ante nongentos annos ſcripſit [d] Ioannes Moſcus de venerabili Abbate Cyriaco, qui habitabat ad ripam Iordanis. Acceperat hic mutuo codicem Euãgeliorum à ſacerdote quodam Iſychio, Ieroſolymis commorãte, vt ex eo aliquãdo ſpirituale aliquod ſolatium caperet. Verum nocte quadam vidit in viſione Dei Genitricem, ad cellã ſuam prætereuntem, quam ſuppliciter deprecatus vt ingredi, ac benedictionem ſibi dare dignaretur. Illa vero toruo vultu, quomodo ingrediar, inquit, in qua inimicum meum foues? atq; ita euanuit. euigilans autem Abbas, & multum triſtatus, ſerio cogitare cæpit quiſnam iſte eſſet inimicus, & num forte quid in conſcientia foueret B. Virgini exoſum. ſed nihil inueniens, Euangelij codicem aperit vt ex eo ſolatium quærat. quo aperto, videt ei adiunctos duos tractatus Neſtorij, atque hunc Dei Genitricis inimicum intellexit. itaq; ſtatim eum ad Iſychium referens, plus ſibi nocumenti queritur quam commodi ex libro acceſſiſſe, ac rem totã ex ordine narrat. Iſychius autẽ hæreticos iſtos tractatus exſcidit, ac in ignẽ proiecit. Cõſulto itaq;, ſub excõmunicationis pęna, Eccleſia vetuit Chriſtiãis ſingulis, ne qs hęreticorũ libros legat, aut habeat, niſi legitimã facultatẽ ad hoc, nẽpe vt eos in aliorũ vtilitatẽ refutet, impetrarit. Fuge itaq; hęreticos lib. diſputatiões, ac cõciones; & li

In vita eius.

Secundo. In libris.

Scripta verbis deteriora.

Ep. ad Theo.

a *Codice de haret. & Manich. L. damnat. Ibid. L. quicunque.*

b *Lib. 1. c. 9.*

c *Lib. 1. c. 21.*

d *In prato cap. 46.*

Exemplũ. De non ſeruandis hæreticorum libris.

& si quis vrgeat importunius, dicens quid nocuit vel semel audiuisse. Apostolus monuit vt omnia probemus, ac quod bonum est teneamus. Respódeas magnum esse damnum vel semel venenum sumsisse, & cũ eo qui lepra, peste, aut alia laborat contagiosa lue bibisse. Et tamē hæresis peste multo nocentior est. Non vult Apostolus vt probemus notorie mala; sed ne abijciamus necdum cognita, vtrum mala sint. Quando autem noxium aliquid esse ac malum certus es, tunc fuge & à te istud amolire. Quicquid hæreticum declarat Ecclesia, hæreticum crede. nec hæreticum minus quam diabolum fuge. Diaboli enim loco talem scriptura habet, & nomine appellat.

1. Thess. 5. 21.

Tertio. Adulatores

Tertij Pseudoprophetæ adulatores sunt, & hypocritæ. qui suæ vtilitatis causa alijs placentia loquuntur, veritate suppressa. De his scribit Ezechiel, *quod puluinos consuant sub omni cubitu*; quod lutum temperarent sine paleis; quod pacem clamabant vbi nulla pax. Tales erant Prophetæ Achab, qui consuluerunt ei vt præliaretur contra Regem Syriæ, quod scirent eum velle bellum. Tales quoque nunc sunt plures Concionatores, qui non audent vitia hominum repræhendere: *canes muti non valentes latrare* sacerdotes sicut populus qui laudem vult, & solatia, non admonitiones ac repræhensiones: dicentes, *loquimini nobis placentia alioqui non audiemus te.* Tales quoque sunt Confessarij multi, qui nemini negant absolutionem. etiam si nolit iniqua restituere, ab impudicitia, vsura, ebrietate, fastu, aut alijs peccatis cessare, aut satisfactionem impositam suscipere. Appellantur hi Asini Dei. quia peccatores cum peccatis ad infernum deferunt. Tu vero hos omnes fuge, ac repræhensiones & monitiones ama. Quomodo enim vulnus, quod sine dolore tractatur, carne superexcrescente nihilominus manet, ac saniem ducit, qua caro etiam ante integra corrumpitur: ita qui non vere corripiunt, nec excitāt in animis auditorum timorem mortis, iudicij, gehennæ, apparens aliquod, non tamen solidum & duraturum solatium ministrant. Etenim quantumcunq; isti palpent senties tamen in mortis articulo conscientiæ vermē ac tormenta.

Ezec. 13. 18. 3. Reg. 12. Esai. 56. 10. Esai. 30. Simile.

III. Duo notanda.

Qui veniunt ad vos. Duo hic de pseudoprophetis dicuntur.

Primo

Primo quod *veniant*, id est, non legitime mittuntur, sicut veros Doctores & Pastores decet. *Nemo*, ait Apostolus, *sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron*. vocationem Dei per legitimos superiores cognoscimus: quibus incumbit vt mittant. Pseudoprophetæ autem, quod tamen non licet, veniunt, idque aliquo horum trium modorum. *Primo*, veniunt aliqui omnino sponte, nec vocati, nec missi. vt Simon Magus, Montanus, & nostra ætate Caluinus, Dauid Georgius, qui cum essent laici ac sæculares ex cerebro suo noui aliquid commenti sunt, ac nulla habita facultate populo proposuerunt. Atq; hi nullo modo missi sunt. *Secundo*, mittuntur aliqui aut vocantur, sed non ab habentibus potestatem ac officium mittendi: id est, non ab Ecclesiastico Magistratu. Misit Christus Apostolos, dicens. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* miserunt Apostoli discipulos, quos Episcopos consecrabãt, vel Sacerdotes, dantes eis potestatem docendi verbum Dei. Petrus misit Marcum Alexandriam; Eucharium, Valerium, & Maternum Treuiros; Apollinarem Rauennam; Trophimũ Arelaten in Gallias; Crescentem Moguntiam, & alios alio. Paulus Timotheum misit Ephesum, Titum in Cretam, mandans vt per ciuitates cõstituerent Episcopos, ac Presbyteros. Idem alij quoq; fecerunt Apostoli. Porro qui nunc à ciuili Magistratu vocantur, aut alijs, legitimam authoritatem non habentibus, vt cum hæretici vocantur à suis Superintendentibus, certum est eos venire nõ vocatos; Quemadmodũ Cõsiliarius non est, qui dignitatem istam non à Principe, cuius est eam conferre, sed à plebeo homine intrusus accepit. Sic missus fuit à Luthero Melanthon, à Caluino Beza, & quotidie hoc modo ministri hæreticorum à ciuili Magistratu non concurrente Ecclesiastica authoritate aut aliqua consecratione mittuntur. *Tertio*. Quidam legitime ad docendum vocati, & consecrati sunt; sed non ad ea docenda quæ docent. Erant Macedonius, Nestorius, Dioscorus, & alij legitimi Episcopi, habebantque potestatem docendi: non tamen hæresin, & commenta sua, sed antiquam Ecclesiæ fidem. Similiter Arrius, Lutherus, Zuinglius, Menno, qui fuerunt Sacerdotes Ecclesiæ Catholicæ, & approbati Doctores, ac Pastores,

Primo. Pseudoprophetas spõte currere.
Heb. 5. 4.
Tribus modis.
Primo. Nec missos nec vocatos
Secundo. Non legitime missos
Ioan. 20. 21.
1. Tim. 3. *Tit. 1.*
Tertio. Missos sed ad alia docenda.

Simile. ſtores, vocati erant vt fidem Catholicam docerent; ſed docentes ſua commenta, ac nouationes, exceſſerunt datam ſibi facultatem, & venerunt non miſſi. ſicuti Commiſſarius aliud faciens quam commiſſum ei aut mandatum fuerat.

Alia tria notanda in *veniunt.* *Primo.* Multitudo eorum. *Pſalm. 11. 9.* *3. Reg. 18. & 19.* *3. Reg. 22. 6.*

Præterea in verbo *veniunt*, alia adhuc tria ſignificantur. *Primo*, Numerus eorum ac multitudo. Statim ciuitates, imo regiones integras implent; &, vt Dauid dixit, *in circuitu ambulant*. Facilius eſt deijcere domum, quam erigere. Achab habuit 450. Pſeudoprophetas Baal, & ſolus Elias, vt ipſemet deplorat, erat Propheta Domini. & licet Elias hos omnes occiderit, nihilominus paulo poſt alij quadringenti ſurrexerūt, cum ſolus Micheas eſſet Domini Propheta. Lolium etiam non ſatum creſcit; quanto igitur magis ſi ſeratur? Notandum autem hic, Catholicos quidem hæreticis numeroſiores eſſe, non tamen in ſingulis locis; ſed per orbem terrarum ſparſim. vbique enim Catholicos inuenies; non tamen vbique hæreticos. quanquam, etſi hæretici quoq; eſſent vbique, non tamen ſunt eidem, ſed vt bene notauit Auguſtinus diuerſi. Cum regionibus hæreſes quoq; diſtinguuntur. Germania alit Lutheranos, Gallia Caluiniſtas, Anglia Puritanos, Polonia Arrianos, Morauia Anabaptiſtas, Græcia Græcos. Quam diuerſitatem vt ſignificaret Chriſtus, in plurali dixit *falſis Prophetis*. Conditio enim hæreticorum eſt vt plures ſint. hæreſis namque electio eſt, ac hominum inuentum. & quia non omnibus vnius ſententia probatur, ſinguli pene nouum quid inueniunt, quod ſibi placeat, ſibi non minorem arbitrantes inueniendi licentiam, quam alteri. Inuenerat quod ſibi placeret Lutherus, non placuit tamen id per omnia Carolſtadio, nec Zuinglio, nec Bucero, nec Mennoni, nec Dauidi Georgio. Quilibet ergo eorum iuxta cerebrum ſuum noui aliquid commentus eſt, ac pro puro Dei verbo obtruſit. Stupidiores ſequuntur in omnibus hos tanquam Magiſtros, ſed qui ſubtiliores ſibi videntur, Magiſtrorum vſi priuilegijs, iterum alia ſuperaddunt. Atque hinc eſt cur ex vna frequenter hæreſi, tot frutices pullulent, vt rari inueniantur hæreticorū Concionatores per omnia concordes. In Catholica Eccleſia, vt manifeſte in Generalibus Concilijs patet, perpetua pax eſt

Catholici quomodo hæreticis numeroſiores?

Cur plurali vſus Chriſtus.

Conditio hæreticorū vt inter ſe diuiſi ſint ac plures.

In Eccleſia vnitas.

est in his vnum iudicium, eadem sententia, similis voluntas, quo ad fidei articulos, & idem desiderium omnes id ipsum dicunt, ac sine dissidio conueniunt. Spiritus enim S. qui spõdente Christo, erit in Ecclesia vsque ad sęculi consummationem, vnit ac vincit illos fidei vinculo, vt nemo aliquid nouum quærat; sed antiqua, & quæ iam inde ab Apostolorum tempore tradita sint.

Secundo, Diligentia significatur hæreticorum, qui semper *veniunt*. id est non quiescunt. Explorant omnes modos, & mira excogitant, ad propagandam hæresin. Cogunt populum ad conciones, & pueros ad catechesin. proscribunt Religionis Catholicæ exercitia, neminem, nisi suæ sectæ, ad Magistratum admittunt, si quem sciant feruentiorem Catholicum exulem ciuitate ablegant, aut occasionem quærunt vt bonis eum ac vita mulctent, opifices, spe lucri temporalis alliciunt, & (vt semel dicam) nihil intentatum relinquunt quo hominibus deliria sua persuadeant. benigni, rigidi, oportuni, importuni, blandiuntur, minantur. Vincunt hac sua sedulitate Catholicos, sicut Iudas, cum suis vigil, Apostolos in horto dormientes; & vultur (cui Augustinus hæreticos comparauit) columbam, quæ Ecclesiæ typum gerit. *Secundo.* Hæreticorũ diligentia. *Similia.* *Tract. 6. in Ioann.* *Cant. 6.*

Tertium est. Pseudoprophetarum diuturnitas. qui & semper fuerunt, & ad finem vsq; erunt. ideoq; non dixit Christus venerunt, neque venient, sed in præsenti *veniunt*. quia nunquam desunt. sic testatur Petrus etiam in Veteri Testamento Pseudoprophetas fuisse, & tempore Christi erant qui Angelos, resurrectionem, & animarum immortalitatem negabãt. Sadducæi, itẽ Herodiani, Herodem dicentes verũ Messiã. & alij de quibus Epiphanius. Post Christi adscensionẽ surrexerunt statim Simon, Cerinthus, Gnostici, qui inter cætera matrimoniũ quoq; vetuerunt, ac aliquos cibos. nõ ideo tantum quia matrimonium putarent non esse Sacramentum, (vt nũc nostri temporis putant hæretici) sed quia damnabant vt execrabile, ac opus diaboli: à quo etiam carnes, vinum, aliosque cibos creatos dicebant, quorum nutrimento in carne nostra malæ fouentur inclinationes. ideoque eos ceu Diabolicas creaturas prohibebant, vt de eis Apostolus scribit. *Tertio.* Hæreticorũ perpetuitas. *2. Pet. 2. 1.* *Matt. 22. 23.* *Act. 23. 8.* *Lib. 1. contra hæres.* *1. Tim. 4. 3.*

Dein ab Apostolorum temporibus semper vel nouæ hæreses excogitatæ sunt, vel saltem antiquiorum quædam manserunt. inter nouas autem (quia omnes nouitate gaudent) nulla vnquam fuit, quæ in omnibus cum vlla præcedentium conueniret. Ita vt qui in historijs versati sunt deprehendant facile, Ante annum 1517. quo Lutherus delirare incepit, nullum vnquam hominem in vniuerso terrarum orbe, eandem per omnia fidem cum Luthero habuisse; quod idem de Caluino quoque, & alijs omnibus intelligi debet. Quo titulo igitur excusabit se coram Christo hæreticus, qui his nouitatibus adhæret etiam neminem sciens qui ante annos tam paucos idem crediderit. cum tamē Catholicam fidem, nos à parentibus & maioribus, ad Apostolorum vsque tempora non interruptam possimus arcessere. Alterum quod docet Christus cōtinetur verbis illis. *Ad vos*. quasi dicat, non abeunt procul, aut peregre, vt cōuertant ad Christum Gentiles, aut Turcas; sed vos id est Catholicos quærunt peruertere. Cuius rei tres sunt caussæ. *prima*, Ordinatio Dei, qui non permittit vt [a] diabolus diabolum eijciat, id est, infidelis infidelem, ab vna infidelitate ad aliam abducat, hæreticus, Turcam, aut Gentilem. ideo ad hæc vsque tempora, nulli vnquam Gentiles ab hęreticis Christi notitiam acceperunt, etiamsi de Gothorum conuersione id quidam, sed erroneè, opinentur. Cognitio Christi pretiosa gemma est, quam per orthodoxos solet infidelibus Deus communicare. *Secunda* caussa; ex parte diaboli est, qui Gentiles non vult perducere ad hæresin; sufficit enim ei quod infideles sint, eosque ait Gregorius, sinit in pace quos ad se pertinere compertum habet. *Tertia est*. amor commodioris vitæ quo laborant hæretici. Non prorepunt ex pingui caseo vermiculi ad lapides rodendos, aut ligna, sed in caseo manentes quicquid pinguissimum est depascuntur: sic & hæretici horrent ab Indijs, Brasilia, Peru, Turcia, alijsque regionibus, earum populos ad fidem conuertant. quia verbera metuunt, ac mortem, aliasque ærumnas ac miserias, quæ concionantibus illic infliguntur. Malunt hærere domi, ceu in pingui caseo, vt inter Christianos Ecclesiasticorum bona diripiant, Cænobia deprædentur, commodis gaudeant, &

Ad vos quid. Cur hæretici non eant ad alios quam Catholicos. *Primo.* Ex ordinatione Dei. a *Mat. 12. 26.*

Secundo. Ex diaboli dispositione. *Lib. 23. Moral. cap. 7.*

Tertia. Studium commoditatis.

Simile.

inter

inter sui cōgreges delitijs nemine eos reprehendente, ac voluptati vacent. Offenderet hæreticorum concionatorum vita Gentiles, ac deprauaret. præsertim cum non tam nostrorū disputationibus, quam vitæ integritate conuertantur. qui in ieiunijs, orationibus, paupertate, vigilijs, nulli præterea labori parcūt nō de valetudine ac corpore solliciti; sed totos se ad Dei gloriam, & proximorum salutem impendunt. Aliud faciunt, vt omnibus constat, hæreticorum ministri, ideoque eos vita; quærunt enim sui perditioem. Plures vita quam sermo conuertit.

IV. *In vestimentis ouium.* Hæretici monstro similes sunt, ex duabus compositi naturis pugnantibus. foris oues, intus lupi. Oues simulant, vt melius promoueant nequitias suas: sutoris instar, qui nigrum picatumque filum, candida seta induit, vt hac filum trahat. Aucupes auium cantum imitantur, vt fallant: sic & hominum seductores initio quidem præbent se blandos, tandem tamen lædunt. Scribit de eis S. Ioannes, sub locustarum comparatione, quod faciem humanam, capillumque gerant muliebrem, caudas vero scorpionum, veneni plenas. Nec miratur id Apostolus, cum & Satanas Hæreticorum omnium pater, in Angelum lucis se transfiguret visibili luce tenebras suas conuestiens, ne facile quis sit cognoscatur. *Vestimenta ouium* porro sunt exteriora omnia tum verba, tum opera, quæ probitatis speciem habent; qualia in Pseudoprophetarum nonnullis reperiuntur. Ieiunabant Pharisæi, orabant, & dabant eleemosynas. Donatistæ communicationem omnem cum peccatoribus detestabantur. Anabaptistæ sedati sunt, & humilitatem præferunt. alij eleemosynas erogāt, pauperibus subueniunt, & politiam optime administrant. Quidam vero nihil nisi verborum speciem habent.

Hæretici agni lupi.

Similia.

Apoc. 9. 7.

2. Cor. 11. 15.

Vestimenta ouiū quid?

Inter omnia autem ouium vestimenta *verbum Dei* non est vltimum. quemadmodum enim in corporalibus, vestes tria hæc præstant. *Primo*, vt nuditatem tegant. *Secundo*, vt à frigore pluuia, & alijs cœli iniurijs tueantur. *Tertio*, vt ornent. ita proportionaliter quoque eadem hæc præstat verbum Dei. *Primo* quicquid mundo ignominiosum videtur, exercitium humilitatis, tolerantiam paupertatis, mendicitatem, donationem iniuriæ, resignationem voluntatis, tegit. quæ

Vestimentis his optime intelligi Verbum Dei ob tria. *Primum.*

Quia tegit nuditatem.

etsi mundus vituperat, qui tamen talia agunt non erubescunt, teguntur namque verbo Dei, quo hæc ipsa commendantur, & præmium sperant. *Secundo*, à diaboli tentationibus, quæ recte cum aeris tempestatibus possunt comparari, defendit. est enim verbum Dei gladius spiritualis, quo diabolo potestatem omnẽ extorquemus. *Tertio*, demum ornat quoque. Primus enim Christianorum ornatus est, quod credita sint illis eloquia Dei, & quod loquatur cum eis, ac per Doctores Orthodoxos instruat. Hæretici porro, qui vestem aut ornatum bonorum operum non habent, hanc ouis vestem induunt, eaque se ornant. *Primo*, tanquam soli sint Euangelici, soli verbi Diuini interpretes ac puri præcones. *Secundo*, liberam carnalemque vitam suam eo tegunt; quasi vero permittat verbum Dei, vt Monachi cænobia sua deserant, & contra castitatis, obedientiæ, & paupertatis vota, sacrilegas nuptias contrahant, sibi viuant, & propria possideant. item præscriptis ieiunij diebus, carne ac cibis interdictis vescantur, pluraque his similia faciant, eo quod nonnulla Scripturæ verba, iuxta quod ipsi carnaliter interpretantur, hæc videantur permittere. *Tertio*, Catholicam fidem eo impugnant, tanquam si illud omnibus Apostolicis traditionibus repugnaret. Scribit Ioannes habere bestiam duo cornua, quasi agni; sed blasphemiam loqui, draconis instar: vtuntur enim (vt Gregorius accommodat) duobus testamentis hæretici, quæ sunt verbum Dei, & cornua Agni; sed diaboli instar ea interpretatione sua deprauant, ad Ecclesiæ impugnationem. Monet Christianos omnes Augustinus, ne externam vitæ bonitatem (quæ ouis vestimentum est) deserant. timentes quasi propter illam lupi, aut hypocritæ censendi essent, qui similiter externam bonitatem habent, nam neque oues vestem aut vellus suum exuunt, etiamsi eo nonnunquam lupus abutatur. Fac ergo bonum quantumcunque potes, neque offendat te si malum videas similia facientem.

Secundo. *Arcet incommoda.* *Ephes. 6. 17.* *Tertio.* *Ornat indutum.* *Hæretici quomodo sub his lateant.* *Primo.* *Tertio.* *Apoc. 13. 11.* *Lib. 33. Moral. cap. 36.* *Lib. 2. serm. Domini in monte cap. 19 in fine.*

V. *Intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Peccatores, quia secundum rectam rationem non viuunt, Scriptura bestias vocat. vt ex visione S. Petri patet, cum in linteo omnia vidit bestiarum genera, quibus peccatores significabantur. Socium se draco-

Act. 10. 12. *Iob. 30. 29.*

num,

num, dicebat B. Iob, & struthionum, Tyrannos significans & Hypocritas. Struthiones enim alas quidem habent, non volant tamen, quemadmodum & hypocritæ, vt [a] Gregorius ait, speciem habent sanctitatis, sine virtutibus: Subuersores, [b] Ezechiel *scorpiones* vocat. perniciosos autem, Christus & Ioannes Baptista, *genimina viperarum*. vafrum quoque Herodem, *vulpem*. Dicuntur vero hæretici hic lupi propter desiderium quo flagrant perdendi oues, id est, Catholicos decipiendi, ac in damnationem præcipitandi, propter quod & ab Apostolo spiritus erroris dicuntur, & dæmoniorum. quomodo enim diabolus in nequitia sua obstinatus est, nihil nisi hominum, quos extra modum odit, perditionem ardens, ita & hæretici omnes obdurauerunt odium suum contra Ecclesiam Catholicam, eius subuersionem quærunt, membra, diripiunt, ac laniant, Catholicos nempe: idque per superbiã, qua præ se omnes contemnunt, ac vna cum Lucifero thronos suos supra vniuersam Ecclesiam exaltant. Expediret si omnes hæ bestiæ, pro vt Dominus iussit, manducari se à S. Petro paterentur. id est, per Dei verbum, ab Ecclesiæ Principibus annuntiatum, conuerterentur; facti viua Christi membra. sed inoleuit apud eos vt mali & esse & permanere velint, boni autem apparere. Nemo superbus, auarus, impudicus, inuidus, audire vult etiam si talis sit. Nolunt hi deponere sordes, sed pallio mundo tegere. tu autem vide quis sis, & fac vt viuum fias Ecclesiæ membrum.

a Lib. 20. Moral. cap. 29.
b *Ezech. 2. 6.*
c *Matth. 3. & 23.*
Luc. 13. 32.
Hæretici cur hic lupi dicantur.
1. Tim. 4. 1.
Actor. 10.

VI.

A fructibus eorum cognoscetis eos. Non dixit Christus cognoscendos eos ex quolibet, aut omni opere. nam & bona quædã opera habent, à pijs velut mutuata. quomodo ouium pellem ab oue accipimus. Fructus autem propria eorum opera significant, quæ illi ceu lupi, & arbores malæ, proferunt. Sicuti enim ars omnis, & virtus, propriam habet operationem: scriptor nempe scripturam, sartor vestem, liberalis donationem, humilis humilitatẽ. sic vitia quoq; & peccata; auarus nempe possessiones, superbus honores, impudicus voluptates carnis & difficulter sane cauet sibi ab eo quisq; ad quod inclinatur; neq; semper tegitur morio. Pseudoprophetæ quoq; secundũ vitia & inclinationes suas, ꝓprias ex quib⁹ noscãt, operationes habent.

Non ex singulis operibus dignoscuntur lupi sed ipsorũ proprijs.
Fructus quidã

habent. idque eo magis, quia hæresis de se inconstans est, inquietũ malũ, semper suæ inconstantiæ memor. Opera porro eorum triplicia sunt. In *primo* ordine sunt. Noua dogmata. naturalis enim hæreticorum proprietas est, vt noui aliquid credendum suadeant, quod nunquã Ecclesia crediderit. Audiens itaq; Concionatorẽ, qui aliud quid doceat quã in Ecclesia Catholica didiceris, quin Pseudopropheta sit ne dubites, vita eum, etiamsi Angelum Dei se dicat, ac, vt Apostolus ait è cęlo veniret. *Secũdi generis* ea sunt, quæ ex nouis dogmatibus necessario consequuntur. qualia sunt *primo*. Quod antiquam Ecclesiæ doctrinam reijciãt, quia cum nuperis eorum somnijs nõ conueniat. Sic reicijũt quoq; oẽs Ecclesię Catholicæ Doctores, nõ eos solũ, qui etiamnũ viuunt, quos ceu seductores calumniantur; sed & defunctos multis antè sęculis, Sanctos Patres: homines .n. (dicunt) erant, & errare poterãt; quia, Dauide teste, *omnis homo mendax*. quasi ipsi homines non sint, nec errare possint aut mentiri. *Secundo*. Quod Romanũ Pontif. S. Petri Successorẽ ac Christi Vicariũ, quantũ possunt rideant & in omniũ odium traducant. Antichristũ vocãt, ac supremũ diaboli satellitẽ, qui se Deũ faciat, ac nihil nisi Christũ impugnet. Oritur aũt hoc ex eo, quia sciunt, si eum reuereantur, eiusq; potestatem fateantur à Christo institutã, collapsura statim omnia sua: quia fecit eũ Christus omniũ ouiũ suarum, id est, Christianorũ omnium Pastorẽ, summum, ac firmam petram, super quam Ecclesia ædificatur; ac conseruat eum in vera fide, ne vnquam hæresin doceat, sed omnes hæreses damnet ac reijciat. Id quod iam inde à S Petri temporibus ad nos vsq;, sine dubio vllo seruatum est. quemadmodũ & Paschalis II. in Concilio Lateranensi, publice, nemine cõtradicente, anno 1112. & ante ac post eum alij plures, professi sunt. Vt mirum nõ sit, si Pontificẽ oderint in hoc prędecessores suos imitati, quia noua eorum cõmenta vt hæretica damnat. *Tertio*, Quod antiquas & Apostolicas traditiones, tanquã hominum inuenta, reijciant. pugnant enim cum inductis eorum nouitatibus. *Quarto*, Quod nouas comminiscantur Scripturæ interpretationes, ac pro puro Dei verbo populis venditent. Queritur de eis S. Petrus, iam tunc suo tempore

eos

Fructus seu opera hæreticorum triplicia.
Primum. Noua dogmata.
Galat. 1.
Secundum. Opera ex nouo dogmate consequentia. qualia.
1. Reijcere doctrinam Ecclesiæ.
Psalm. 115.
2. Odisse Papam.
Ioan. 21. Matth. 16. Papæ prærogatiua.
Abbas Vrspergen. in Chron.
3. Reijcere traditiones.
4. Nouos cõminisci Scripturę sensus.
2. Petr. 3.

eos S. Pauli epistolas, aliasque Scripturas hoc modo depravasse. idque hæreticis omnibus solenne, admodum Tertullianus affirmat. *Quinto*, quod dissectas sectas inuehant. idque duplici de causâ. *Prior* est. quia eorum singuli proprium iudicium sequuntur, & fidem eligunt quam volunt. *Posterior* est. quia temporis successu ipsimet, melioribus inuentis, mutant, cum plus sibi profecisse videntur. Patet hoc quidem in hæreticis prioribus Nouatianis, Arrianis, Pelagianis, &c. multo tamen clarius in Luthero, Caluino, ac Melanchthone. quorum inconstantia orbi vniuerso innotuit, in Augustana præsertim Confessione, & Locis communibus. *Sexto*, quod carnis libertati indulgeant, hæreses enim Apostolus inter opera carnis ponit. Nam quibus carnalis concupiscentia fidei suasit mutationem, quomodo nisi carnaliter viuent; cum non à Spiritu diuino, sed propria carne agantur. Vnde hæretici omnes, etiamsi non circa carnalia versarentur, quẽadmodum nostri temporis hæreses; sed circa spiritualia & diuina, quales fuerunt Arriani, Macedoniani, Nestoriani: carnaliter tamen vixerunt. quanto igitur magis sic ei viuent quibus ieiunium, castitas, vota, merita, ac pœnitentia vilet.

De præscript. 5. Sectas excogitare. 6. Carnis libertatem amare. *Galat. 5.*

In tertio ordine, opera sunt: hęreticis vt hæresin suam hominibus persuadeant necessaria. Habuerunt ad hoc Apostoli, eorumque successores donum miraculorum, quæ etiamnum in Indijs, ac Gentilium regnis, ad eorum conuersionem fiunt. Quia vero donum hoc hęreticos deficit (neque enim Deus mendacij testis esse potest) aliud necessum est quærant, quo merces suas reddant vendibiles. nempe *primo*, omnibus libertatem proponũt eligendi, ac credendi quod velint, ac singulos faciunt verę fidei & syncerae Scripturarum explicationis iudices. Quo priuilegio plebs gaudet, tum quia euehitur supra Sacerdotes, ac Doctores omnes, imo vniuersam Ecclesiam, quam malæ fidei damnare potest: tum quia aditũ habet ad carnis voluptates, ad quas libertas ista viam sternit. *Secundo*, Libertatis huius oppressores persequuntur. ideoque Ecclesiasticos oderunt, quorum est vt de vera fide iudicent, appellant ad magistratum ciuilem, fauorem Principum affectant, vt Arriani olim & Nestoriani, &c. vel Senatorum, aut

Tertium. Opera certa. 1. Sentiendi & tenendi libertas. 2. Odium Ecclesiasticorum ac recursus ad sæculares.

Reipubl. *Tertio*, Nisi à Principe suo libertatem hanc impetrent, deficiunt tumultuantur, regno exuunt, nouum sibi Principem, Gubernatores, ac Consiliarios nouos, pro arbitrio eligunt; qui in nouata eos fide manu teneant, ac tueantur. omnia vero hæc sub conscientiæ prætextu, quæ & necessariam nouitię fidei conseruationem, & impossibilem in antiqua fide salutem testetur. quasi verò demortui tot retro sæculis maiores damnati essent, cum *sine vera fide impossibile sit placere Deo.* ac quasi nullæ essent conscientiæ fatuæ, quibus resistere oporteat, easque deponere. alioqui sane permitti deberent hæreses omnes, quantumcunque pugnantes. conscientię enim testimonium ac stimulos, omnes prætexunt.

3. Seditiones & tumultus.

Heb. 11. 6.

4. Inuasio munium.

Quarto, Laborant vt adscitis tantum sui consortibus, Catholici è Magistratu excludantur.

5. Laicos proficere Ecclesiæ.

Quinto, Vt Principes suos facilius ad se alliciant Capita eos constituunt, in Ecclesiasticis, æque ac ciuilibus causis; authoritatem eis & verbo & scripto adstruunt ministros constituendi, & exauthorandi, bona quoque Ecclesiastica, Cœnobiorum, ac Collegiorum, eis tribuunt. per quæ omnia auari citra dubium valde mouentur.

6. De alienis benefacere.

Sexto, Vt Reipub. placeant, bona quędā Ecclesiastica deputant in subuentionem pauperum senum, studiosorum, aut natorum è pauperibus ciuibus, qui & opificum egentiores pretio ad audiendas conciones inducūt, quo maior appareat auditorum numerus.

7. Prohibere exercitia Catholica.

Septimo, Vbi rerum nunc potiuntur, Catholicis omni exercitio Religionis interdicunt, ac præsertim Missæ & Concionibus; ne videlicet ineruditæ eorum declamationes, ac impiæ simul & ridiculæ cæremoniæ, præ eruditione Catholicorum Doctorum & venerabili maiestate veri diuini cultus, sordescant.

8. Catholicos ad sua compellere.

Octauo, Compellunt eisdem in locis Catholicos vt liberos ad Catechesin ablegent, ipsique conciones hæreticas frequentent, etiamsi primo sui initio nihil nisi fidei & conscientiæ sonarent libertatem. si quis autem se difficilem exhibeat, suspectus est: grauaturque exactionibus, & militum

militum receptione. quibus si nihil proficiant, omnem mouent lapidem ad eruendam alicunde calumniam, quo in exilium eum eijciant, facultatibus & vita priuent, atque omnia hæc titulo proditionis patriæ, & nuperæ religionis.

Nono, Nemini in religionis caussa fidem quantumcunque etiam obstrictam seruant. persuasum enim habent licitum sibi, vt in religionis negotio omnes fraudent. Omnes hos hęreticorum fructus facile esset ex antiquitate Ecclesiastica eruere; sed quia nostris adhuc hæreticis quotidiani sunt, superuacaneum id esset. Cauete itaque Christiani à lupis mendacibus. 9. Fidem nemini seruare in negotio Religionis.

Nunquid colligunt de spinis vuas, aut tribulis ficus? Dixerat in parabola de eo qui seminat Christus, diuitias, & carnis voluptates spinas esse. nunc in præsenti Euangelio aperte falsos prophetas, id est, hæreticos spinas, & vepres nominat. vt eorum describeret conditiones. nempe. *primo*, quod sint auari & carnales, testantibus id quoque Apostolis [d] Petro, [b] Paulo, [c] Iuda, ac antiquis Doctoribus & quotidiana experientia. *Secundo,* quod ex omni parte vulnerent. habent enim cogitationes virulentas, & verba malitiæ plena. blandiuntur vt fallant, cum iracundia blasphemias in Deum & Ecclesiam vomunt, impie rident, & studiose insaniunt. *Tertio*, excœcant eorum spinæ homines. neque enim vllo peccato perinde ac hæresi excœcamur. cum non solum lumen gratiæ, sed fidem quoque tollat, & veritatis cognitionem. Doctissimi eorum de omnibus fluctuant, & ad extremum vsque vitæ momentum incerti hærent, quidnam stabiliter credant. Bucerus semper dubius, tandem mortuus est Iudæus. Monstrarunt in Malbrunensi sua disceptatione Heydelbergenses Caluinistæ Melanchthonem, imo & Lutherum sub finem Caluinizasse, &c. *Quarto*, longius se hæresium spinę exerunt, quam aliæ. hæ enim proximos sibi dumtaxat lædunt, illæ vero etiam remotos. Quod Catholicis multis exiguum videtur si die Dominico, vel festo sacrum non audiant, sed negotientur, aut seruiliter laborent, ieiunia soluant, Ecclesia-

VII. *Luc. 9. 14.* Hæretici spinę. Sex hæreticorum propria. *Primum.* Auaritia. a *2 Pet. 12.* b *2. Timot. 3.* c *vers. 7.* d *Auctor operis imperf. hom. 19.* *Secundum.* Vndique lędere. *Tertio.* Oculos excæcant. *Quarto.* Longius serpunt.

Languor Catholicorum ab heresi nascitur.

Ecclesiasticos rideant, Ecclesiæ præcepta transgrediantur, Magistratui siue Ecclesiastico siue Ciuili non obediant, parũ inclinentur ad cultum imaginum, & Sanctorum, ad peregrinationes, & orationes pro defunctis; non nisi ab hęresi originem traxit, quæ Ecclesiæ membra lancinat. ex qua similiter fit quod etsi multi hęreticorum inscitiam contemnant, quia tamen libertatis amantes sunt, ad Politicos, Machiauellistas, & Atheos transeant, homines nullius fidei, ad omnia, quæ honorem parant aut vtilitatem temporalem, propensi. *Quinto*, sicuti non nascuntur de spinis ac tribulis ficus & vuę; sic nec verum nascitur apud hæreticos animi gaudium. quos S. Petrus fontes ideo dixit *sine aqua*: quia scilicet videtur quidem sitibundis eminus spem promittere refectionis; si tamen accedas propius, aquam non habent. S. Iudas quoque *nubes* eos vocat *sine aqua*, quæ caliginem non tamen pluuiam adferant.

Quinto. Vera carent lætitia fructuque. 2. Pet. 2. 17.

Epist. Iud. v. 12.

Sexto. Quod sint pœna peccati. Gen. 3. 18.

Sexto, quemadmodum maledicta est propter Adæ peccatum terra, vt spinas germinaret & tribulos, ita non nisi post grauia peccata hæreses nascuntur. Dicit apud Isaiam Dominus *eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est à me. Propterea Dominus claudet oculos vestros. Prophetas & principes qui vident visiones* (id est Dei Sermones) *operiet. & erit vobis sicut verba libri signati*. vt scilicet veritatem non agnoscatis. Dicit etiam Apostolus. *Eo quod charitatem veritatis non receperunt vt salui fierēt: ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.* Non possunt oriri hæreses, nisi alia prius crimina præcesserint. neq; enim ab vno extremo transitur aliud, nisi transeundo medium. hæresis autem extremum est malorum omnium adeoque ad eam, nisi trãseundo alia mala, non peruenitur. Si hæresiarchas videmus primum impudicos fuisse sacerdotes, aut irreligiosos religiosos, vt in Arrio, Iouiniano, Heluidio, Berengario patet. quos ideo in hæresin crimina præcipitant, vt liberius, ac sine conscientiæ flagello, concupiscentijs suis indulgeant. persuadent enim sibi nupera sua fide, se, dum istis vacant, non peccare; sed esse diuino verbo consonum vt Cœnobia deserant, cõnubia ineant, voluntati propriæ indulgeant, &c. Certe non nisi iusta de causa calamitatem tantam, quanta hæreses sunt, in Ecclesia sua

Esa. 29. 13.

2. Thess. 2. 11.

Hæresis malorum extremum.

permittit

permittit Deus. *primo* enim, id in pœnam facit peccatorum nostrorum. *Secundo*, vt Ecclesiastici ad studia euigilent, otio alias & inertia perituri. *Tertio*, vt Ecclesiam mundet. hæresis enim eos qui peioris, vel inconstãtioris vitæ sunt, ab Ecclesia ad se adducit: quemadmodum ex vanno paleas à frumento segregat ventus. Si itaque nolis per hæresin seduci, vide diligẽter ne palea fias, sed frumentũ solidũ, & virtutib⁹ cõpactũ.

Cur Deus permittat hæreses. 1. 2. 3.

VIII. *Sic omnis arbor bona fructus facit bonos: mala autem arbor malos fructus facit.* Homines arbores dicuntur, quia faciendis fructibus nati sunt. hominem bonum Ethnici Philosophi arborẽ dicebant inuersam, cuius radices in cælum tendant, vt inde nutrimentum sugat. terreni vero, arbores sunt quarum radices terræ inseruntur, ex hac enim solatium, & alimẽtum quęrunt. de his loquebatur sanatus à Christo cæcus, cum *homines* vidit *tanquam arbores ambulantes.* qui enim à Deo illuminãtur, vident facile terrenorum prona in terram capita: vtpote qui nonnisi terram petant, cœlum pedibus quasi calcantes. Boni, arbores bonæ sunt. De quibus dixit Dauid, quod *plantatæ secus decursus aquarum, fructum suum dent in tempore suo.* vbi quinque expressit arborum, id est, hominum bonorum conditiones. *primo*, enim plantati sunt. firmo scilicet proposito, & voluntate constanti ad omnem tentationum procellam immoti. *Secundo*, secus decursus aquarum sunt, in Ecclesia nimirum, vbi nunquam in Sacramentis aqua deest, modo ipsi in Dei gratia permaneant, à qua vicissim non deseruntur. *Tertio*, dant fructum bonum. homo enim qui non exercetur virtutibus, etiamsi neminem lædat, tamen arbor bona non est. sicuti nec bonus famulus est, qui semper otiosus est, licet malum non faciat. satis namque mali est, non facere bonum. *Quarto*, dant arbores quæque fructum suum, non alienum; ficulnea ficum, non vuas; vinea similiter non ficum, sed vuas: vt quilibet statu, ac conditione sua, quam concessit Deus, sit contentus, & fructus det illi conuenientes, Ecclesiasticos occupent Ecclesiastica, non sæcularia, sæculares similiter negotia propria, non quæ sunt Sacerdotum. In quocunque statu sis, hoc vide vt fructum des, & radix bona sit, ac integra; cor dico ac voluntatem. Similiter vt corticem habeas pulcrum,

Homo cur arbor dicatur? *Plato in Timæo.* *Marc. 8. 24.* *Psalm. 1. 3.* Bonarum arborum quinque conditiones? *Prima.* Plantatam esse. *Secunda.* Secus decursum aquarum. *Tertio.* Dare fructum. *Simile.* *Quarto.* Dare fructũ suum. Arbor mystice, esse quilibet laboret.

id

id est conuersationem & exempla bona. vt folia, id est verba, sint vtilia. flores, id est desideria, boni odoris sint, ac firma, quæ nullo tentationis vento deijciantur. fructus denique, id est opera, dulcedinem ac nutrimenti multum habeant. *Quinto* dant fructum suum in tempore suo, non in alieno. habent fructus omnes stata sibi tẽpora, omnes æstatem, nulli hyemẽ. Tẽpus autem boni operis est oportunitas. Cũ iniuriam pateris, aut calũniam, tẽpus patiẽtiæ est; cum pauperẽ vides, tẽpus est liberalitatis & eleemosynę; cum comedis tẽpus est sobrietatis, cum inter multiloquos es, tempus est cũ attentione loquendi; Quidam hos fructus dãt alieno tẽpore. patientiã in prosperis liberalitatẽ in cõuiuijs, sobrietatẽ post cibum, taciturnitatẽ cũ soli sunt. verũ nõ cõmendãtur arbores istæ sicut nec illæ, q̃ sub exitum ęstatis florent primũ, non enim maturescunt earum fructus. His similes sunt quidam viuunt boni nihil agunt, sed ad extremum vsq; vitæ articulum emendationem suam differunt: quando à morte ceu hyemali frigore pręuenti, non possunt quę desiderabant perficere. Cuius rei multa quotidie occurrunt documenta. vnicum tamen recẽsebo, quod iam ante quingentos annos Venerabilis Petrus Cluniacensis consignauit. Quidam non admodum castus, frequens erat cum Religiosis Cluniaçensibus & vitam viuens pristinam, pœnitentiam ad extrema differebat. Incidit hic tandem in morbum ac à Priore prædicti monasterij inuisitur. Cumq; colloquerentur magna voce exclamabat æger. Ah, ah, fluiuium video igneum in me superne defluentẽ, ille me hauriet, Procidit prior in genua ac pro infirmo Deum deprecatur, qui vt surgeret iussit: addens. Precibus tuis linteũ super me expansum est quod me ab incendio liberauit. Paulo post exclamat iterum, duos cum rugitu ad se incurrere leones ad ipsum lacerandum. Orabat denuo Prior atque ita dispulsi sunt. Tandem in exstasin lapsus ac post horæ quadrantem ad se reuersus, aiebat. Actum est, damnatus sum, en ad lectum mei peruenerũt diaboli cum sartagine ac feruẽti resina in quam inijciar. Prior hortabatur eum ad pœnitentiam, phantasmata dicens esse ac dæmonum illusiones. Respondit ipse. Neutiquam. sicut enim lodices, stragulas, tunicamque tuam

Quinta. Dare in tẽpore suo.

Tempus boni operis est oportunitas.

Simile.

Lib. Miraculorum:

Exemplum differentis fructus pœnitentię.

tuamque video; sic & sartaginem: atque vt credas guttula vna in manum meam distillabit. Manu aperta Prior vidit decidere guttam, mediamque perforare manum, & simul alterũ exspirare. Foramen hoc in manu pro testimonio ac spectaculo remansit. Quamobrem fac fructus bonos bonorum operum dum vales, ac tempus est. Incertus enim es de verę pœnitentiæ, sub exitum tuum, dono. Gal. 6. 10.

IX. *Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere* Non significat his verbis Christus iustos esse impeccabiles; aut peccatores non posse facere aliquid boni, vt hæretici nonnulli putant. sed tria docet. *Primo*, iustum, dum iustus est, non posse peccare mortaliter, aut gehennæ reum fieri. cuius rei causam assignat Ioannes: quia semen Dei, id est, gratia, est in illo. Similiter nõ posse eum qui mortaliter peccauit, quamdiu in isto statu est, facere opus aliquod cœlestis gloriæ meritorium. Quia tamen homo mutabilis est, videmus quotidie iustos excidere iustitia sua, ac damnationis fieri reos, peccatores contra, fieri sanctos, ac gloria dignos. *Secundo*, iustum, si ex virtutibus ac gratia; tanquam filius Dei operetur, non posse peccare. posse tamen si ex naturę fragilitate, & tanquam Adæ filius operetur, nam quomodo & artifex, si artis præscripta sequitur bene, sin ab his aberret, male elaborat. sic & peccator, concupiscentiæ consentiens, bonum facere non potest; sequens tamen ingenitam à natura inclinationem, nonnunquam boni aliquid facit: vt si det eleemosynam, honoret parentes &c. neque enim solum in peccatore peccatum est, quod à mala ortum est voluntate; sed & natura, à bono Deo facta. *Tertio*, non posse ex Catholica doctrina oriri nisi bonum. humilitatem scilicet, obedientiam, pacem, vnanimitatem, &c. ex hæreticis cõtra sermonibus, superbiam, seditiones, dissidia &c. Neque est quod contrarium putes, quia videmus nonnunquam aliqua ab eis bona fieri; faciunt enim hæc ex bona naturæ inclinatione, neque per ea cœlum, sed temporalem duntaxat mercedem merentur, vel etiam ex mala faciunt intentione; quo vel alios decipiant, vel calumnientur, atque ita non bona, sed grauia sunt peccata.

Tria docet Christus. *Primum.* Iustum dũ talis est nõ peccare. 1. Ioan. 3. 9

Secundum. Iustum, qui talis non peccare.

Simile.

Tertio. Ex fide Catholica nil nisi bonum

Omnis

X. *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Sententia hæc notatu ſane digna eſt. cum ſit frequés in Scripturis, dixit eam antequam concionaretur Chriſtus, Ioannes Baptiſta: Chriſtus quoque ea poſt vltimam cœnam vſus, cum palmitem, qui non faceret fructum bonum, præcidendum dixit, & in ignem mittendum. Nota igitur *primo*, particulam. *Omnis* à qua nemo excipitur, magnus vel paruus, nobilis, diues, æger, ſanus, Deus enim, qui omnes creauit, perſonas non reſpicit. *Secundo* vocem *fructum*. non folia, id eſt, facundiam, ſubtilitatem diſputandi, eruditionem. neq; enim qui multa ſciunt, & dicũt, ſed qui faciũt, Deo placent. *Tertio*, *fructum bonum*, non magnum, vel ſpecioſum. Pomum, quod ſuadente diabolo guſtauit Eua, pulchrũ viſu fuit, ſed inuexit omnibus mortem. Sunt etiam iuxta mare mortuum ſpecioſa poma, ſed cineribus plena. Magnum videtur ciuitates ac regiones ſubijcere, libros ingentes componere, palatia excitare. Pulchrum videtur pulchre ſe comere, ad menſuram ſaltare, mundo placere, &c. ſed non ſunt fructus *boni* de quibus loquutus eſt Chriſtus. *Quarto, facit*, non *fecit*, aut *faciet*. neque enim ſufficit aliquando fuiſſe bonum, aut fieri velle, ſed perſeuerare in bono oportet. Dixit poſt Chriſtum Apoſtolus, vt *ſine intermiſſione oremus*, id eſt, pie viuamus. bona enim opera efficaces orationes ſunt; atque ita ſemper oramus, ſi opera noſtra bona quotidie Deo offeramus. nihil cupientes, niſi quod ad gloriam eius ſit, & noſtram ſalutem. imo facit hæc oblatio vt opera alias ex ſe indifferentia bona ſint. qualia ſunt comedere, dormire, ambulare, ludere, &c. *Quinto excidetur*. quo verba tria ſignificantur. *Primo*, quod antequam præfixus à natura terminus vitæ veniat, tolletur. iuxta id quod Dauid ait, *viri impij non dimidiabunt dies ſuos. Secundo*, quod mors non erit facilis, ſed violenta: quemadmodum violenta eſt arborum exciſio. Facit huc quod de Theodoro quodã narrat S. Gregorius. qui cũ in cœnobio ſuo non bene viueret, peſte infectus, mortique vicinus, horribiliter clamabat draconẽ adeſſe, qui caput ſuum ori eius infereret, animamque exugeret; tanto dolore, vt præ eo inferni cruciatus eligeret. Neque mirum animam tanto dolore euelli, quæ tam alte terrenis rebus ac corpori

Matt. 3. 10. Ioan. 15. 2. Sex notanda. Primo. Ly. Omnis. Secundo. Ly. fructus. Tertio. Ly fructum bonum. Geneſ. 3. 6. Quarto. Ly. facit. Luc. 18. 1. 1. Theſſ. 5. 17. Quinto. Ly. excidetur. Quo tria ſignificantur. 1. Pſal. 54. 24. 2. Lib. 4. Dial. cap. 37.

ac corpori, toto corde & affectu inhæret. *Tertio*, quod tales à Christo, Sanctisque omnibus æternum præcisi, gloria & bonis omnibus priuabuntur. *Sexto, in ignem mittetur*. Duo sunt in inferno genera pœnarum. *Damni* scilicet, seu priuationis omnis boni; & *sensus*. quas frequenter Scriptura coniungit, & secundum Doctorum, ac præcipue Chrysostomi sententiam, prior non est posteriore minor. Quia vidēt damnati quanto bono exciderint, & quod nihil omnino boni habeant. De priori intelligi potest vocula præcedens, *excidetur*. de posteriori autē id quod hic dicitur, *in ignem mittetur*.

3. *Sexto.* Ly. In ignē mittetur. *Hom. 47. ad populum Antiochen.* Pœna damni, & sensus.

Disce hic *primo*, ignis istius ardorem ac æstum, qui tantus est, vt non corpora solum, sed & animas quoque torqueat. diabolos enim, qui excorpores sunt, ab eo torqueri, testatus est Christus. Scripsit ante quadringētos annos Cæsarius Heysterbacensis, de nobili quodam Waltero, qui cum decumberet in villa Endenig prope Bonnam, ad Rhenum; vidit secus lecticam suam diabolum stantem, caprinis cornibus, & simiæ facie: ex quo, quantus esset inferni ignis ardor, interrogabat. Respondit diabolus. Nosti arces illas in vicino septimontio, dictas Wolckenberg & Drackenveldt. quo adstipulante, subdit dæmon: etiamsi arces hę & montes ferrei essent, proiecti tamen in infernum, momēto citius liquefierēt, quantumlibet magni sint, alti, & lati. Neque habent verba hæc, etsi à Diabolo dicta, vllum dubium. cum ignis hic sit æternum, ineffabilis iræ Dei, instrumentum. Disce *secundo*, Iustè peccatores, in futuro sęculo, præcipitandos in ignem tenebrosum. secuti enim sunt, dum viuebant, tenebrosum ignem noxiarum cupiditatum. Iusti contra, qui claro diuini amoris lumine flagrarunt, maiori fulgebunt gloriæ lumine. *Tertio*, Peccatores non deportandos in infernum commodè; sed violente præcipitandos; lapidis molaris instar, qui mittitur in mare, vt scribit in Apocalypsi sua Ioannes. *Quarto*, peccatores in inferno componendos instar ligni aridi, quod mouere se non potest, aut igne educere, sed in se habet materiem nutriendæ flammę. damnati enim sibi ipsis opitulari non possunt, nec cruciatus euadere; sed habent in se peccatum, quo ignis infernus nutritur, vt terrestris noster oleo, vel ligno: hac tamē dif-

Quatuor documēta. *Primum. Matt. 25. 41. Lib. 12. in princ. cap. 5.* *Exemplū.* Aestus inferni. *Secundo.* *Tertio.* *Apoc. 18.* *Quarto.*

differentia, quod lignum omne tandē consumatur, damnati vero ardeant in perpetuum, sine vlla consumtione, neque enim annihilantur ipsi, neque tormenta eorum minuuntur, sed augentur potius. Time itaque infernum, & vitam corrige. si enim qui non fecit fructum bonum, id est, bona opera in ignem mittendus sit: quid ei fiet qui multa fecit mala?

XI. *Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Examina fructus tuos, vt cognoscas vtrum bona arbor sis. Oporteret examen hoc fieri quotidie, vesperi præsertim ante somnum, ne noctu inopinato excidaris. In alijs vero hominibus nunquam opera ex animo censeas, sed magis animum ex ipsis operibus. sunt qui proximorum opera omnia iudicant mala, siue orantes videant, siue ieiunantes, eleemosynam facientes, Confessionis & Eucharistiæ Sacramenta frequentantes, cum Religiosis agētes, sæculi pompam & fastum exuentes, &c. omnia hypocrisin dicunt, superbiam auaritiam, sensuum oblectamenta, cōmoditatem, aut aliud quid simile. Inuadunt hi quod Dei est; cui soli cōuenit vt corda scrutetur. Nobis autem aperte istud interdixit Apostolus. *Nolite ante tempus iudicare, quoad vsque veniat Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium*, videlicet tempore iudicij, vbi omnes aperientur cordium intentiones. Imitantur præterea pręposteri isti iudices diabolum, qui bona B. Iob opera, tanquam si non propter Deum ea, sed temporalis commodi caussa fierent, calumniatus est. Quoties ergo videris aliquem boni aliquid facientem, caue à suspicione mala, nisi euidenter tibi de intentionis prauitate aliunde constet: vt quia hæreticus est, aut hominum seductor. Licet interim homini ne fallatur timere nonnunquam malum in subditis, pręsertim quos gratiæ, fauorisque sui videt ambitiosos. Porro, etiam cum opera vides quæ mali speciem habent, noli præcipitare iudicium: sed vide vtrum in bonum explicari possint, siue propter bonitatem intentionis, siue propter alias circumstantias. quod si fieri possit noli ea detorquere in malum: est enim ista diaboli indoles. si vero fieri non possit, tantum saltem excusa quantum excusari possunt: siue quia vehementi tentatione victus, siue propter ignorantiam; quomodo

[Margin notes: Quotidie examināda nobis nostra opera. — Non aliena. — Ierem. 17. 10. — 1. Cor. 4. 5. — Iob. 1. — Cauendum à mala suspicione.]

modo excusauit Christus eorum, à quibus crucifigebatur, peccata. siue demum quia in præsenti de peccato iam commisso dolet. Imo compatere ei, ac pro eo deprecare, labora vt ad conuersionem adducatur, aliosque eo instiga, tibi metuens ne similiter aliquando labaris. *Luc. 23. 34.*

XII. *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.* Magnum hinc apparet discrimen inter mũdi, ac cœli regnum. mundus enim adulatores honorat, qui os alijs sublinunt; cęlum non item. neque enim loquaces, sed factores quærit. Deus odit thus aulicũ, amator operum bonorum. Multa sunt hominum genera quæ illud Domine, Domine, ingeminant: atque à Christo hic repræhenduntur, quia Dei voluntatem negligunt. *primo*, hęretici qui semper Dei verbum crepant, & Euangelium. interim dissidia in Ecclesiam, contra Euangelium inuehunt. *Secundo*, quibus fides semper in ore est, & misericordia Dei, cui fidunt sine bonis operibus. *Tertio*, quibus omnis deuotio est in orationibus, concionibus, & sacris audiendis, si diu in templis sint, multa legant, nihil interim de expugnandis animi affectionibus, superandisque peccatis solliciti. Duo sunt bonorum operum genera: quædam facilia sunt, vt audire Missam, & quæ modo enumeraui; quædam difficilia vt victoria sui ipsius. Vtraque vero Deo grata sunt, exercerique ab omnibus debent, præcipuè tamen ea quę posterioris generis sunt, quibus à peccato ad perfectionem educimur, vnde dixit de eis Christus, *hæc oportet facere, & illa non omittere.* *Quarto*, qui de alienis queruntur vitijs, nec sua tamen expugnant. & qui *festucam vident in oculo proximi, trabem vero non vident in proprio.* Sunt inter hos hypocritæ, qui proximorum videtur opera corrigere, sed mala in cordibus eorum. Refert de S. Fortunato Episcopo Tudertino in Italia, S. Gregorius: quod magnam habuerit eijciendorum ex hominibus dæmonum gratiam: cumque aliquando aliquem eiecisset, venit ille habitu peregrini, ac vespere plateas obambulauit clamãs. Ecce quantæ sanctitatis est Episcopus Fortunatus, qui me peregrinũ hospitio eiecit; & nunc per vrbem totã aliud hospitiũ quę-

Varij clamantes Domine, Domine. Primo. Hæretici. Secundo. Præsumtuosi. Tertio. Deuotarij.

Duplicia bona opera.

Luc. 11. 42. Quarto. Quęrulosi.

Matt. 7. 3.

Lib. 1. Dial. cap. 10.

Exemplũ.

rens nihil inuenio. Audiuit hæc ciuium vnus, cum coniuge & infante assidens foco; itaque peregrinum in domum suam aduocat, & ad focum adducit, postquam illatam ei ab Episcopo iniuriam intellexisset. Sed considentibus illis, & fabulātibus, insilijt in infantem diabolus, eumque in ignem præcipitauit. qui & statim mortuus est. viditque tunc parés quid fecisset, aut quem suscepisset hospitio. Videbatur intentio quidem eius bona, quod peregrinum ab omnibus exclusum exciperet; non tamen Gregorio teste erat syncera, eo quod per apparens misericordiæ opus, Episcopi sui intendebat reprehensionem, tanquam si minus proximum amaret. Talis etiam fuit Rex Saul; qui sub prætextu sacrificij, pecora Amalec, contra quam ei præceptum fuerat, seruauit. Imitantur eum omnes, qui sub virtutis specie, inobediētes sunt, ac tectè apud se ipsos Superiorum mandata reprehendunt. *Quinto*, qui Deum non labijs solum & ore honorant, sed aliquam interdum experiuntur suauitatem, ac deuotionem in suis meditationibus, ac nihilominus permanent in peccatis suis. Loquebatur cum Deo Balaam, habebatque deuotionem magnam cum Israelitis benedixit, orauitque, *moriatur anima mea morte iustorum*. erat interim malus, & peccatorum multorum occasio. Scribit de Guilielmo duce Iuliacense sui temporis Cęsarius; quod festo natiuitatis Domini, sub tribus missis, tantam audierit cantus suauitatem, vt paratum se diceret omnia relinquere, si vel semel adhuc eum audire posset; & tamen malus erat. Quare si in cælum vis admitti, nō sufficiat tibi fides, & verbi diuini auditio, displicentia peccati alieni, percepta quædā in orationibus suauitas, ac dulcedo, &c. vult enim Christus bona opera. Non sanat infirmum quod libenter Medicos audit de sanitate discurrentes, sed quod consilijs eorū obedit. quo perfectius Dei obedis volūtati, eo habebis digniorem in cælo sedem. Viduæ & coniugatę ingrediuntur quidem, si Dei mandata seruent; Virgines tamen, quarum sponsus Christus est, sequuntur agnum multo vicinius, & quocunque ierit: qui vero omnia propter Christum relinquunt, ac Religionem ingrediuntur, adhuc erunt viciniores, imo sedebunt cum Christo iudices, super sedes iudicantium,

1. Reg. 15.

Quinto. Qui aliquādo bene afficiuntur nec tamen peccata sinunt.

Num. 23.

Lib. 12. c. 5.

Apoc. 14.

tium, ac ſententiam perpetuo duraturam pronuntiabunt. faciunt primi voluntatem Dei bonam, ſecundi beneplacentem, tertij perfectam. de qua ſcribit ad Romanos Aſtolus. *Rom. 12.*

Diſce hic *primò*, bona opera ad ſalutem eſſe neceſſaria. *Secũdo*, voluntatem & opera noſtra, voluntati diuinæ debere conformari. Sola enim hæc bona eſt, & recta: cæteræ omnes malę, & obliquæ, ac propterea voluntatem tuam voluntati diuinæ coniunge, vt & ipſa ſic recta fiat, ac in cœlum admittatur. quicquid enim obliquum eſt, & deorſum inflexum, in infernum decidit. Si tibi ſanitatem, honores, diuitias, velit Deus: velis & tu, ac gratias age. ſin contra morbos velit, paupertatem, contemtum, aut aduerſa. velis & tu. prior enim voluntas facilis quidem, poſterior ſaltem vtilis, & ſalutaris. nam ſi in omnibus diuinæ voluntati te conformes, non peccabis. ſola enim propria voluntas in inferno ardet; Dei autem voluntas cœlos implet; & niſi propria voluntas eſſet, teſte Bernardo, infernus non eſſet. ſi omnes Dei faceremus voluntatem, ſaluaremur.

Conformari debet volũtas noſtra diuinę.

Ser. 1. de reſurrect. Domini.

Cognoſcitur autem voluntas Dei ex mandatis eius, & Eccleſię, ac legitimorum Superiorum: præterea ex inſpirationibus bonis, quæ iudicium Dei nobis proponunt, ſuadentque vt tales viuamus in præſenti, quales coram Deo volumus in futuro inueniri. Fac ita nec pœnitebis neque errabis à via.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, Doctor & protector hominum qui omnes ouiculas tuas in Ecclesiæ pascuis custodiri vis illatas, & tanquam arbores bonas in feracissimo hoc horto bonos ac salutares facere fructus, studioseque à tectis lupis alijsque animantibus sibi cauere, mundi huius nequitiam vides, & falsos, quibus scatet, Prophetas: Suppliciter te rogamus, Ecclesiam tuam sanctam libera ab impostoribus omnibus, lupos sanguinolentos in oues transmuta placidas, id est, hæreticos incredulos intimoratos Christianos: aut dolos eorum destrue ne simpliciores fideles abducant. Dona nobis miseris peccatoribus gratiam, vt omnes errores hos ex nostris nasci videamus peccatis; vt vitam emendemus. hæreses detestemur ac fugiamus, fructus fructificemus bonos, ac simulationem omnem exuamus. Vt ex aliorum erroribus, ac vitijs non detrimenta sed emolumenta capiamus, effice: mali scilicet displicentiam, boni studium, veritatis inquisitionem diligentem, & falsitatis oppugnationem. Apud nos mane, in nobis habita, ne labijs te honoremus ac inuocemus, sed corde ac iustis operibus. Atque ita regnum cœlorum tua gratia promeramur. Amen.

DOMI-

DOMINICA VIII. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Luc. 16.



IXIT Iesus discipulis suis hanc similitudinem: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illũ, & ait illi. Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus Domini sui, dicebat primo: Quantum debes Domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq́; illi: Accipe cautionem tuam, & sede citò, scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit Dominus Villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius sæculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis; vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Compendiosa Euangelij exegesis.

DEDERAT cap.15. Lucæ, quod antecedit presens Euangelium, Christus cōtra Iudeorum murmurationem tres parabolas. quibus rationes proponebat, cur cum publicis peccatoribus ageret, & comederet, eosque admitteret: nimirum propter misericordiam suam, quæ ex celis eum in terram exciuerat, vt peccatores quæreret, sicut pastor centesimam ouem quæ errauerat, & mulier drachmam perditam. item propter suscipiendos in gratiam peccatores iam cōuersos, sicuti pater suscepit filium prodigum; atque vt ipsi similiter misericordiam discerent, & proximorum subleuationem, per dona sibi à Deo concessa. addidit parabolam præsentis Euāgelij, in qua discerent se non esse suorum bonorum Dominos, sed receptores tantum, & quæstores; qui de receptis omnibus & expēsis rationem Domino, cum ei placuerit, reddere debeant. Non tamen ipsis, sed discipulis suis, ipsis presentibus, dixit parabolam hāc: vt tanto libentius eā admitterent, considerātes non tā se per eā corripi, quā discipulos instrui. Querebat enim Christus modos omnes, vt Pharisæis & Scribis succurreret, etsi, vt apparet, frustra. nā quia auari erant, Dominum, audita prius hac parabola, deriserunt. Est autem parabola de homine quæstore, qui subito & imparatus vocatur, vt rationem reddat: & attonit⁹ de difficultate cōputus sui, cū nesciret qua via insisteret, vtpote officio exauthorandus, & quia opificiū nesciebat, nec labori adsueuerat nec mēdicitati, tandē illud excogitauit, vt cōtraheret cū Domini sui debitoribus amicitiā, benefaciēs eis, dum

eis, dum adhuc eorum chirographa sub manibus haberet. Conuocatos igitur, noua iubet Chirographa, minoris multo obligationis & debiti, conficere: ac priora eis reddit, aut frangit, sperans se ab eis in simili necessitatis casu, cum priuatus scilicet fuerit, officio suo, non deserendum. sed à beneficij præstiti memoribus recipiendum, ac iuuandum. Dominus autem audito quæstoris astu, laudauit eum, etsi sibi noxium, placuit enim solertia ista & in necessitatis articulo dexteritas. quæ tamen mira non est: quia filij huius sæculi, prudentiores sunt ad lucra sua, & diligentiores, quam sint filij lucis in his, quæ ad salutem animæ faciunt. Ideoque monet tandem Christus discipulos, & Christianos omnes, vt in lucro spiritali quæstorem hunc imitentur, ac cogitent *primo* non esse sua quæ ipsi possident. *Secundo*, reddendam de omnibus Deo rationem. *Tertio* tempus rationis esse incertum, ac opinione forsan propinquius. *Quarto* nihil esse vtilius ad inueniendum post hanc vitam auxilium, vt non excludatur quis ex numero amicorum Dei, quam eleemosynas & charitatis officia, iuxta conditionem & facultatem, præstita; siue in corporalibus siue in spiritualibus misericordiæ operibus.

Documenta octauæ Concionis.

DIXIT *Iesus discipulis suis parabolam hanc.* Postquam superiori Euangelio docuit Ecclesia, vitandos esse falsos Prophetas, ne per hos in peccata labamur, nunc commodum proponit modum, è peccatis in quæ lapsi sumus resurgendi. idque per parabolam, quam Discipulis suis Christus dixit, non vero Pharisæis & Scribis, cum quibus antea fuit diu locutus.

Quatuor rationes cur parabola sit ad discipulos prolata.

Prima. Aliorum incapacitas. *Secunda.* Nostra admonitio. *Psalm. 15. 5.* *Tertia.* Doctorum instructio. *Act. 4. 34.*

cutus. *Primo,* quia propter nimiam auaritiam & superbiam, idonei non erant quibus tam præclara doctrina diceretur. etsi eam discipulis dictam audire potuerint. *Secundo,* vt caueant Christiani omnes, qui discipuli sunt Christi, ac præcipue Ecclesiastici & Religiosi, ab auaritia: Ecclesiam cogitantes, non diuitijs, sed paupertate fundatam. cuius primi fundatores, Apostoli nimirum, pauperes fuerunt, & quicquid Ecclesiastici habent eleemosyna est. Sunt enim in domo Dei, ac proin dicere debent *Dominus pars hæreditatis meæ, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.* *Tertio,* vt Ecclesiæ Doctores, qui hic per discipulos figurantur, eisque in officio docendi succedunt, hominibus diuersa proponant ad salutem media, viamque eis facilem reddant, quo plures ad eam alliciantur. Quidam enim eo ieiunijs perueniunt, & vigilijs, ac corporis castigationibus. quidam orationibus, meditationibus. Qui vero ad hæc idonei non sunt, eleemosynis peruenire possunt, & misericordiæ operibus, tam corporalis, quam spiritualis, atque per hæc pro peccatis satisfacere. *Quarto,* vt Christianis omnibus, ac præcipue Ecclesiasticis, commendata sit sicuti fuit Apostolis pauperum cura; qui non permiserunt, Luca teste, vt quisquam egens esset inter eos.

II. Homo ille quis. *Matth. 8. 20.* Quomodo diues? *Matth. 28. 18.* *Ephes. 2. 4.* *Rom. 10. 12.*

Homo quidam erat diues. Diues homo citra dubium Christus est. qui cum in terris fuit, secundum humanam naturam tantę erat paupertatis, vt non haberet quicquam proprium: imo vt ipsemet testatur ne quidem vbi caput reclinaret. Diues interim meritorum, & bonorum spiritualium. quibus ita abūdabat, vt pro omnium, qui fuerunt & futuri sunt, etiamsi multi adhuc essent mundi, peccatis potuerit satisfacere, omnium animos gratiæ suæ radijs collustrare, & ornare virtutibus. Et nunc in cęlis sedens ad dexteram Dei Patris omnipotentis, omnia habet in manu, *Dataq; ei est omnis potestas in cœlo & in terra.* Super omnia tamen diues est in misericordijs, præsertim in eos, qui toto corde inuocant & colunt illum. vt proin ab eo omnia expectare possimus, à quo quicquid habemus accepimus. Nullius regum tantus est thesaurus, vt in annos singulos subditorum cuilibet donare possit talen-

tum.

tum. CHRISTVS vero etiam quotidie, multo maiora nobis largitur, sine aliqua thesauri sui imminutione vt propterea vere diues sit, ad cuius ianuam omnes sine verecundia mendicemus. Quærunt aliqui: Cur ergo tot habet filios pauperes, qui volunt placere illi, nec cessant ab orationibus? Respondeo. id fieri. *Primo,* quia dispensatores eius fideles non sunt. opulentos dico, quia omnia sibi reseruantes, Dei filijs etiam si fame pereant, non subueniunt. *Secundo*, quia nonnullis diuitiæ inutiles sunt, & ipsi eis possidendis inidonei. quibus prestat in patientia Deo seruire, & labore manuum victum quærere. sicuti enim pueris pecuniæ multæ non sunt vtiles; sic aliquibus diuitiæ. Vult Christus vt omnes eum imitentur, diuites erogando sua, quemadmodum sua nobis erogat ipse; pauperes autem tolerando aduersa, quemadmodum ipse *pro nobis egenus factus, cum diues esset.*

Iacob.1.5. Quæstio. Cur Christi cultores pauperes. Responsio. 1. Defectu dispensatorũ. 2. Quia ipsis expedit. *Simile.* *2.Cor.8.9.*

Porro secundum diuinam naturam, diuitiæ eius diuitias omnes transcendunt. neque enim omnia solum ipsius sunt, sicuti in Psalmis dixit, *meus est orbis terræ, & plenitudo eius.* sed & in ipso omnia sunt. cum Deus infinitum sit bonum, in quo omnis est pulchritudo, diuitiæ, potestas, & omne quod bonum est.

Christus ditissimus secundum Deitatem. *Psal.49.12.*

Quærunt docti. vtrum maius sit. Deus solus, an Deus cum vniuerso. & respondent. Vniuersum cum Angelis, & Beatis in cœlo, ac creaturis subcœlestibus omnino nihil ad Dei magnitudinem adijcere. *Primo.* quia Deus & attributa eius infinita sunt: infinitum vero nullo addito augeri potest. quemadmodum si filum daretur infinitæ longitudinis, non posset longitudo eius augeri etiam appensis pluribus filorũ vlnis. *Secundo,* quia vniuersum hoc in Deo, quam in se ipso, longe est perfectius. In ipso, quod factum est vita est, in se autem ex maiori parte vita destituitur. Sicuti ergo regi alicui potentissimo, non crescunt diuitiæ si exilem ei chartam des, cui inscriptum sit trifolium. quia & charta exigui est valoris, & habet ipse trifolia viua, pictis multo meliora: sic & Deo post conditum terrarum orbem nihil accessit. Discat hic Christianus ad illas aspirare diui-

Quæstio. Responsio. 1. *Simile.* 2. *Ioan.1.4.* *Simile.*

Mat. 24. 47. diuitias, quæ in Deo sunt. quas si possidere velit, seruiat Deo, & constituet te super omnia bona sua.

III. Villicus quis? *Qui habebat villicum.* Villicus iste, homo est, qui propterea singulari numero exprimitur, etsi plures sint, quia nõ minorem à singulis rationem exiget Deus, quam si solum vnus esset. Vides hic aliter de nobis loqui Christum, quam nos loquamur. Dicimus nos; Hæc mea sunt, mea domus, & vt Nabuchodonosor, mea ciuitas. *Nonne hæc est*, ait, *Babylon magna quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei.* sic apud Ezechielem Pharao. *Meus*, ait, *est fluuius*, scilicet Nilus; *& Angelus*, id est Episcopus Laodiceæ, de seipso dixit, *diues sum & nullius egeo.* alij autem, *Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est?* Aliter vero Christus. Quæ vestra dicitis, ait, vestra non sunt, neque eorum vos estis Domini; sed mea sunt, vos autem dispensatores tantum, nolite falli. dixit etiam Christo diabolus *Omnia regna orbis terræ mihi tradita sunt, & cui volo do illa.* sed mentiebatur. Noli itaque loqui sublimia glorians, ne Nabuchodonosoris te pœna inuoluat, quem nimia superbia, mente & regno per septennium emouit, & inter feras habitans fœnum sicut bos comedit. Quin magis humiliter cogita. *Primo*, Nullius te rei esse Dominum, sed acceptorem solum & dispensatorem. Deus est omnium verus Dominus, & licet omnipotens, alienare tamen à se etiam cum dilargitur nihil potest: alioqui si quid esset à Dominio eius exemptum, imperfectus foret. *Secundo*, in quantacunque etiam dignitate sis, nihil esse eximium, sed conseruum omnium, ac tanto in reddenda Deo ratione obligatiorem, quanto maiora acceperis dona. Ita fiet vt neque in dignitate superbias, neque in humilitate magna appetas. *Tertio*, Debere te Deo quotidianas gratias, pro vsu commissarum tibi rerum. adeo enim necessariæ sunt, vt sine eis esse non possis, & si eis careres, aliquando omni eos pretio & labore redimeres: quid non tentares cæcus pro lumine oculorũ? mutus pro loquela? surdus pro auditu? claudus pro gressu? æger pro sanitate? Quid faceres destitutus beneficio aëris, aquæ, ignis, aut similium vitæ necessariorum? & quia omnia hæc demereris quotiescunque Dominũ tuum offen-

[Margin notes: Dan. 4. 27. — Ezech. 29. 3. — Apoc. 3. 17. — Psalm. 11. 5. — Dan. 4. 22. — Homini cogitandum. Primo. Dominium penes Deũ. — Secundo. Se conseruum aliorum. — Tertio. De gratitudine.]

offendis, rationi omnino consentaneum est, vt pro concesso eorum vsu gratias ei agas. *Quarto*, Erectum te à Deo ad dignitatem magnam, cum quæstor es constitutus ac dispensator bonorum eius. etsi enim absolutam non habeas proprietatẽ, omnium tamen acceptor es, & dispensator, ac procurator. Animam cura vt virtutibus ornetur, est enim hæc pretiosissimus Dei thesaurus: corpus vero vt in operibus bonis exerceatur; proximos, ne scandalisentur in te; mundum, ne temporalia bona profundas. Quin commendauit tibi honorem quoq; suum Deus, vt eundem in omni re promoueas. *Quinto* cogita quod sit dispensatoris boni officiũ, vt talem te perfectum exhibeas. *Primo*, Debet commissa sibi Domini sui bona, vt ea colligat, internoscere; aliorum vero negotijs se nunquam immiscere. *Secundo*, Dispensare ea debet secundum beneplacitum Domini sui, atque ibi magis, quo scit magis propendere Domini sui voluntatem. *Tertio*, paratus esse debet ad reddendam rationem: imo & ad discessionem ab officio, pro Domini sui voluntate. neque enim nisi minister est, & mercenarius. Hæc ergo omnia tibi similiter, si verus Dei cultor esse velis, facienda sunt. *Primo* aliorum te rebus non misceas, eorum honorem tollens, aut bona. vide quidnam tibi commiserit Deus, quæ bona, honores, dona, officia. si doctus es, vel eloquens, nobilis, diues, fortis, & valens; Dei hęc agnosce munera, eique gratias age. nihil enim habes quod non ab illo descenderit. *Secundo*, dispensa hæc omnia ad honorem Dei, eiusque beneplacitum, nempe ad proximorum vtilitatem. sicuti enim omnes Regum cogitationes regni promotionem spectant; sic & voluntas Dei Ecclesiæ spectat promotionem, & fructum, pro quo diuersa instituit dona, ac eorum vnicuique necessaria assignauit media. Ecclesiasticus Magistratus animas regit, Concionatores, & Confessarij populum docent, Sæculares Principes Ecclesiam tuentur, diuites sunt eleemosynarij Dei &c. Vnicuique mandatum est de proximo; ita tamen vt se ipsum nemo negligat, cum & ipse Reip. Dei membrum sit. Ideoque sicuti Superior regit se ipsum, Doctor se docet, Princeps se tuetur, sic & diuites possunt concessis sibi à Deo opibus, ad propriam vti necessitatem, pro

Quarto. Dignitas adiuncta dispensationi.

Matth. 5. 16.

Quinto. Dispensatoris officium.

1. Domini bona agnoscere.

2. Dispensare ad voluntatem Domini sui.

3. Reddere rationem.

Primo.

Secundo.

Simile.

Ephes. 4. 11.

pro status gradúsque sui conditione; cætera pauperibus impendentes. Cauere tamen debent, ne secundum diuitiarum quantitatem statum suum inaltent. neque enim propterea eas à Deo acceperunt, vt proportionaliter familiam, & sumtum exaltent, atque ita vel parum, vel nihil pauperibus seruent. sed vt tanto liberaliores essent in pauperes. *Tertiò*, omni momento paratus sis discedere ab officio, id est, ab hoc seculo, pro beneplacito Dei Domini tui, & illi rationem de omnibus exhibere. Neque enim Deus, Dominus tuus, Dominos imitatur huius mundi, qui tempori præmonent exauthorandos à se quæstores, vt ita de alio sibi loco prospiciant, vel ministerio. Hac de lege creauit vt citare te possit cum velit, ante iam præmonuit quod vocaturus sit cum minime credis, secuti fur in nocte, improuisus domos penetrat, vt furetur. atque facit hoc frequenter, vt quotidianis subito morientium exemplis patet. premonuit quoque rationem fore admodum exactam, nulla facta condonatione. Proferet cogitationes otiosas, ac verba omnia, de eis rationem exigens: imo bona quoque opera examinabit, an ex omni parte irreprehensa sint, cum debitis circumstantijs; quicquid vero vitij fuerit arguetur. Cogita hic, quod si Regum quis eisdem his legibus te bonorum suorum dixisset quæstorem, nempe vt exauthorare te posset pro arbitrio, rationem & computum exigere non præmonito, ac quod pro omni errato etiam minimo publice, vel flagellandus, vel alia pœna afficiendus esses; nunquid omni studio aduigilares, vt in omnem partem tutus fores, ac quotidie serio rationem subduceres? præsertim si paucos scires ante te questores, sine publica in eos animaduersione, euasisse. Fac ergo & nunc ista para in futuro seculo domum, examina conscientiam, peccata saltem hebdomadatim Sacerdoti confitere. sic enim reddes Deo rationẽ, & ab eo per Sacerdotis ministerium, & sacramentalem absolutionem, accipis omniũ præcdentiũ debitorũ certam remissionem, ac apocham, quam cum post hanc vitam in extremo iudicio ad Christi tribunal exhibebis, vere eris absolutus. Ita fac vt consulo. post hanc enim vitam examen est strictum, & remissio nulla.

Tertiò. *Matt. 24. 43.* *Simile.* Quomodo optime subducantur nostræ rationes.

Hic

Hic diffamatus est apud eum, Non indiget accusatore Deus, qui peccantium vitia ei significet. Videt enim omnia, nec à longe sed *è vicino Deus*; est enim personaliter vbique, etiam in nobis, & quidem vicinior quam simus nobis nos ipsi. *In ipso*, ait Apostolus, *viuimus, mouemur, & sumus*. Ideoque mirum est quomodo audeant peccare homines, non facto solum, aut verbo; sed & animo. videt enim & reseruat omnia Deus. Iniurij in eum sumus, quia aut non cogitamus ꝙ omnia sciat, aut cogitamus, quod ea negligat; quasi ligneus esset, aut saxeus, sine sensu ac intellectu. Dicit interim Christus diffamari peccatorem: vt peccata significet à pluribus, & non à se solo videri; qui etiam ea non tantum videant, sed & per illa offendantur. *Primò*, sunt Angeli, qui de peccatis nostris tristantur, propter nascentia nobis inde incommoda, & irascuntur propter factam Deo iniuriam. Vibrauerat gladium Angelus vt occideret Balaam, nisi declinasset asina. Daniel quoque senioribus Babylonicis dixit, paratum esse Angelum, vt secet eos medios. *Secundo*, Circueunt nos dæmones, qui scrutantur omnes actus nostros, & de his apud Deum nos semper accusant, quicquid agimus; vti ex accusatione S. Iob patet, in malum detorquentes. Ideoque & *accusatores fratrum*, id est, Christianorum vocantur. Neque accusant solum, sed & peccata omnia annotant, & catalogum suum, ne quid impunitum prætereat, in iudicio exhibebũt, cathalogus hic vnus librorum est, de quibus Ioannes dixit, mortuos ex eis iudicandos; & de eo testatur Beda iuuenem aliquem in agone peccata sua in eo descripta vidisse, vt alibi [a] referam. *Tertio*, accusant nos multis modis homines. scilicet, *quia eos opprimimus*, quomodo Israelitæ clamauerunt ad Dominum contra Pharaonem. & merces operariorum qui fraudãtur, clamat ad Dñm. *Vel* quia eis quos opprimim⁹ cõpatiũtur. queadmodũ serui videntes conseruũ suũ à conseruo inclemẽter, ꝓpter debita, cõstringi. *vel* quia nõ sustinẽt iniuriã Deo factam; sic de Achab & Iesabele questus est Elias, *Altaria tua Domine suffoderũt. & Prophetas tuos occiderũt, & insuper quærunt animã meam vt auferant eã, vel* ꝓpter exemplũ & doctrinã q̃ eis damus malã. sic parẽtes & Præsides suos malos, filij accusãt, & sub-

IV. Deus è proximo inspicit nos. Act. 17. 28.

Multi qui peccata nostra accusant. Primo Angeli.

Num. 22. 31. Dan. 13. 59. 2. Diaboli.

Iob. 1. 11. Apoc. 12. 10.

Apoc 20. 12. Lib. 3. hist. Anglic. ca. 14. a Dom. 24. post Pen. §. 5. 3. Homines cur. 1. Exod. 3. 7. Iacob. 5. 4. 2. Matth. 18. 31. 3. 3. Reg. 19. 10. 4.

4. Creaturæ mutæ. & subditi, etiam cum tacent. magna enim & sufficiens accusatio est, malitiæ eorum imitatio. *Quarto*, Accusant nos creaturæ mutæ, quibus abutimur, & quas peccando ita inquinamus, vt ante extremum iudicij diem igne purgari debeant. *Abacu.2.11.* sic apud Abacuc *lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est respondebit*. *Rom.8.22.* sic Apostolus creaturas omnes dixit *ingemiscere*, quasi peccatorum, quibus eas grauamus, sarcina angustiatas. 5. Ipsa peccata se. *Quinto*, Peccata ipsa sui turpitudine vindictā clamant. *Gen.18.20.* talis enim erat clamor Sodomorum, & sanguinis *Gen 4.10.* Abel. Est enim peccatorum foetor tam grauis, vt Deum ad *Psalm.37.6.* eorum extirpationem impellat. Queritur de hoc Dauid, *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, & facie insipientiæ meæ:* quęritur Iob dicens, *Iob.16.8.* *Rugæ meæ testimonium dicunt contra me*. *Sexto*, 6. Conscientia. Accusat nos vti Paulus & Ioannes testantur propria conscientia, *Rom.2.* *1.Ioan.3.* quod & quotidie experimur. Dedit enim ineffabili bonitate sua Deus nobis monitorem domesticum, ac intraneum, conscientiam scilicet. quem si non audimus nos, audiet Deus. *Rom.2.5.* *Marc.9.48.* cuius accusatio teste Apostolo, grauissima erit in extremo *iræ & reuelationis iusti iudicij die*. Quin & in inferno vermis, de quo dixit Christus quod non moritur, conscientia ipsa est. Quare quisquis es, ô Christiane, antequam pecces, cogita non esse te solum, sed cum Deo quem offendis, cum Angelis quos contristas, cum diabolis quos exhilaras, cum creaturis quas inquinas, cum conscientia quam saucias. Pulcra Ratio deterrendi à peccatis. Ab his omnibus turpitudinis tuæ tibi oriatur detestatio, & malitiæ timor. omnes enim in te insurgent, testes peccatorū tuorum, & vindictam flagitantes ne quid impunitum maneat.

V. Triplicia nostra bona.

Quasi dissipasset bona ipsius. Tria bonorum genera accepit homo; animi scilicet, corporis, & fortunæ; qualia sunt diuitiæ, & honor omnia hæc peccator dissipat. Quo ad animum accepit, 1. Bona animi quomodo dissipemus. *Primo*, Dona naturalia verbi gratia intellectum, memoriam, voluntatem, & alias potentias quæ ab anima corpori communicantur: hæc peccato quidem non plane tolluntur, vulnerantur tamen grauiter, & impediuntur, *2. Tim.2.26.* *vt iam non quæcunque volumus faciamus*. alligantur enim Apostolo teste à diabolo & captiua detinentur ad voluntatem eius, adeo vt

nobis

nobis sint inutilia ad salutem. *Secundo*, Dona supernaturalia. verbi gratia, iustitiã, virtutes, merita, bona opera. quæ omnia etiam per vnicum mortale peccatum tollũtur. Dixit per Ezechielem Deus, quod *cum auerterit se iustus à iustitia sua*, id est, si mortaliter peccarit, *omnes iustitiæ eius quas fecerat non recordabuntur amplius*. Orationem, ieiunium, eleemosynam, magno thesauro præstare, testatus est Thobiæ Rephael. vocat enim hæc Christus *thesauros in cœlo*. hęc ergo qui amittit, maiorem quam totius mundi iacturam facit. Ideoque quoties ad peccatum prouocaris, cogita quid facturus esses, si quis tibi omniũ consuleret bonorum vẽditionem, ac pretij proiectionem in mare. credo consuli tali, etiam amicissimo, non obaudires. Ac propterea potiori iure nec Diabolo, maiorem multo iacturã suadenti, obaudias; cum neque amicus tibi, sed capitalis & quasi natiuus hostis sit. 2. Quomodo dona supernaturalia. Ezech. 18. 24. Tob. 12. 8. Matth. 6. 19.

Quoad corporis bona, ea certe peccatis plurimũ dissipantur. nam *primo* nocet peccatum omne valetudini; auaritia melancholiam, ira apoplexiã, gula alios morbos generat. anima enim malesana, partem sui mali ad corpus transfundit. *secundo*. peccatum præcidit vitam. Attingebant primis mundi initijs homines millesimum prope annum, nunc *vita hominis vix septuaginta anni*. quin de impijs dixit Dauid, *quod non dimidiabunt dies suos*, id est, dimidiatam vitæ partem vix attingent. *tertio*. reddunt peccata corpus ineptum bonis operibus, propter inclinationes, & habitus prauos. Ebriosi ieiunio, auari eleemosynis, superbi humiliationibus non sunt idonei. & quanto quis in peccatis diutius permanserit, tanto impedimenta hæc magis roborantur. Ideoque citissime ab eis te expedi. stultum enim est, cum tempore se vitamque corrigere; tempus namque non tam iuuat quam grauat. Bona Corporis quomodo dissipentur? 1. Valetudo. 2. Vita. Gen. 5. Psal. 54. 3. Inhabilitat corpus.

Fortunæ denique bona dissipantur per peccatum. *primo*. quia non attingunt finem propter quem nobis collata fuerant; nempe meritum cœlestis gloriæ. quin potius tormenta, & cruciatus inferni eis mercamur. iuxta quod dixit Iacobus, *Aurum & argentum vestrum*, auaris loquitur, *æruginauit, & ærugo in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras, sicut ignis*. similiter peccatori dixit Apostolus. *Thesaurizas tibi iram in* Fortunæ bona vt dissipẽtur. 1. Iacob. 5. 3. Rom. 2. 5.

die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. secundo. quia tandem sine vllo fructu à nobis auferentur cum morimur. *tertio.* quia frequēter Deus à peccatore bona aufert, & honorem; vnde apud Oseam. *Ego argentum multiplicaui ei & aurum quæ fecerunt Baal. idcirco omnia mihi assumam iterum.* Hinc auarorum pecunia æruginat, frumenta putrescunt, vestes comeduntur à tineis, bona à furibus rapiuntur, aut militibus. Te vero dissipationes has fuge, domino tuo seruus bonus & fidelis.

Osee. 2. 8.

VI. *Et vocauit illum & ait illi.* Vocatio hæc non est illa quæ fit per mortem: tunc enim nemo potest sibi amicos facere, nemo mereri, aut aliud quid pręstare ad salutem vtile, quale hic pręstat villicus. sed est vocatio pręsentis vitę, siue per signa exteriora, vt conciones, monitiones, prospera, aduersa, & similia; quæ vt ad se nos trahat immittit Deus; siue per interiorē conscientiæ, & animi motionem. Tunc enim vocamur efficaciter cum vocantem sentimus, id est, cum per conciones, aut morbos, inducimur ad meditationem vicinæ mortis, ex qua animi motio, & met⁹ nascitur Diuini iudicij: Quod certe & horrēdum, & exactissimum est vt in minima etiam errata, grauissime animaduertat, ac pauci illud omnino intacti pertranseant. Hæc sane horrorem merentur, grauia enim sunt & ad æternitatem ducunt. Ideoque Deum ora vt te vocare dignetur, & voluntatem rebellem ad se compellere. vocat quidem te toto vitæ tempore, sicuti & Paterfamilias omni hora vocauit operarios in vineam; sed nō omnis vocatio est efficax. nos enim aliquando nec Deum curamus, nec pœnam, nec conscientiam. Ora Deum vt te cum duodenni filia Iayri, à pueritia efficaciter vocet, dicens. *Puella surge.* aut adolescentia, cum illo cui dixit. *Adolescens tibi dico surge.* aut in virili ætate cum Lazaro. *Lazare veni foras.* aut si tempora hæc egressus, ad senectam vsq; peccati vt indormieris, vt saltē excitet te dicens, *surge qui dormis, & exurge à mortuis.* Senties porro vocationem hanc, si modo verbum Dei non alijs, sed tibi audias: Deum cogitans tibi per Sacerdotem loqui, teque admonere, & orans eum vt cor tuum emolliat, tibique verbi sui gustum concedat.

Vocatio quid sit.

Matth. 20. 5.

Luc. 8. 54.

Luc. 7. 14.
Ioan. 11. 43.
Ephes. 5. 14.

VII. *Quid hoc audio de te?* Etsi omnia certissime sciat Deus, & per se ipsum, & per Angelorum, qui omnia in cœlis annuntiant, mini-

ministeria; non iudicat tamen nisi præmonuerit peccatores: Nemo enim ita extreme malus, quin aliquãdo inspirationem monitionemq; interiorem bonam sentiat. Discant ergo hinc iudices neminem damnare non auditum. Porrò non dicitur hic *quid video*; sed *quid audio*: vt discamus *primo* non venire sua sponte ad vindictam Deum; qui misereri mallet, & parcere; sed prouocatum à creaturis omnibus, & coactũ, quæ de peccatoribus conqueruntur. *secundo* vt discant iudices omnes externi fori, neminem sine testibus malitiæ, & scelerũ eius damnare; neque secundum affectus aut voluntatem suam, sed ex æquo, & bono, sequentes doctorum sententiam. Nota Dominum hunc, qui villici sui culpa magnam passus erat iacturam, non vti in eum verbis amaris, furem appellando, & infidum, aut crucem comminando, &c. sed benigne allocutum *quid audio de te.* Vnde Dei nobis benignitatẽ proponit, qui peccatorem nullum, quantus etiam sit, viuẽtem abijcit. Osculanti Iudæ dixit. *Amice ad quid venisti.* Secus erit post hanc vitam cum verbum hoc asperum & durum pronuntiabit. *Ite maledicti in ignem æternum.* Quare ad eum conuertere dum hic inueniri potest, & placari facilius quam mater, quæ irata est filio suo. Dixit enim ipse de se. *Nunquid obliuisci potest mater infantem suum, vt non misereatur filij vteri sui. & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.*

Iudiciũ obseruatio. *Primo.* *Secundo.* NOTA. *Matth. 26. 50.* *Matt. 25. 41.* *Isai. 49. 15.*

Duo sunt in peccatore: bonum vnũ, nempe natura, & pretium sanguinis Christi quo redemtus est. alterum malũ, nempe peccati deformitas, quam non à Deo, sed nobis ipsis habemus. Prius horum maxime considerat Christus in hac vita, & quidem oculo compassionis; volens vt nos alterutrum eodẽ intueamur, & intuentes ad salutem promoueamus. in futura vero posterius considerabit, & grauissime puniet. Aufer hanc turpitudinis laruam dum potes: si enim ad mortem vsq; eam retineas, nunquam depones.

In peccatore duo sunt

Redde rationem villicationis tuæ. Verba terribilia omnino sunt; quæ si frequenter meditaremur, non esset tam secura vita nostra. Similes sumus infido quæstori, qui domini sui bona, non secus dispensat ac si essent propria, sine vllo reddendæ rationis metu. Stultum sine dubio iudicaremus eum, VIII.

Simile.

qui nullam futuri pudoris aut verecundiæ rationem habet. hunc tamen imitamur, non cessantes dissipare bona Dei, nihil solliciti quod cito de omnibus rationem reddemus. securi viuimus, timoris, & sollicitudinis omnis expertes; quæ maxima diaboli tentatio est. quemadmodum enim homo vigil sibi facilius ab omni periculo cauet quã dormiens; ita & quicquid facis, modo Deum, ac nouissima mortem scilicet, iudicium, ac infernum timeas, à peccatis cito expedieris. si vero absque timore sis, difficulter iustificaberis. Ideoque hoc tanquam extremum malum post enumerata alia, extremo loco recenset Dauid *non est timor Dei ante oculos eorum*. De hac porro ratione cogita quatuor. *primo.* quod certa & indubitata sit: Deus enim ita dixit. ac propterea nemo fallat semetipsum, nam etsi tempus videatur incertum, ipsa tamen est certa, nec de hoc quis dubitet; sed propter incertitudinem istam timeat magis, ac fors crastino die reddi debebit. neque enim certior es vtrum cras victurus sis, quam vtrum moriturus & rationem redditurus sis. *secundo* de quibus reddenda erit hæc ratio. nimirum de duobus. *primo* de his quæ te ipsum concernunt. quicquid enim, vt dixit Salomon, fit *adducet Deus in iudicium, pro omni errato, siue bonum, siue malum illud sit.* item de omni verbo. neque enim, ipso iudice teste, verbum otiosum sine examine præteribit. præterea de omni cogitatione. *nam manifestabuntur*, vt ait Apostolus, *abscondita tenebrarum, & consilia cordium*; & futuram in cogitationibus quoque impiorum interrogationem, dixit Salomon. Imo examinabuntur quoque opera bona. dixit enim Deus se iustitias, id est, bona opera, iudicaturum; vt videat num eis quid desit. in cœlum enim nihil admittetur, quod vel minimam habeat maculam, vel imperfectionem. Et, si de verbo otioso, quanto magis de his quæ maiora sunt, opibus, honore, nobilitate, rationem reddemus multa enim verba otiosa etiam obolo vendimus; vnde consequenter de obolo, inutiliter dissipato, reddemus rationem. Et quæ mulier, quantumlibet ad rem attenta, tam accurate rationem subducit, vt in summa 100. ducatorum oboli quoque rationem habeat. Est hæc Dei iustitia ineffabilis, infinita incomprehensibilis, ideoque nobis incognita, & sæculi amatoribu

Simile.

Psal. 13. 3. Quatuor cogitanda ad rationẽ reddẽdam. *Primo.* Incertitudo tẽporis.

Secundo Magnitudo rerum, ac multitudo pro te. *Eccl. 12. 14. Mat. 12. 36. 1. Cor. 4. 5. Sap. 1. 9.*

Psal. 74. 3.

toribus incredibilis. Quid facies peccator, homo infœlix, qui tot annis in peccati mortalis statu vixisti; si ratio, non de grauioribus solum operibus, sed de otiosis quoq; verbis, reddẽda sit. Narrat de S. Hilarione Hieronymus, quod cum aliquãdo semel passus esset mentis in oratione diuagationem, statim in eum diabolus insilierit, eiusq; latus calcaribus foderit. quod si tantus vir pro vna passus sit mentis distractione, qui tanta quotidie faciebat miracula; noli persuadere tibi, quasi Deus tibi minima venialium peccatorum remissurus sit. Non facit hominum more, qui debitoribus suis magnam summam numerantibus aliquid donare solent. iustitia Dei omnia exiget, magna, parua, minima, maxima, nec otiosum verbum condonabit. *secundo* ratio reddetur de his quæ proximos concernunt; qui tibi ceu superiori fuerant commissi, aut quos siue exemplo, siue verbo scandalisasti. Neque hæc minor erit quam prior; imo nonnunquam maior. nam quantum ad te solum spectat, vnicam tantum Christo animam eripuisti. proximos autem scandalizando, multas. hinc Sapiens. *Exiguo conceditur misericordia. Potentes autem potenter tormenta patientur.* id est, peccata personalia, quæ ex infirmitate, ignorantia, aut negligentia commissa sunt; facile per passionem, & sanguinis sui pretium, condonabit Christus. si tamen alios ab eo, quasi à corpore membra, auulseris; grauiter id, & in æternum puniet. Bonus quoad se erat Heli, & tamen (vt Chrysost. ait) damnatus est, propter non correptam filiorum iniquitatem. examinabit Superiores Deus, vtrum peccata quædam per ipsorum negligentiam in Remp. irruperint, abusus antiquos diligenter abrogarint, constitutiones suas ad Dei honorem, & subditorum salutem direxerint, magis ad sæcularia quam spiritualia commodo intenderint? denique vtrum quis ipsorum culpa perierit. nam sicuti Laban omnia ouium incommoda repetebat à cognato suo Iacob; sic & Christus à Superioribus rationem omnium animarum pereuntium exiget. Scribit de nobili quodam S. Vincentius. qui labores & sumtus multos impenderat, vt Episcopatum diuitis cuiusdam vrbis consequeretur. & cum ad eum, voti iam compotem, alij Episcopi venissent consecraturi, rogarunt an deliderat

In vita eius

Exemplũ.

Secundo.

Pro proximo.

Quod grauius priori.

Sap. 5. 7.

Homil. 9. In 1. Timoth.

Genes. 31. 39.

Ser. 2. huius Dominic.

Exemplũ.

ret Episcopatum. respondit ille quod sic, eo quod tantos in rem istam sumtus impendisset. rogarunt dein, an vellet rationem Christo præstare in extremo iudicio, pro animabus omnibus ei tunc committendis, respondit quod non. illi contra, dixerunt debere eum respondere quod sic. at ille nequaquam ait. Arbitrabar Episcoporum, Prælatorum, Superiorum, alia non esse onera quam vt bene viuant, honorentur ab omnibus, opiparas mensas habeant, de reddenda vero ratione nihil quicquam mihi constitit. Atque ita Episcopatum dimisit; passus præcedentium laborum, & sumtuum iacturam. Non facile affectabunt dignitates, qui istam recogitant Scripturæ sententiam. *Sap. 6. 6.* *Iudicium durissimum his, qui præsunt fiet: & fortioribus fortior instat cruciatio.* Erit enim cuilibet graue, vt pro se solo respondeat, ac proin imprudens videtur, qui & pro alijs responsionem suscipit. *Tertio.* cogita vbi, & apud quem ratio reddetur, non in cubiculo secretim, coram duobus aut tribus; sed in publico. primum statim post mortem, coram Deo, Angelis, Sanctis omnibus, ac Diabolis. dein in extremo iudicio coram omni creatura. O quanta erit confusio, cum patebunt omnibus peccata tua hic occulta. cum qui te hic putarunt honestum, tectam videbunt inhonestatem, ac de ea te irridebunt. *Quarto.* cogita quis accusator futurus sit. nempe natiuus hostis, cui cognita sint peccata omnia, cui nullę desunt probationes aut argumenta, quique accuratius, quam Aduocati omnes, dicta sua confirmare norit. Cogita hic si rusticus quis coram Rege, & aulicis omnibus. rationem præstare deberet de triginta aut quadraginta annis; cui aduersarius esset ingeniosus, potens, & eloquens, qui eius confusionem, ac perditionem omni labore intenderet: an non esset rustico iusta timendi caussa? Rusticus hic tu es: Diabolus plura quam tu nouit, quærit perditionem tuam, huc neruos & eloquentiam omnem intendit, ac necdum times? Præpara te dum tempus est, ne improuisus voceris, & coram omni mundo confundaris.

Tertio. Vbi, apud quem, quoties.

Quarto. Quibus actoribus.

IX. *Iam enim non poteris villicare.* Significant verba hæc *primo.* quod frequenter Deus à malis temporalia bona auferat;

Verba hæc quid. *Primo.*

rat; eo quod non vtantur his ad ipsius gloriam. sicuti enim quæstorem tuum exauthorares, de infidelitate conuictum, alio fideliore subrogato; ita & Deus infidis bona aufert, & fidelibus confert. Testatur hoc Christus in parabola de decem mnis, vbi mnam vnam auferri iubet ab eo, qui eam non erogauerat: ac dari illi, qui decem alias lucratus fuerat. Multi sua perdunt, & caussam nesciunt; nempe quia in pauperes non erogant, nec in Ecclesias, aut Dei cultum. *secundo.* quod omnes ab hoc mundo discessuri simus; ei præsertim qui in mundi huius bonis confidunt, quibus discessus grauis est, & tamen opinione citior. *tertio.* quod post vitam hanc non administrentur officia temporalia, vbi omnes dignitates, artes, negotiationes cessant. Imperator ibi non habet imperium, nec prælaturam Prælatus, & quia cessant officia, cessant quoque officiorum instrumenta. vnde sicuti non sument lignarij secum fabrilia, nempe malleos, securim, limam, &c. sic nec alios diuitiæ suæ, honores, principatus, se post mortem sequentur. sunt enim hæc instrumenta tantum administrandi in mundo officij Præfectorum, quod si hic manet, manent hic etiam instrumenta. Nudi ibimus omnes vt venimus, opera sola sequentur. *quarto.* quod non erit post vitam hanc tempus alicuius meriti, aut satisfactionis pro peccato. Angelus, quem vidit S. Ioannes vno pede in terra, altero in mari, *leuauit manum suam in cœlum, & iurauit per viuentem in sæcula sæculorum, quia tempus nō erit amplius.* significans præsentis vitæ tēpus pretiosum esse, quod auferetur à nobis in æternum, nunquam restituendum. ideo noli eo abuti, sed, iuxta Sapientis consilium, *quodcunque potest manus tua instanter operare, quia nec opus meritorium, nec ratio, nec sapientia, nec scientia, erunt apud inferos, quo tu properas.*

[Margin: Bona auferri à non vtentibus. — Matth. 25.28 Luc. 19.12. — Secundo moriēdum omnibus. — Tertio. Post nō esse locū officijs talibus. — Simile. — Iob. 1.21. Apoc. 14.13. — Quarto. Post nō esse tempus meriti. — Eccl. 9.10.]

Ait autem villicus intra se. Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem meam? Tria fecerunt in villico superiora Domini verba. *primo* conuersus est ad se eo vsque fuerat extra se, sui ignorans, & negligens: sicuti is qui perpetuo peregrinatur, ignorat quid domi geratur. Sunt quidam adeo extra se emoti, vt sciant vix vtrum homines sint, instar Nabuchodonosor, qui Deus haberi voluit. de his dixit X.

[Margin: Hæc verba tria in villico operabantur. — Primo. Reditum ad se. — Simile.]

Psal. 9. 21. Lib. 2. Dial. cap. 3. Luc. 15. Dauid, *Constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant quia homines sunt.* Docet Gregorius eorum quosdã fieri hominibus minores. instar filij prodigi, qui & ipse tamen ad se tãdem reuersus est. Alij hominibus maiores fiunt. & quasi se trãscendunt; vt qui per reuelationes, & apparitiones Diuinas eleuantur. sic Act. 12. de S. Petro scribit S. Lucas, cum eum eductum ex carcere Angelus dimisisset, quod ad se reuersus sit, quasi extra se ante fuisset, cũ Angelo ambulans. *secundo* cognouit habere se dominũ aliquem ac superiorem, dicens *Dominus meus aufert* à me villicationem. Præcepit Dominis S. Paulus, *quod iustum & æquum est seruis præstate; scientes quod & vos Dominum habetis in cœlo.* scientia hæc & sensus initium humilitatis est. *tertio.* timuit, & præ animi angustia dixit *quid faciam.* idque non sine grauissimis caussis. qui enim cogitationem intendit in rationem illam exactam, & rigidam, quæ ab hominibus adeo paucis accurate subducitur, ac tot videt in infernum descendentes, habet profecto cur timeat, ne & ipse, cum maiori hominum numero, accipiat partem. Nunquid si Angelus ad magnam hominum multitudinem descendens, eis prædiceret vnum cito fulmine periturum, omnes sibi timerent? Cũ Matth. 26. Apostolis diceret Christus, *vnus vestrum tradet me.* territi sunt omnes, seque licet nihil conscios, habebant singuli suspectos. Potiori ergo iure timeas & tu, ne cum potiori hominum numero rationem tuam male subducas, atque ita cum eisdem Luc. 3. 14. Matth. 3. 5. damnationis particeps fias. Cum hæc prædicaret Ioannes Baptista, cõfluxerunt ad eum omnis generis homines, Pharisæi, Sadducæi, Mercatores, Publicani, Milites, Opifices, mulieres, Iob. 1. 8. & Viri, & interrogabant eum, quid faciemus? S. Iob, quẽ non redarguebat conscientia, magnus pauperum benefactor, cui Deo teste similis non erat in terra, vir inquam tam bonus, ac tam perfectus, timebat tamẽ iudicium hoc dicens *quid faciam cum surrexerit ad iudicandum Deus.* Scribit Damascenus, narrasse In vita eorũ cap. 6. tom. 7. Surij die 27. Nouemb. S. Barlaam Anachoretam Iosaphat Regis Indorum filio, vt eum perfectius ad Deum adduceret, quomodo videns aliquando Rex aliquis prætereuntes Sacerdotes & Religiosos pauperes, ad genua eis tremebundus acciderit, pro quo à fratre suo vnico, tanquam pro re indecente reprehensus, tacuit

Secundo. Agnitionẽ Domini. Ephes. 6. 9. Coloss. 4. 1. Tertio. Timorem.

tum quidem; ſed ſequenti mane, iuſſit ad ædes fratris ſonare tubam; erat autem iſtud illis in locis ſignum, eius familię herum à Rege mortis eſſe damnatum. Frater ergo cum tubas audiſſet, territus, vna cum amicis omnibus, ad Regem fratrem acceſſit, cauſam mortis ſciſcitaturus, ac vitam deprecaturus. Procedenti autem in genua Rex ita reſpondit. Si times audita fratris, quem non offendiſti, tuba: quo modo non ego timebo, audiens tubam Regis mei, quem à me ſcio frequenter offenſum. Sacerdotes & Monachi iſti, ad quos heri me humiliabam, tubicines Regis mei ſunt, qui futurum nobis iudicium annuncient. Quapropter cauete nimiam ſecuritatem peccatores, quin timete potius; ſolliciti quid facietis *in die viſitationis*, cum examinabit vos Deus, ad quem tum confugietis, cum aduerſarium habebitis Deum, & creaturæ omnes pro Deo teſtimonium dicent, ac pugnabunt contra vos.

Exemplũ. Pro ſecuris.

Iſai. 10. 3.

XI. *Fodere non valeo, mendicare erubeſco. Scio quid faciam; vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos ſuas.* Tres hic ſignificantur modi ſatisfactionis pro peccatis, quò poſt vitam hanc à regno cœlorum non excludamur. *Primus* eſt foſſio, id eſt, corporis per ieiunia, vigilias, cilicia, chameunias, ſimileſque pœnitentiæ actus vtiliſſimos, caſtigatio. Proſunt enim hæc *primo*, ad ſatisfactionem pro peccatis, per aliqualem compenſationem, per dolores corporis, pro voluptate ex peccatis accepta; contrarijs enim contraria curantur ſicuti æſtu ignis frigus aquæ. *Secundo*, ad deponendas inclinationes malas, domandam naturæ prauæ recalcitrationem. ſicuti enim canes aliaque bruta verberibus domamus, & fame; ſic & corpus noſtrum, quod bruta imitatur, bene ſubactum ſeu caſtigatum, rationi rectæ obedit; aptumque eſt bonis operibus, & hominem Deo acceptum reddit. *Secundus* modus eſt mendicatio, vt ſcilicet homo ſe meditatione, contemplatione, & oratione continua occupet: ſic Moyſes bis, quadraginta continuos dies & noctes; cum Deo in monte Sinai locutus eſt. Anna Prophetis, die ac nocte in templo diuinis intendebat. Simeon Stylites, Theodoreto teſte, diebus ſingulis, per horas viginti, orabat. nec minus quid præſti-

Triplex ſatisfactio peccatorũ.

Prima. Fodere.

Cõducit 1.

2.

Simile.

Secunda. Mendicare.

Exod. 24. & 34.

Luc. 2. 37.

In Philotheo, cap. 26.

tit S. Paulus primus Eremita; alijque Sancti omnes, mirum in modũ orationibus dediti fuerunt. Quemadmodum enim qui Rege admodum familiariter vtitur, ab eo & amatur, & quicquid vel sibi petit, vel alijs, impetrat; exuit mores rusticos, aulicis qui regi placeant assumptis; sic qui cum Deo frequenter orationibus agit, & meditationibus, amatur ab eo & exauditur, ac ex sæculari mutatur in spiritualem: sicuti Moysis facies resplenduit instar solis, cum ex monte ad populum descendit. Duplici hoc modo vti solent Sancti ad perfectionem: quia tamen ad hanc non omnes sunt apti, (etsi omnes aliquid pro viribus suis præstare debent.) *Tertius*, his superest modus: eleemosyna scilicet, & pauperũ subuentio, qua se præcipue diuites occupare debent, quibus propterea diuitias concessit Deus, vt misericordiæ operibus, peccatorum impetrent remissionem, & post hoc sæculum vitam æternam. Non ferunt pœnitentias asperas, propter corporis teneritudinem, ac educatioeem. Caput, vt est ipsorum querela, non fert prolixas orationes; & tamen ne cœlo excludantur aliquid ab eis requiritur. Commode ergo eis prospexit Deus, vt possint facultatibus suis opitulari indigentiæ pauperum; habet enim & hoc aliquo modo meritum, ac conditiones duorum præcedentium modorum. Sicuti enim castigatio corporis pœnalis est, sic & diuitibus, præsertim auaris, pœnale est aliquantam pecuniæ quantitatem in pauperes erogare: sunt enim multi, qui ieiunare malint quam erogare. Dein sicuti oratio à Deo impetrat, sic & eleemosyna; ait Sapiens, *pro te exorabit à malo.* est enim cœlis notissima.

Simile.

Exod. 34. 27.

Tertia. Eleemosyna.

Eccl. 29. 15.

Erubescebat mendicationem infidus hic villicus; quia peccatores magni, considerata peccatorum suorum fœditate, indignos se putant qui à Deo exaudiantur, ideoque intercessiores tum in terris, tum in cœlis quærunt: hic quidem pios pauperes nempe Religiosos, qui verè pauperes sint, & re & voluntate: illic Sanctos, ac præcipue pauperum iam dictorũ Patronos. Quicquid enim Religiosis præstatur, id quasi sibi præstitum, fundatores eorũ ac Patroni gratũ habent. S. Franciscus quicquid fit Minoritis vel Capuccinis, S. Dominicus quicquid

quicquid Prædicatoribus, S. Clara quicquid Clarissis, &c. neque enim nunc in cœlis minorem suorum curam habent fundatores, quam cum hic in terris viuerent. Sic scripsit olim Iudæis in Asia, Bithynia, &c. quibus Euangelium annunciauerat, S. petrus. Se daturum operam *frequenter post obitum habere eos vt horum memoriam faciant.* Sic Ieremias post obitum pro Israelitis deprecatus est, quos viuens semper promouerat. Idem pro Christianis faciunt Sancti omnes; præcipue tamen pro eis, quos ad virtutem & perfectionis statum promouerunt. Possident nunc ipsi regnum cœlorum & habent potestatem ad illud te promouendi. Pauperes Religiosi quoque, etsi necdum illud possideant, ius tamen ad illud habent. dixit enim Christus, *Beati pauperes spiritu*, id est, pauperes voluntariè quales erant Apostoli, *quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* In hoc ergo regnum admittent benefactores suos, tum pro eis orando, tum merita sua eisdem communicando. O quantum est hoc Religiosorum pauperum priuilegium. hic contemti, & abiecti, Reges promouent & Principes in cœlum. Bonum ergo est eleemosynas dare, vt regnum cœlorum consequaris: sed melius est illas accipere, vt danti maius aliquid, nempe regnum cœlorum, reddas.

2. Pet. 1, 15. 2. Mach. 15. Defuncti orant pro suis.

Matth. 5. 3. Luc. 6. 20.

XII. *Conuocatis itaq; singulis debitoribus Domini sui.* Omnes homines Dei debitores sunt: peccant enim, adeoque pœnam ei debent, præterea amorem ei debent super omnia, ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus, quem pauci præstant. Cum ergo ad reddēdam rationem à Deo, siue per morbum, siue per mortis metum vocaris, cum omnibus debitoribus probe transiges: remitte eis quicquid ipsi deliquerunt in te; ac vicissim remissionē ab eis, impetra eorum, quæ tu in ipsos deliquisti. Dein sollicitus cura vt conciliatus sis communioni Ecclesiæ Catholicæ Romanæ, vt in communione Sanctorum ex hoc sæculo decedens, particeps omnium orationum sis, & meritorum. Tandem memor quoque eris in testamēto condendo, fratris tui qui in cœlis est, neque facultates omnes inter tuos tantum liberos distribues, sed memor eris pauperum, vt hi eleemosynas tuas Christo offerant, atque ibi mansionem tibi ac domum præparent. Consulit tibi Sapiens

Cōueniendum cum debitoribus.

1.

2.

3.

Mitte

Mitte panem tuum super transeuntes aquas, vt post tempora multa inuenias illum. Id est, eleemosynas tuas per manus pauperum in cœlos transmitte, qui in multis angustijs, & aqua lachrymarum, sæculum hoc pertranseunt. Præstat dum viuis, & bonorum tuorum es Dominus, habens liberum eorum vsum, pauperibus benefacias; quam post mortem, cum iam tua amplius non sunt, atque incertus es an, & quando, voluntas tua ab alijs implenda sit. *Simile.* Sicut lucerna melius lucet quæ præcedit, quam sequitur: potest enim se is, qui sequentem baiulat, subducere te inscio. Ea interim est Dei bonitas, vt quicquid ei testamento legaturus es, benigne accipiat. *Hom. 35. ad pop. Antiochenum.* Iustum est ait Chrysost. vt Deum cum filijs tuis facias cohæredem; quia & ipse te filio suo vnico ac dilectissimo cohæredem facit.

XIII. *Dicebat primo: quantum debes Domino meo? at ille dixit. Centum cados olei.* Monentur hic Superiores omnes, vt diligentem habeant suorum subditorum rationem, eos frequenter examinent, de tentationibus, & difficultatibus inquirant, ad peccatorum confessionem eos inducant, eisque in necessitatibus subueniant. *Centũ cadi quid? Serm. de villico iniquitatis.* Centum cadi olei, explicante Bernardo, perfectam significant misericordiam, quam proximis debemus, & raro soluimus. *Misericordia oleo similis.* Oleum in se molle est, & alia quoque emollit, facile mouetur, penetrat superfusum, & diffunditur latissime, vt in charta patet oleo lita. Talis quoque est in hominibus misericordia, cum vera est: reddit eos benignos, blandos, omnibus affabiles, die ac nocte de proximis sollicitos; vt eis succurrant. O quam rarus est horum misericordium numerus! Fuit talis S. Ioannes eleemosynarius, S. Gregorius Papa, & alij plures; ordinarie tamen inueniuntur rari. Ideoque semper potes te de imperfecta erga proximum misericordia accusare, eamque confiteri.

XIV. *Quatuor notanda in villico.* *Dixitq; illi accipe cautionem tuam, & sede cito: scribe quinquaginta.* Nota *primo,* quod villicus hic nihil det, sed tantum remittat, qui enim proximi remittit offensam, à Deo vicissim suarum offensarum, vt Christus nos docuit, remissionem consequitur. *Primo. Matth. 6. 14.* *Secundo,* quod ea remittat quæ Domino ipsius debeban-

bebantur; peccata enim in homines commissa, Deum magis, quam homines offendunt: tum quia ipse ea prohibuit, adeoque transgressione contemnitur: tum quia homo famulus eius est, & filius, imo membrum corporis eius. ex quo fit, vt si quid homini infligatur, id citissime Deus sentiat. *Tertio*, quod non omne debitum remittat, sed dimidiatum duntaxat; nunquam enim sine omni debito esse debemus: quia etsi remittatur debitum culpæ aut iniuriæ in proximos, non tamen debitum amoris erga proximos, quo semper obstringimur. *Quarto*, quod misericordiæ opera non debeant tarde, sed alacriter & expedite fieri. quemadmodum non expectauit villicus hic, vsque dum debitores ad eum accederent, sed sponte eos vocauit, ac iam præsentes citissimè expedit. qui tarde dat, inuitus dat; bis dat, qui cito dat. Oleum quod se ipso ex oliuis, & vinum quod sponte exturgentibus vuis fluit, presso melius est. Si post mortem velis cito in cœlos admitti, nec diu excludi; suscipe & iuua hic cito proximos, qua enim mensura mensus fueris remetietur tibi.

Tertio. *Quarto.* *Lepide.*

Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? qui ait centum coros tritici. Ait illi: accipe literas tuas, & scribe octoginta. Docent docti Hebræorum, corum decuplo esse maiorem Græcorum Cadis, ideoque posteriori huic nihil minus remitti per 20. coros, quam priori per 50. cados. Disce *primo*, vt vnicuique iuxta necessitatem eius succurras, multis indigenti multa, paucis pauciora tribuas. Disce *secundo*, ex August. quomodo debeat iustitia Christianorum abundare plus, quam Pharisæorum. Dabant hi decimas, Zachæus dimidium bonorum, Parentes B. Virginis Ioachim & Anna, necessitati suæ solum quadrantem reseruabant. Tu si tantum vel dare non potes, vel non vis, saltem da duas decimas, viginti nempe ex centum. Non omne frumentum suum vendit, aut absumit rusticus? an aliquid sationi reseruat? hunc imitare, semina pecuniam tuam in manus pauperum, & maiores fructus faciet, quam si eam semines in terram bonam; aut des alicui ad reditus.

XV. Corus quantus? Duo documenta. *Primum.* *Secundum.* *Lib. 2. quæst. Euang. c. 34.* *Simile.*

Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset. Non laudatur à Domino villici nequitia, fraus, furtum; sed prudentia. neque enim grata erat Domino propria iactura. Disce

XVI. Tria documenta. *Primum.*

Disce *primo*: Neminem ita extreme malum, qui non aliquid boni habeat, quod ei vtilissimum foret, si ad Dei honorem eo vteretur. sicuti enim nihil, quantumuis exiguum, creauit Deus, quod non aliquam homini vtilitatem ferat, sic & homo nullus est, qui non aliquod à Deo donum externum, vel internum acceperit, quo & honorem Dei promouere, & proximum iuuare possit. Quilibet ergo sui rationem habeat, donisque acceptis vtiliter vtatur. *Secundo*, A sæcularibus eos maioris fieri, ac quæ volunt impetrare, qui sæculari astu, & fallacijs, & quasi præstigijs vtuntur, quam qui simpliciter ambulant. Laudatur hic villicus à Domino suo, ingeniosa eius fraude delectato; cum tamen mera esset impostura hoc factum. Quod si humiliter remissionem deprecatus fuisset, increpatus in carcerem conijceretur: iam vero Dominus facinus ludicrum risit, & nihil ab eo exegit; sed laudauit. Si in Herodis domo miraculum fecisset Christus, vt ille petebat, liberasset eum ex Iudæorum manibus: sed quia id præstare noluit, nec mundo placere; stulti instar ab ipso, eiusque militibus veste alba indutus, spernitur. Disce *tertio*, ex S. August. Magis te à Christo laudandũ si bona opera feceris: nã si laudet Dominus hic subtile villici sui inuentũ, sibi damnosum, quãto magis laudabit bona opera Christus, quæ & ipsum & cœlestem totã curiam exhilarant. Suscipiet te pro his propitius, & remunerabitur in cœlo: opera enim hæc nullo modo ipsi noxia, sed & eius honori, & animarum saluti vtilia sunt.

Secundum.

Lib. 2. quæst. Euang. c. 34.

Tertio.

XVII. *Quia filij huius sæculi, prudentiores filijs lucis, in generatione sua sunt.* Duæ hic notãtur in hoc mundo regiones: vna lucis, altera tenebrarum, quales olim in Ægypto fuerunt. Vbi habitabant filij Israel, nempe in terra Gessen, lux erat clarissima; at vero vbi Ægyptij, palpabiles tenebræ. Possunt & hæ vocari duæ ciuitates, de quibus S. August. duos supra viginti libros conscripsit, nempe ciuitas Dei Hierusalem, & ciuitas mundi. *Prior* est Ecclesia iustorum. *Posterior*, malorũ Synagoga. Ciues harum filij vocantur, solita Scripturæ phrasi, qua vocantur filiæ Ierusalem, filiæ Sion, &c. vt significetur & thesaurus eorum, & cor in ea, ceu patria, esse. Regio tenebrarum Babylon dicitur; ob magnam, quæ ibi est, confusionem; dicitur etiam mun-

Exod. 10. 23.

Duæ ciuitates. Lucida & tenebrosa.

Luc. 23. 28. 1. Ioan. 5.

mundus: quia hic iniquitate plenus est,& ex se non nisi obtenebrat,& occæcat. In via & regione iustorum, pax est, lumen fidei,& gratiæ, omniaque optimo ordine disposita. De duabus his regionibus dixit Sapiens *Iustorum autem semita quasi lux splendens, procedit, accrescit vsq; ad perfectū diem*. Scil. ad meridiem, cum Sol in editissimo maxime lucet. *Via impiorum tenebrosa nesciunt vbi corruunt*. Filij mundi, id est, mundo dediti, etsi in tenebris sint, sine vlla aut saltem cum exigua rerū diuinarum cognitione; vaferrimi tamen sunt, & seduli in sæcularibus. Vespertilionis instar, quæ etsi media luce caliget, in tenebris videt acutum, & instar hominis, diu tenebroso cubiculo inclusi, qui melius in eo videt, quam qui ex medio solis fulgore eo ingreditur. Hinc est cur homines isti parum de his, quæ animam spectant, solliciti sint, raro cogitent, minus de eis laborent. Omnis eorum cogitatio,& occupatio de temporalibus est, ac præsentibus; propter quæ regiones oēs peruagātur, nulli labori parcunt, imo vt de Moab dixit Ieremias supra vires ac virtutem nituntur; pro spiritualib⁹ vero, nec minimum quid faciunt,& statim, obiecto leuissimo impedimēto, retrahuntur. Significat hoc Christus cum eos dixit *prudentiores*, nō absolute in omnibus, sed in generatione sua, id est, in negotijs suis, causis temporalibus, ac apud suos, suique similes. Filij porro lucis prudentia ista vel carent omnino, vel saltem non æque vtuntur. *Primo*, in temporalibus ad quæ non apponunt cor, neque de eis æque solliciti sunt: vnde fit vt ab alijs facile fallantur, quemadmodum Abel à Cain. *Secundo*, ne quidem in spiritualibus æque diligentes sunt. Dormiebant Apostoli, Iuda cum Iudæis, ac militibus, vigilante, ac consultante. Laborant filij mundi dies ac noctes pro temporali lucro; filij autem lucis non tantum laborant ad lucrifaciendas animas. Cum videret aliquando S. Nonnus Episcopus, pro vt refert Iacobus Diaconus Heliopolis, iuuenculam valde exornatam; lachrymans dixit. O quanta est mea socordia! Puella hæc tot horas ornatui suo; & vt placeat mundo, in damnationē animæ suæ impendit; ego autem ornandæ animæ meæ, vt Deo placeam ad propriam salutem, tam parum præsto. Quid non faciunt pro hæresis suæ dilatatione, id est,

Ciues corā ac viæ.

Prouerb. 4. 14.

1. Cor. 2.

Simile.

Ierem. 48.

Quomodo filij lucis imprudentiores.

Primo.

Gen. 4.

Secundo.

In vita S. Pelagiæ. Apud. Sur. tom. 5. die 8. Octob.

Exemplū.

Sedulitas hæreticorū.

id est, pro decipiendis & perdendis animabus hæretici. Multa spondent, pauca præstant. pauperiores pretio emunt ad audiendas cōciones, nullis parcunt sumptibus, vt legitimum suum Regē propria ditione eijciant mille inueniunt technas, quib⁹ ad se homines alliciunt, Catholicos opprimunt, mendacio, illusione, fraude. Fuit astutia hæc omnium ætatum hæreticis, tam antiquioribus, quam recentioribus, communis. Catholicis interim stertentibus, & parum laborantibus. Facilius tres hæretici, tria peruerterent Catholicorum millia, & ciuitatem hosti traderent, quam Catholicorum tria millia tres conuerterent hæreticos, & ciuitatem custodirent. Nec oritur hoc ex natura Catholicæ fidei, aut filiorum Dei; sed ex oscitantia nostra, & supina socordia. Deus qui ignis ardens est, & consumens; hominē in quo habitat agit, & promouet ad bona opera, ac per fidem & Spiritus sancti dona confert ei sapientiam, intellectum, scientiam, & consilium. Plus faciunt Catholici multi pro animarum suarum salute, quam sæculares pro temporali lucro vt patet in diuitibus, ac nobilibus, vtriusque sexus, qui Dei causa omnibus renuntiant, ac in vile monasterium ingressi, se ipsos omnibus facultatibus, etiam intellectus, & propriæ voluntatis, spoliant. Plurima sunt & pulcherrima exempla, in quibus eluceat prudētia Sanctorum, qua ad fidei & animarum vtilitatem, ac sui custodiam vsi sunt. Scribit de Theodosio Imperatore Theodoretus. quod cum Arrianis (qui Dei Filium Patre dicunt minorem) dissimulanter egerit, eisque Constantinopoli templa permiserit. quod cum aduerteret S. Amphilochius Iconij Episcopus, aulam ingreditur ad Theodosium, cui adsistebat Arcadius eius filius, recens inauguratus Augustus. Episcopus ergo Patrem debito honore salutat, Arcadio neglecto. Quod cum Theodosius factum putaret ideo, quia Arcadium Episcopus non vidisset; monuit eum vt Filium tanquam Cæsarem inauguratum salutaret. Cui Episcopus, nihil inquit id necessum est, sufficit tibi honorem exhibuisse. Excandescens autem hoc verbo Theodosius, quasi quod in Filij sui ignominiam cederet, senem fatuum palatio eijci iubet. Tunc prudentissime excepit Episcopus. O Imperator, non pateris

Torpor Catholicorum.

Lib. 5. hist. cap. 16.

Exempla. Prudentiæ filiorum lucis.

pateris exiguam filij tui ignominiam & quomodo passurum putas Deum ignominiam Vnigeniti Filij sui, quæ ei ab Arrianis, quibus tu indulges, irrogatur. Monitus porro ita sapienter Imperator, Arrianis templa eripuit, ac maiori studio hæreses extirpauit, ac Catholicam religionem promouit. Nimis foret prolixum commemorare quid, cum ab Arrianis, de stupro & cæde lectoris sui Arsenij, accusaretur, fecerit Athanasius: nam & Arsenium iudicio stitit viuum, & Presbyterum suum Theodosium, subordinauit, à quo mendax meretrix, coram omnibus palam se stupratam querebatur. Athanasium illum esse putans. Quare si Christi es discipulus, vigila in rebus pijs, iuxta fidei nostræ præscriptum; & si non sis diligentior filijs huius mundi, (quanquam hoc in tanti momenti rebus deceret) saltem imitare eos, imo imitare hæreticos & Dei inimicos. Disce ab eis tantundem pro animabus præstare saluandis, quantum ipsi pro suis & proximorum perdendis.

Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis. XVIII. Mammon vox Chaldæa est, diuitias significans, & dicitur *mammon iniquitatis*, non quod peccatum sit (vt hæretici quidam voluerunt) esse diuitem, aut quod diuitiæ semper inique acquirantur, aut quod homines per se faciant iniquos. Sed *primo*, quia frequenter, & fors maiori ex parte, inique acquiruntur; nempe furto, fraude, aut nimia sollicitudine, quæ diuina officia ac bona opera remoretur, vel omnino excludat. *Secundo*, quia frequenter non conseruantur legitime, & modo debito, per erogationem aliquã in pauperes, ad quam tamen concessæ sunt. *Tertio*, quia (vt dicit August.) inique distributæ sunt. Multi enim pij, qui eas & magis quam impij meruerunt, & melius erogarent, in paupertate viuunt; peccatores autem abundant. *Quarto*, quia sunt materia iniquitatis, quæ præcipue furto committitur. *Quinto*, quia facile ad iniquitatem inducunt. Sunt enim occasio voluptatis, luxus, superbiæ, odij, inuidiæ, &c. Ideo dixit Christus non facile diuitem ingredi in regnum cœlorum; imo facilius transire camelum per foramen acus. Rationem autem assignat Apostolus quia multa secum adferunt *desideria inutilia & nociua quæ*

Mammon quid? & cur iniquitatis?

Primo.

Secundo.

Tertio.

Concion. 1. in Psalm. 48.

Quarto.

Quinto.

Matt. 19. 24.

1. Tim. 6. 9.

Sexto. *Lib. 4. c. 49.* *homines mergunt ad interitum & perditionem. Sexto*, quia persuadent sibi homines eas esse suas, cum tamen non sint hominum. Sed, vt S. Irenæus docet, Dei. *Septimo.* *Septimo*, quia non sunt veræ diuitiæ, nec à pijs tales putantur; quibus nihil est diues, nisi quod cœleste est. Impijs autem diuitiæ videntur: quia hi alias in futuro sæculo non expectant: assignat hanc rationem S. *Lib. 2. quæst. Euang. c. 34. hom. 30. ex 50. serm. 35. de verbis Domini.* Augustinus. De hac ergo mammona, præcipit Deus, vt faciamus amicos; non suffurando vni quod demus alteri, vt quidam faciunt; Sed *primo*, vt significet nobis liberalitatem Dei; quæ tanta est, vt cœlum nobis pro re vili & contempta, pecunia scilicet, quæ nihil nisi albicans aut rubicans terra est, habetque ignominiosum *iniquitatis* nomen, conferre velit. **Cur faciendi amici ex Mãmona?** *Primo.* *Secundo.* *Secundo*, vt doceat nos malis bene vti, & iniquitatis instrumenta conuertere in instrumenta salutis. Illi porro quos moneris *Lib. 21. Mor. cap. 14.* facere amicos, pauperes sunt: à quibus, ait Gregorius, non tu orari debes, sed illi à te. *Primo*, quia quod illis tu das, nõ est eorum quæ ab eis recipies centesima pars. **Dictum est orare pauperes.** Quapropter nõ quærant illi te, sed magis tu illos, sicut Abraham fecit, & Loth, alijque Sancti. *Secundo*, vt sic appareat te nõ coactum, aut metu ignominiæ, sed ex sincero amore pauperib⁹ succurrere; sine quo op⁹ nullũ, quantũlibet videatur bonũ, vtile est. ideoq; non sufficit datio eleemosynæ, sed & vitæ bonitas requiritur.

XIX. **Deficiunt omnes & omnia.** *Vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Verbum hoc, *cum defeceritis*, ab omni homine; præcipue tamen à diuitibus, quorum solatium hic mundus est, notari deberet. Paulatim deficimus, anni plures abierunt, & abeunt, abijt cum eis, quæ tunc fuit voluptas; defecerunt amici, quibuscum hilariter viuebamus; defecit cum eis omnis hilaritas, gaudium, confabulatio; defecit quicquid præteritum est, tempus volat, & mors vorat. Similiter quicquid adhuc præsens est deficiet. Vxorem petis, aut maritum, & ex eo liberos, ac cum eo amicos? morte deficient. honorem petis, diuitias, & dignitates? cum habueris deficient. Longitudinẽ vitæ optas? fors non assequêris, & licet assequeris tandẽ deficiet: venit mors, & assumit te, ac tecum honores, opes, dignitates, doctrinã, nobilitatem, ac omne quod possides. Cogita quantũ vixeris, & quã tibi id omne nunc videatur exiguum, ac quã cito prçteritum.

Tem-

Tempus instans æque citum est, paulatim ergo attereris, & quotidie moreris, abbreuians vitam, morti approximans. Si in futura vita nihil habeas, quid facies? vnde viues? citra dubium perpetuo morieris, & deficies. Ah diuitem, cuius omnis possessio est in hoc sæculo! verè miser est & pauper, si nihil habeat in futuro. Quid proderunt omnia cum morietur, & ab eis discedet? Sequere nunc Christi consilium, fac amicos, qui præparent tibi in cœlo tabernacula, teque, cum deficies, in illa recipiant. DICES. Ita facturum te: quia diuitias omnes filijs relinquis hæredibus, quos alere tenearis, qui orabunt pro te; aut si liberis careas, relinquis amicis, fratribus, sororibus, aut eorum posteris, vt pro conditione sua honeste viuant. Verum ad hæc ego tria respondeo. *Primo*, Parentes teneri lege naturæ, vt filios alant, ac post obitum suum eis, quæ pro conditione ac statu eorum necessaria sunt, si possint, relinquant: illud interim attendentes, ne coniugatis aut sæcularibus filijs hoc præcise titulo plura, quam Religiosis tribuant, & Ecclesiasticis. Neque enim minor horum sors esse debet; quia pauperi Christo desponsi sunt. Neque interim eleemosynas omittãt: eleemosynariorũ enim filios, modò boni sint, nunquã Christus deseret. Scripsit ante 980. annos Sophronius Hierosolymorum Episcopus de diuite quodã & nobili qui Constantinopoli plurimas dilargiebatur eleemosynas, filiumque suum ad se aliquando vocauit, plurimas ei pecunias ac thesauros ostendens. Rogatque vtrum mallet, illa omnia sibi, vel se Christo relinqui, vt tutori ac curatori. Filius Paternas adprobans eleemosynas; & temporalia omnia perire, Christũ manere in sæcula secum reputans. Respondit: Christi tutelæ se, quã illa sibi, malle cõmitti. Gauisus Pater liberalissime omnia pauperib⁹ cõdonauit, filio admodũ parum. At nõ defuit Curæ suæ Curator Christus. Habitabat in vrbe eadẽ vir potens, cui vnica erat filia: de qua sic cum vxore. Cui hanc elocabimus? dotata erit satis, atque ideo diuite non eget qui eam forte habebit aut male, aut luxuriose fastuoseque vt tales solent. Præstaret eam pio ac minus opulento dari, eamque cum illo in timore Domini consenescere. Placuit vxori consilium,

Contra

Respon.

In prato spirit. cap. 201.

Exemplũ: Filij nõ derelicti ob eleemosynas patris.

quæ postridie adijt templum orans vt filiæ maritum bonum Deus concederet. Et ecce præfatus adolescens componit se ex more ad orationem, ante eam. Adspexit eum à Deo intus excitata, & quis esset sciscitabatur, coniugatusne an celebs. Celibem se respondit; ac simul patris eleemosynas narrauit, seque hæreditatis loco Christi tutelam adijsse. Exhilarata mulier, domũ suam vt veniret rogauit, omnibusque marito narratis, filiam ei in matrimonium cum omnĩ substantia elocarunt. Addam & alterum huic non absimile, vt frequentius ea accidisse constet. Sæpe enim hæc Deus, nobis etiam non aduertentib⁹ procurat. Leontius Neapolitanus, Episcopus Cypri scribit de S. Ioanne eleemosynario, Patriarcha Alexandrino, circa annum Domini sexcentesimum duodecimum. Vidit hic diuitis cuiusdam filium (qui omnia fere sua in pauperes distribuerat, filium Virgini castissimæ Mariæ commendans) ad inopiam redactum, Deum tamen timentem ac vitam honeste sustentantem. Atque ideo diuino instinctu, compassus adolescenti, quendam ad se acciri iussit Iurisconsultum, illique in veteri charta testamentum conscribere mandauit nomine cuiusdam Theopempti defuncti. Cui insereret Patrem huius pueri, ac Patriarcham, sanguine iunctos ac cognatos fuisse Theopempto. Exhibetur adolescenti ab Aduocato libellus hic, atque cum eo ad Patriarcham accedunt. Simulat admirationem ipse, ac quasi tandem inductus vt crederet, adolescentem opulenter, ac vt parentum conditio exigebat elocauit, promouit, & ad honestum officium euexit.

In vita eius tom. 1. Sury. die 23. Ian.

Exemplũ.

Secundo.

Secundo, dico vt non fidas eleemosynis filiorum te mortuo erogandis: reddendæ enim rationis, & expectandæ post eam sententiæ, negotium tanti facile momenti est, vt ipse tui sollicitus sis, præsertim cum facultates ac diuitiæ, animos valde deuinciant, & defunctorum breuis sit memoria. Qui sicut ab oculis, ita & à cordibus posterorum tolluntur, & facultates relictæ non iam deinceps tuæ, sed alienæ sint.

Tertio.

Tertio, his qui sine liberis sunt respondeo. nusquam legisse me, Facultates tuas cognatis lega, sed si vis perfectus esse *vade, vende omnia & da pauperibus.* Fateor, naturalis quidem est,

Matth. 19. 21.

est, & ab hominibus laudata hæreditaria cognatorum successio; præsertim si his iure ac titulo quodam, siue amoris naturalis, siue gratitudinis, & beneficij reddendi obligemur. habet enim contrarium aliquam ingratitudinis, & innaturalitatis speciem; hominumque vituperia incurrit. Nihilominus opus hoc imperfectum esse, nec Christiano dignum, sed cum infidelibus commune, testatus est Christus *qui benefactoribus suis benefaciunt, & amantes se amant*, vt proin nec mercedem aliam, quam naturalem promereatur. Christianæ perfectionis est, in Christum ceu Dominum intendere, à quo designatus es questor, ac dispensator; neglectis sæcularium dicterijs, aut iudicijs. neque enim ab his facultates tuas accepisti. Monet autem Christus vt demus pauperibus, horum enim causa eleemosynarium te constitui. Si cognatorum aliquem habes pauperem, p æ alijs eum pone; sed tamen vt pauperem, cum alijs. dixit enim Apostolus, *Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet fidem negauit, & est infideli deterior.* Si tamen eis ad honestatem suppetat, vide ne veros pauperes, bonis dispensationi tuæ creditis, priues. Dein inter pauperes quoque delectus adhiberi debet, præsertim si aliquantam quantitatem erogare velis: vnde & Sapiens monet. *Si benefeceris scito cui feceris & erit gratia in bonis tuis multa: benefac iusto, & inuenies retributionem magnam, etsi non ab ipso certe à Domino.*

Matt. 5. 47.

1. Tim. 5. 8.

Eccl. 12. 1.

In præsenti quoque Euangelio monet Christus, vt de mammona amicos faciamus, qui recipiant vos in æterna tabernacula, quasi dicat, ne faciatis vobis amicos viles, qui non nisi terrena retribuunt, quales sunt sæcularium plerique, quos diuites multi suos hæredes constituunt; neque faciatis pauperes quoslibet, qui nec ipsi ius aliquod, propter vitia & crimina sua, ad regnum cœlorum habent; sed amicos facite, *quorum*, (vt Hieronymus & Augustinus loquuntur) *est regnum cœlorum*, nempe homines pios, sanctæ vitæ, quorum aliqui pro te orent, ac salutem impetrent; aliqui te meritorum suorum participem faciant; aliquibus vero & tu sis salutis causa. Omnes hi, quibus aliqua virtutis occasio fuisti, occurrent tibi, & in cœlũ recipient, si ante te ex mundo hoc migrauerint;

Delectus habendus pauperum.

Quæst. 6. ad Algasiam. Serm. 35. de verb. Domini. Matth. 5. 3.

 ac in

ac in extremi iudicij die, & ipsi, & alij omnes, cum triumpho te in gloriam inuehent, inchoantes & deinceps perennantes commemorationem virtutem tuarum, quas eis præstitisti.

Quæ optima data eleemosyna.

Optime igitur, & vtilissime erogata est eleemosyna, cum plurium subsidio cedit, eisque maioris perfectionis occasionem præstat, tanto enim erit numerus te recipientium maior, & honestior; nempe constans personis dignioribus, qui hic in perfectionis statu vixerunt, ac iam, secundum quod Christus promisit, mundi iudices sunt. Potest autem hæc eleemosyna multipliciter fieri. *Primo*, si Monasterium aliquod aut piæ congregationis, tam fœminarum, quam virorum domum ædifices, legans eis quæ ad necessitatem requiruntur: tunc enim causa es bonorum omnium, quæ inibi quolibet tempore fiunt.

Matth. 19. 28.

Secundo.

Secundo, si Collegium fundes pauperum studiosorum sæcularium, eo fine vt Ecclesiastici fiant, Ecclesiam eruditione sua promoueant, concionibus, libris scribendis, audiendis confessionibus, docendo, aut alio quouis modo, bona enim ab ipsis præstita, tibi quoque accēsebuntur.

Tertio.

Tertio, Si fundes religiosam aliquam domum, Monasterium, aut Collegium, in quo vtraque hæc præstentur, vt scilicet secundum perfectionis regulas viuant, & alios instruant; siue ad propriam salutem, vt fit concionibus, & Sacramentorum administratione; siue ad iuuandam quoque aliorum salutem, vt vt fit lectionibus, & institutione iuuentutis. Atque eleemosyna hæc omnium videtur vtilissima, cum cætera omnia contineat; est enim multis occasio perfectionis, auget numerum ministrorum Ecclesiæ, ac tandem facit quoque vt per hos Ecclesiæ ministros, & Religiosos, multi iuuentur. Quare si sapis, eam quæ tibi videtur aptissima, diuturnior, pluribus vtilis, maioris & perfectioris boni occasio, elige: hæc enim citra dubium optima est; & sic facultates dispensa, sicut eas dispensatas æternum voles.

ORA-

ORATIO.

O Iesu Christe, Domine cœli ac terræ, cuius omnia sunt quæ mundi ambitu continentur, qui temporalia bona vnicuiq; secundum iustam occultamq; sapientiam dispensas, ita tamē vt dominium eorum deponere non poßis sed necessario omnium Dominus manere, constituens homines dispensatores, receptoresq; vt post hanc vitam omnium tibi rationem reddant exactam. Quæsumus te animos nostros illumina vt probe capiamus intelligamusq; temporalia tanquam nostra non esse poßidenda, vt de ratione reddēda quotidie cogitemus atq; ita bona ad voluntatem tuam vtiliter exponamus. Infunde nobis timorem tuum sanctum qui inutiles sumptus prohibeat, da nobis sapientiam prouidam quæ doceat nos vbi bona tua optime collocemus, da charitatem diuinam, quæ bona nostra in pauperes liberaliter profundat. Et quandoquidem multo tempore bonis tuis sumus abusi, atq; aut nihil aut parum præmisimus in cœlum vt nobis ibi locum pararemus æternū. obsecramus te sanctos tuos in auxilium nostrū excita, vt merita sua nobis communicent à maiestate tua veniam nobis impetrent, in hora mortis adsint & consolentur, in iudicio tuo districto pro nobis respendeant, atq; in gloriam regni tui introducant. Per diuinam tuam benignitatem Iesu Christe quæ nos in sæcula sæculorum tueatur. Amen.

DOMINICA IX. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Luc. 19.



N illo tempore: Cum appropinquaret Iesus Ierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens. Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo: & circumdabunt te, & coangustabunt te, vndique: & ad terram prosternent te: & filios tuos qui in te sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Et ingressus in templum, cœpit eijcere vendentes in illo & ementes, dicens illis. Scriptum est: quia domus mea, domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo.

Compendiosa Euangelij Exegesis.



Vangelij præsentis historia, Palmarum Dominica contigit, quando Dominus Iesus, frequenti hominum stipante caterua, Hierosolymam, Asino sedens proficiscebatur: alijs vestes in via sternentibus, alijs arborum folia ac ramos spargentibus, alijs demum O Sanna & Christi laudes cantantibus.

tibus. Progressus enim ad montem vsque Oliueti; qui ad Orientem est vrbis, eamque videndam aperit, lacrymatus est: non obstante honore quo afficiebatur. contemnebat enim eum; eosdem, sciens qui nunc eum honorarent, sexto post die, ad crucem se,& mortem petituros. cum Pilato acclamarent. *Crucifige eum, ac Barabam latronem nobis dimitte.* Caussa porro lacrymarum, non fuit propinqua passio, Hierosolymis eadem septimana subeunda; hanc enim ceu natiuitatis suæ caussam, & officij impletionem desiderabat. sed quod iam tunc præuideret, post 38. annos, eodem fere Paschæ tempore, Romanos ex monte Olineti ciuitatem obsessuros, vt eam cum incolis omnibus delerent, in pœnam excæcationis eorum, & ingratitudinis, ac malitiæ. Ideo lacrymantibus oculis, ex ardenti commiserationis affectu, verba loquebatur lacrymantium ac dolentium instar, fracta & imperfecta. Sensus autem eorum est. Ciues Hierosolymitani, & quotquot inibi estis, vtinam cognosceretis ea quæ vobis saluti sunt, & prosperitati, sicuti ego; & quidem in hac die vestra, hoc nimirum tempore, quo ego Saluator vester vos doceo, ac viam monstro; non solum beatitudinis æternæ, sed & prosperitatis mundanæ. Sed eheu quia pace iam ac tranquillitate fruimini, procul ab omni metu, luxu affluentes, bona hæc quæ vobis propono, non intelligitis. Hæc est mearum lacrymarum origo quia cæcitas hæc, exitij vobis caussa erit, cum Romani, quos nunc vt amicos colitis, & Dominos, in inimicos conuersi, obsidione & vallo circunda-

bunt vos, atque vrbem hanc densissimo muro includent; ita angustiantes vndique, vt nulla sit vel fugæ facultas, vel subsidij spes. tantaque erit annonæ penuria, vt comedant matres filios suos, & innumeri hominum fame pereant. Post quæ omnia inuadent vrbem, templum celeberrimi nominis funditus subuertent, mœnia simul ac domos à fundamentis diruent, ac quotquot repererint viuos internecione delebunt. Quæ vobis cuncta euenient ideo, quia tempus hoc noluistis agnoscere, quo ego Dei Filius, Messias, tot retro sæculis à Deo per Prophetas promissus, veni ad vos visitator, instructor, consolator, adiutor, & liberator.

Lib. 6. & 7. belli Iudaici. Atque isthæc omnia vt à Christo prædicta sic & facta sunt. Titus enim ciuitatem obsidens (vt Iosephus præsens & oculatus testis referr) à duodecima Maij die, vsque ad vndetricesimum, quinque excitauit propugnacula, quibus vrbem includeret. quibus per Iudæos subuersis, triduano labore, vrbem totam muro latissimo inclusit, & 39. stadia longo (continet autem stadium passus centum & viginti quinque) tredecim præterea extruxit arces, quæ habebant in circuitu stadia decem, stupentibus omnibus de tanta operis acceleratione, & Deo ad inimicorum suorum punitionem adiuuante. Capta porrò est vrbs, ac templum incensum, quarto idus Augusti, ciuitasque omnis euersa est, tribus duntaxat turribus exceptis Phaselo, Hippico & Mariamne. vt monumentum essent posteritati, quanta quamque munita olim fuisset, expugnata iam & diru-

& diruta à Romanis, Hierosolyma. Quanquam & turres hæ aliquanto post ab alijs dirutæ sunt, vrbs ipsa plane commigrauit, includens nunc Caluariæ montem, qui extra muros esse solebat. Occisorum vero numerus ad vndecies centena millia excreuit. cæteris ad mancipia distractis, & misere habitis.

Finita autem hac querela, ad templum iuit Christus, & repertis ibi qui boues, oues, aliaque animalia Deo sacrificanda venderent, eiecit eos, non quod mercatura sit mala, sed partim quod fieri non debeat in locis sacris, partim quod sæpe cum iniustitia exerceatur, per fraudes, furta, ac pauperum oppressionem. Noctu secessit in montem Oliueti Patrem pro nobis oraturus, diu vero ad templum redibat populum docturus.

Documenta Nonæ Concionis.

CVM *appropinquasset Iesus Hierosolymis.* Præsens hoc Euangelium etsi Iudæos videatur concernere, non Christianos: nobis tamen ab Ecclesia proponitur, vt ex eo discamus nobis, non melius successurum quam Iudæis nisi Diuinæ legi vitam conformemus. Nam *Primo.* Qui in peccato obstinatus perdurat, vel hic, vel tandē in futuro punietur. *Dein.* Non singuli duntaxat homines, sed & vrbes & regiones integræ peccatis suis perduntur. Sodomam Gomorrham &c. vnius quasi momenti spatio, terra absorbuit propter scelera earum. Iosue vnum & triginta Reges breui tempore occidit. Quantum in ingratitudinis suæ pœnā tolerarint Hierosolymis Iudæi, præsens Euāgelium declarat, & quantum sparsi toto orbe eorum posteri, omnium ludibria & risus etiā nunc patiātur ad oculū patet. Græci, Syri, Ægyptij postquā ab Ecclesia Catholica Romana præ fastu desciuere, intolerabile Turcicæ seruitutis iugū inciderunt. Idem & nobis cōtingat facile, si vel fidē Catholicam

Cur Euangelium hoc nobis proponatur.

1.

2.

Genes. 19.

Iosue 12.

cam reijcimus, vel ei non conformiter viuimus. Solet prauos Rerum publ. mores hæresis sequi, hanc vero, maiores pœnæ, ac derelictiones Dei. Discis hic modũ ferendi honores sæculares. Christo sane, maximus qui homini possit deferri honos exhibetur: sternit enim populus vestimenta in via, clamans, *O sanna*, id est, *salua nos* pro vt à Dauide didicerat; & deprecans supremam sibi à suo Messia salutem, illum cum maximo triumpho, in vrbem inducit, ac ramos palmarum portat, in signum victoriæ quam certa spe exspectabat, ab eo qui virtute sua, quatriduanum Lazarum à mortuis suscitarat. Et tamen in tanta aggratulatione, ac populi applausu Christus nihil extollitur, hoc enim stulti faciunt, quorum omnis beatitudo in honore, & amplitudine ponitur: dum nõ putant hæc à Deo concessa solum, (vt superiori cõcione dixi) administrandi officij caussa. Quare sicut stultum recte dixeris lignarium, qui malleo, forcipe, terebro, dolabris, ascia, alijsque instrumentis gaudeat tantum, & non vtatur, nec eis victum sibi quærat: sic stulti profecto sunt qui opes solum, & honores, ac dignitates sectantur, eisque ita gaudent, vt quomodo eadem ad proximi vtilitatem seruire possint, non recogitent. Ideo Deus tum Ecclesiastico, tum Ciuili Magistratui honores adiunxit, & authoritatem, ac diuitias vt sic subditos debite regant: pauperibus enim qui nec dignitatem habent, nec authoritatem, nemo obedit, vel reuerentiam defert. Quando autem iam dicta finem suum non sortiuntur, non magis digna sunt, vt æstimentur, & petantur, quam serra cuius vsum nemo amplius nouit. Christus delatum sibi honorem non æstimauit, imo cum videri posset debuisse gaudere, fleuit tamen eo quod præuideret damna spiritualia populo illi, propter inconstantiam sui, & leuitatem oritura. cum ijdem illi, eum quem nunc tantopere honorabant, post sex dies maxima affecturi essent ignominia, pessimo latroni eum postponentes. Admisit interim honorem, tum quia cum gloria voluit pugnam aduersus diabolum inchoare, tum vt desiderium populi clamantis *O sanna*, id est, *salua nos*. audiret, illudque passione sua impleret, & Patri in cruce offerret.

[Margin notes: Quomodo honor sæcularis accipiendus. — *Psal. 117.* — *Ioan. 11.* — §. 9. *Simile.* — Magistratus cur honorandus.]

Videns

Videns ciuitatem, fleuit super eam, dicens: Nusquam Christus risisse legitur. non quod risus sit illicitus, cum & Sapiens dicat esse *tempus ridendi* sed quia ipsi nos etsi tempus maiores tristitiæ caussas suggerat, ad risum satis propendemus. Sapientiæ signum est si quis in risu *non exaltet vocem suam* vt stulti faciunt sed vix tacitus rideat. Porrò ter inuenimus in Scriptura Christum fleuisse, licet sine dubio frequentius id contigerit. *Primo*. Lazarum suscitaturus ex misericordia fleuit, visis Magdalenæ, & aliorum lacrymis: vt doceret, se etiam in temporali incommodo nobis condolere, & optare nostram liberationem. *Secundo*. Quando in cruce pro nobis supplicans Patri, se ipsum *cum clamore valido, & lacrymis obtulit*, &, vt Apostolus scribit, *exauditus est pro sua reuerentia*. Summus Pontifex, immaculatus, & innocens. *Tertio*. Cum in præsenti Euangelio præuidit imminentem Iudæis calamitatem in peccati vindictam, quam Christus ita serio dolebat, vt etiam crucem baiulans dixerit propterea mulieribus *nolite flere super me, sed super vos & super filios vestros*. Et quamuis Iudæi ceu capitales Christi hostes, pœnam miseriamque omnem abunde demererentur, noluit tamen Christus non deflere; tum vt eius ostenderet grauitatem quæ facile omnium animos ad condolendum prouocaret, tum, vt suam ostenderet misericordiam. Homines cum se de inimicis suis vindicant, lætantur; Deus contrà tristatur. Patuit hoc in generali cataclysmo, ante cuius immissionem, Scriptura eum dicit *tactum dolore cordis intrinsecus*. Patuit in subuersione Sodomæ, ad quam se Deus cogi quadamtenus ostendit Abrahamo, eo quod in quinque regnis non essent decem iusti. Homines vltionem non diu differunt, sed à passione abripiuntur, etiam ad ea quorum ipsos postea pœniteat. Deus contra patienter exspectat, si forte vel sic homines adducat ad pœnitentiam. Ante generale diluuium centum annis exspectauit; Niniuitis quadraginta dies concessit. Hierosolymitanum excidium in octauum & trigesimum annum post mortem suam distulit; admonens interea eos frequentibus, & magnis prodigijs.

[Margin notes: II. Christus an riserit. Eccles. 3. Eccli. 21. Quoties fleuerit. 1. 2. Heb. 5. 3. Luc. 23. Genes. 6. 6. Genes. 18. Ion. 3.]

Natu-

Natura Dei est, vt peccatorem initio benignus adspiciat, vt eum prouocet ad resipiscētiam. sic Dauidem adspexit, & Petrum; & in præsenti lacrymans adspicit Hierosolymam. sed cum nulla sequitur emendatio, oculos immutat, tantoq; immittit maiorem pœnam, quanto fuerit maior misericordia. neque tunc flet, sed ob iustitiam pœnæ ridet, vt testatur Sapiens, *in interitu peccatoris*, imo & iustos suos vt Dauid docet ad risum adducit.

2. Reg. 12. Luc. 22. Prou. 1. Psal. 51.

Disce hic *Primo*. Vt nō des Christo occasionem lacrymandi. etsi enim iam tristitia in eo vel lacrymæ esse non possint, propter statum gloriæ, in quem illa non cadunt: tamen peccatis ac pœnis ei tristitiæ occasionem præbes. Duo sunt digna lacrymis, culpa scilicet, & pœna: illa tamen potissime, quia directe se Deo opponit, & nihil boni habet; pœna vero bonitatem iustitiæ habet, neq; directe se Deo opponit, sed magis Deo volente fit. Christus ergo super omnia peccatum odit, & quodlibet quantulumcunque sit cum dolore sustinet: cum igitur tot in te videt peccata mortalia, & paratam propter ea pœnam æternam, nunquid abundantem ei lacrymarum materiem tribuis qui plus te diligit quam tu teipsum? Disce *Secundo*. Deflere peccata propria, vt Christum lætifices, imo vt placeant ei lacrymæ tuæ. ora vt eas suis in cruce effusis miscere dignetur. Sæpe inutiliter lacrymaris, præ superbia, impatientia, desolatione, metu, aut alio motu inordinato, neque enim hæ lacrymæ coram Deo mundæ sunt. sed vt S. Brigittæ Christus dixit, aqua sunt luto mixta quas non ita prostitueres, si earum dignitatem nosses & vim: vna enim gutta modo ex vero dolore fundatur, multa peccata delet. Magdalena quæ Luca teste septem obsidebatur diabolis, id est, grauissimis flagitiis: lacrymis ita mundata est, vt gratissima Deo fieret. Petrum lacrymæ ita lauerunt, vt peccati eius Christus nunquam meminerit. lacrymas hominum, Bernardus *delitias* dixit *Angelorum* quæ etiam in vinum conuertuntur, cum hominem solantur. sunt autem tria earum genera. *Primis* peccata ex vero dolore flemus. *Secundæ* Fluunt ex meditatione passionis & dolorum Christi. *Tertias* Elicit desiderium dissolutionis

Duo lacrymis digna.

Lib. 4. ca. 13. Lacrymarū dignitas. *Luc. 8. 7.*

Serm. 68. in Cant. Serm. 3. de Epiphan. Tria lacrymarum genera.

tionis à corpore & præsentiæ cum Christo, cum Dauidis instar nimio amore languentes exclamamus. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.* Atque hæ multum habent consolationis, imo quanto funduntur abundantius, tanto magis crescit illuminatio, lætitia, & satietas interior. Vnde Dauid *fuerunt*, ait, *mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, & cibauit nos pane lacrymarum, & potum dabit nobis in lacrymis in mensura.* id est, consolatus est, & oblectauit nos Deus lacrymis deuotionis non minus quam homines cibo oblectentur & potu. Disce *Tertio.* Flere peccata proximi, & tanto quidem magis quanto ipse id præstat minus. Fleuit peccata nostra Christus in cruce sciens nos in propria caussa non fleturos. Ionas occasio tempestatis securus dormit, alijs qui rei non erant, orantibus, & lacrymantibus. sic flent pij cum furorem Dei cogitant, manum vibrantis ad vindictam, impij vero voluptatibus securi indormiunt, nihil minus quam de lacrymis, oratione, aut vitæ emendatione cogitantes. Disce *Quarto.* Fleuisse Christum cum honoraretur. præuidebat enim quanta eum ab eisdem maneret breui ignominia, clamaturis tunc Crucifige, crucifige. Eandem tristitiæ caussam nos in festiuitatibus nostris innouamus. Accipimus in Paschate Sacrosanctum Corpus eius, & Sanguinem idque (quantum apparet) cum gaudio, sed paulò post redimus ad peccata, & *Filium Dei* vt Apostolus loquitur *conculcamus ac sanguinem Testamenti pollutum ducimus.* Atque ita cum ingratitudine, & ignominia Dominum eijcimus, qui tam benigne ad nos descenderat. Proinde nullam habet lætitiæ caussam, quoties tam inconstantes accedimus, sed qui eum lætificare volet, accedat cum firmo emendationis proposito, & si se in hoc inueniat languidum accedat frequentius vt roboretur.

Cant. 5. Psal. 119. Psal. 41. Psal. 79. Ion. 1. Festa nostra Christum contristant. Heb. 10.

III. *Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi.* Oratio hæc quam dolor fecit abruptam dupliciter potest intelligi. *Primo.* O Hierusalem, si nunc, cum pace abundas, & prosperitate, intelligeres mala tibi post aliquot annos imminentia, & tu mecum lacrymareris teque aliter componeres. *Secundo.* O Hierusalem, vtinam hodie intelligeres

quæ

quæ ad pacem tibi, nempe quam beata sis, ad quam ego Dei Filius descendi de cœlo, vt te instruerem, & saluam facerem quia vero hæc negligis, destruent te inimici tui. Deplorat hic Christus duas hominum cæcitates, nempe circa futura, & quoad præsentia: adeo enim corporalibus voluptatibus occupamur, vt animo ad alia vix assurgamus, instar porci qui plenam lintrem, nihil nisi escam cogitat. Deplorauit hoc Moyses, *vtinam saperent & intelligerent ac nouissima prouiderent*. Causa cæcitatis Iudaicæ, superbia fuit, vt docet Ioannes, & auaritia, vt Lucas, & odium quo à Christo auertebantur & inuidia qua agebãtur ad occidendum eum, vt aduertit Pilatus. Quod gula homines obtundat, Gregorius docet, & patet in exemplo [a] Nabal, cuius *cor* per ebrietatẽ *factum est durum quasi lapis*. Idem de luxuria patet, in duobus senibus Susannæ insidiantibus, quorum oculos concupiscentia excæcauerat, & in Dauide, qui post patratum cum Bethsabee adulterium nouem mensibus in peccato, sine eius cognitione, permansit. Diligenter itaque peccata fuge, ac præsertim ea quæ iam enumeraui; hæc enim præ alijs hominum occæcant, & ad terrena deflectunt; quicquid agis, hoc cogita fieri posse vt subito hinc ad districtum Dei iudicium euoceris, quemadmodum frequenter voluptuarijs solet contingere; iuxta illud Iob *ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt*. Noli esse similis iuuenibus stultis, qui cum proficiscuntur hospitium ingressi, diu illuc comedunt nihil de ingruente vespera solliciti, atque ita ciuitate excluduntur, & in prædones incidunt: aut viatori, à quo sub arbore opaca dormiente, vmbra paulatim declinat, donec adueniente solis æstu percussus enecetur. Tria sunt de quibus quotidiana nobis deberet esse meditatio. *Primo* de bonis quæ hic & multa & magna habemus. nimirum *Primo* quod cœlum hic mereri possimus, in futuro autem sæculo nunquam poterimus. *Secundo* quod meritum hoc non vni alicui, aut paucis operibus, aut certis annexum sit diebus, sed omni verbo, opere, & tempore fieri potest, modo ad Dei ea honorem dirigamus. *Tertio* quod proficere quotidie possimus, in virtute, charitate, & gratia. *Quarto* quod Sacramentis vti possimus, ac præcipue

Duæ hominum cæcitates.

Deut.32. Peccata obtũdunt. *Ioan.12.* *Luc.16.* *Matth.27.* *Lib.31. Mor. cap.31.* *a1.Reg.25.* *Dan.13.* *2.Reg.12.*

Iob.21. Tria homini cogitanda. I.

puè ſacratiſſimo illo Euchariſtiæ ſacramento, in quo Chriſtus corpore, & anima, carne, & ſanguine, Deus, & homo nobis communicatur, vt nos donis ſuis impleat, aduerſus peccata muniat, hoſtes noſtros expugnet. *Secundo* de turpitudine, & 2.
fœditate peccati quæ tanta eſt vt ſpecioſiſſimum Angelum in teterrimum demutauerit dæmonem, & nos Deo qui ſummũ bonum eſt priuet, virtuteſque & bona omnia tollat. *Tertio* de 3.
bonis, pariter ac malis futuris, quæ ſua magnitudine ingenium omne ſuperant. Sunt enim in cœlo infinitæ Dei diuitiæ, in inferno contra; infinita quæ vno mortali peccato incurritur eius iracundia. Hæc ſi mediteris frequentius, non ſolum peccata vitabis, ſed omni ſtudio ad vitæ adſpirabis perfectionem. qui vero ea non cogitant, iure merito à Sapiente ſparſim in libris eius ſtulti vocantur, & fatui: ſuperant enim ſtultitia ſua omnes. Quin vt noſtrum quiuis citata ſuperius Chriſti verba, ad ſe referret non vſus eſt Chriſtus termino cõmuni *VOS* ſed *TV* quaſi dicat ſinguli veſtrum bona namque, vel mala quæ iam commemorauimus ſingulos ita inuoluent ac ſi alij nulli eſſent.

Nota autem tempus præſentis vitæ vocari *diem noſtrum*. *Primo* quia datus eſt nobis operandi & lucrandi cauſſa & eo durante arbitrio noſtro, ſiue ad bonum, ſiue ad malum, pro vt libuerit permittimur: poſt eum autem Domini dies ſequetur, *Secundo.* quia tempus hoc pretioſum, quod conceſſit nobis Deus, peccatis noſtris fœdamus. quemadmodum enim ſi quis amico equum cõceſſerit pulcrum, & ſanum, quem dein claudicantem recipiat, & deformem, recte dixerit nõ eſt hic meus equus quem tibi conceſſeram. ſic nec Chriſtus dies illos nouit, quos cum ipſe nobis dederit mundos, nos peccatis fœdamus. *Tertio*. quia tempore hoc non tam Deus, quam diabolus & concupiſcentia noſtra, vtuntur per nos. dies ſuos, dicebat Dauid, declinaſſe ſicut vmbram. vti enim hæc obſcura eſt, & ſine lumine; ſic & dies peccatorum. & quemadmodum vmbra corpus ſequitur, & ſecundum varios illius ſitus & figuras mutatur; ſic & tempus, & vita peccatorum, regitur & mutatur pro diaboli arbitrio, & concupiſcentiæ deſiderijs. *Quarto* quia non Dei honorem, ſed propriam quærimus hoc

Dies Noſter. *Secundo.* *Simile.* *Tertio.* *Pſal. 101.* *Simile.* *2. Tim 2.*

Psal.54.24. *Lib.5. Moral. cap.28.* tempore vtilitatem. Viri *impij*, ait Dauid, *non dimidiabunt dies suos.* ad quæ verba scribens Sanct. Gregor. quosdam docet vitæ suæ tempus, quasi in duo partiri. iuuentutem sibi, senectam autem Deo dant. impij vero & qui extra omnem Dei timorem sunt, qui Christi sanguinem effundunt, qui proximos fallere student, omnes dies sibi seruant, neque vel graui iam senecta ad Deum conuertuntur. Discas hic. *Primo* vt dies vitæ, saluti vtiliter impendas. quod docebat S. Barlaã Iosaphat filium Indorum Regis, hac parabola. *Damasce. in histor. eorum.* Regio erat in qua nouus quotãnis eligebatur Rex, cui, currente anno, liber rerum omnium permittebatur vsus, anno autem expleto nudus deportabatur in insulam, in qua præter pauperiem nihil. Inter cæteros, vnus fuit qui, cum de anni termino sollicitus cogitaret, communicato cum senioribus & sapientibus regni consilio, intellexit liberam sibi, durante anno, de omnibus regni bonis dispositionem. Præmisit ergo pecuniam, & bona omnia in insulam, ad quam anno absoluto erat ablegandus. AEdificauit arces, & palatia, reditus emit & agros, supellectilem, & vestes, omniaque fecit in aduentum suum sumptuosissime apparari. *Parabola.* præmisit famulos, datisq; muneribus, conciliauit illic sibi amicos. Cum ergo, secundum regni sui consuetudinem, anno vertente nudus exponeretur, honorificentissime ab amicis in insula ista acceptus est, inuenitque omnia quæ eo præmiserat; alijs interim regibus fame ibi, & inedia pereuntibus. Tu ergo similiter fac, & de vitæ tuæ termino sis sollicitus. *Secundo.* Discas *secundo*. Quicquid hic tibi euenerit, à Deo id ad salutem tuam ordinari, & conscientiæ pacem. significat enim hoc Christus cum dixit, in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Noli ergo aduersus Deum murmurare: etsi enim *L.2. Mor. cap.18.* aduersitates ingruant, quarum etiam caussam ignores, illud tamen scias ad salutem tuam eas ordinari. Magnum ait Gregorius solatium est nihil nobis aduersi nisi ex Dei dispositione obtingere, cuiq; solum bona placent. proinde iniquè pessimeq; agimus quotiescunq; de iusta vexatione conquerimur ac murmuramus.

IV.

Tria signa probabilia reprobationis.

Nunc autem abscondita sunt hæc ab oculis tuis. Insinuare videtur Christus his, & superioribus verbis, tria signa. ex quibus merito

merito timeant homines se non esse electos. *Primum est.* Non cognoscere beneficia Dei. *Secundum.* In malis prospere agere. *Tertium.* De futuris, nempe Dei iudicio, & inferno non esse sollicitum. Atque huc reuocari possunt illa triginta, quæ Gerson enumerat. multa porro eorum in multis reperiuntur, qui tamen electos se confidunt, & Dei filios; sed tandem, timeo, se errasse sentient. *Primum* est. bona aliorum consilia contemnere. *Secundum.* Rectæ rationis aut Christianæ legis pręscriptum, negligenter sequi. *Tertium.* Multos consulere, vt S. Paulus ait. semper discentes & nunquam ad veritatis cognitionem peruenientes. *Quartum.* Amare laudantes, odisse repræhendentes se. *Quintum.* Proprię laudis occasiones quęrere. *Sextum* bonum nomen parui facere. vt fit cū peccandi studio homo iustorum de se opiniones, ac malę vitę suę contemtū non curat. *Septimum* suū iudicium superiorū aut SS. Patrum sententijs pręferre. *Octauum* feruor instabilis. *Nonū*, nimia quæ ipsum turbet scrupulositas. *Decimū.* Diuini auxilij desperatio, aut præsumtio. *Vndecimū* sibi placere atq; de vitijs quibusdā gloriari. *Duodecimū.* Gratias agere Deo quasi aliquid habeamus ex nobis ipsis, vt Pharisęus orabat in tēplo. *Decimūtertium.* Spirituales consolationes nimiū quærere. *Decimūquartum.* Post peccatū ita consumi ac consternari vt ad Deū se non erigat vt Cain & Iudas. *Decimumquintum.* Ita post peccatum esse negligentem ac si nihil grande sed humanum aliquod admisisset delictum. *Decimumsextum.* Peccata confessionis solius timore declinare. *Decimumseptimum.* Desperare proximorum salutem. *Decimumoctauum.* Gaudere in proximorum defectibus. *Decimumnonum.* Cum indignatione irasci ijs proximi peccatis quæ misericordiam merebantur. *Vigesimum.* Cupere libertatem ab omnibus tentationibus ac molestijs. *Vigesimum primum.* Quietem amare si ad vitam vocatus sit actiuam. *Vigesimum secundum.* seipsum bonum iudicare. *Vigesimum tertium.* meditationibus se dare ex curiositate, aut delectatione complacente. *Vigesimumquartum.* Iactare in bono proposito constantiam. *Vigesimumquintum.* Iactare conuersationis externæ circumspectionem vt in modestia ac morum compositione. *Vigesimum sextum.* Proprij sensus in

Primum. *Secundum.* *Tertium.* *Lib. de signis bonis & malis.* Triginta signa Gersonis. *2. Timo. 3.* *Luc. 18.*

operibus suis ductum sequi. *Vigesimum septimum.* Non esse indifferentem ad optima, & ea quæ Deo placent magis amplectenda: sed ex affectu se ad alterum determinare. *Vigesimum octauum.* Libenter bene operari vbi plausus populi paratus est. *Vigesimum nonum.* Per se potius, quam per alium res gerere; non ex charitate sed ad ostentationem diligentiæ. *Trigesimum.* Quidquid Christi signo contrariatur qui petit vt crucem eius baiulemus, & discamus ab eo mititatem & humilitatem cordis. Si hæc in te signa depræhendis noli nimium esse securus: multa enim occulta habes peccata, & Dei amor necdum in te debitam assecutus est perfectionem.

Matt. 16. *Matth. 11.*

V. *Quia venient dies in te.* Nota tempus vitæ nostræ vocari *diem,* cum dixit Christus *in hac die.* tempus vero pœnæ non *diem* sed *dies Primo.* propter pœnarum post hanc vitam diuturnitatem; pœna enim inferni ęterna est, nec post centena annorum millia minuetur, imo quantumcunque detraxeris, æternitati nihil decedit. In purgatorio quoque prolixiores sunt pœnæ, quam multi opinentur; vti supra in quinta concione diximus. Nam post hanc vitam iustitiæ tempus est, quando nec otiosum verbum oris, vel mentis, impune relinquetur. Quocirca in præsenti pœnitentiam age, ne temporis futuri te prolixitas inuoluat. *Secundo.* propter pœnarum grauitatem. hæc enim facit vt etiam breue tempus putetur prolixum. qui nocte vna calida febri æstuat, nec potest quiescere, ex nocte vna tres facit, aut plures. Grauitas autem pœnarum post hanc vitam, nō in inferno tantum, sed & purgatorio ineffabilis est. Refert Cantipratanus de ægro, qui integrum annum iacuerat fixus lecto: pertæsus itaque cum multis lacrymis Deum orabat vt tolleret eum de mundo. Apparuit dein ei Angelus dicens: Exaudiuit Deus orationem tuam. duorum tibi datur optio vt post vnius adhuc anni morbum recta ad cœlum euoles, aut iam discedens post tridui purgatorium. Æger tridui tantum tempus expendens atque illud cum integro anno componēs non autem purgatorij ac morbi tormenta, præeligebat statim triduanum purgatorium plumis annuis. Mortuus est itaque statim ac ad purgatorium delatus. vbi post diem vnum ad eū reuersus Angelus quæsiuit quomodo ageret. Respōdit O Impostor,

Cur dies pluraliter. *Primo.*

§ 2.

Li. 2. de apib.

Exemplū.

postor, non Angelus, triduum hic mihi pollicitus es & iam facile centum sunt anni. Respondit angelus vnum hic diem moratus es, nam necdum tumulatum est tuum corpus, Pœnarũ grauitas tempora tibi extendit. Quare iam secundum elige aut quod restat biduum, aut annuum decubitum. Ad hoc alter ad extremum vsque iudicij diem malo morbo quam hic vno adhuc die doloribus affligi. Atque ita reuixit, narransque quæ sibi acciderant multos ad pœnitentiam conuertit. Lapso anno iterum mortuus in cœlum abijt. Purgatorij ergo futuri pœnas caue aspernari, quarum & acrimonia tanta & diuturnitas. Dum tempus est ad Deum conuertere. minori enim breuiorique pœnitentia purgatorij pœnas effugies.

VI.

Et circundabunt te inimici tui vallo. In hac, & sequentibus quinque sententijs, exprimit Christus sex mala, Iudæis tempore obsidionis Ierosolymitanæ, superuentura, vt supra explicuimus & quia destructio Ierosolymorum, typus est damnationis peccatorum, possumus eadem sex mala accommodare spiritualiter peccatoribus, cùm peccato mortali hinc recedẽtibus; quæ incipiunt instante iam morte, & post eam sine vllo fine perdurant. Inimici extra dubium diaboli sunt, qui nullo officio aut beneficio tibi conciliari possunt. Accedunt ei in agone, ad homines omnes, exploraturi vtrum quid dignum pœna in his sit; imo nec timuerunt ad Christum accedere, quemadmodum Christus ipse testatus est cum diceret. *Venit princeps mundi huius, & in ME non habet quicquam.* accessit namque, ait Gregorius, quia suum aliquid in eo inuenire se posse arbitrabatur. Accedunt ergo diaboli, & bonos & malos; sed multum diuerso modo. bonos enim inueniunt ab alijs melius custoditos, malis autem ipsi dominantur, & in eis sex hæc inchoant mala, post mortem complenda. *primo* vallũ iaciunt, quo anima includitur vt egressum nõ inueniat ad cœlos. Peccata nimirum, quæ in agone hominibus cogitanda obijciunt, ea aggrauantes ex multitudine, fœditate, ingratitudine, doctrinis, & exemplis malis, obligatione restituendi bona iniuste acquisita, detractione honoris, famæ, & cæt. vt sic tandem homines in salutis desperationem inducant. Cum ad peccandum aliquem prouocant, viam salutis mentiuntur latam, & aper-

In exegesi Euangelij. Mystica destructio Ierusalem.

Inimici qui?

Ioan. 14. 30. *Hom. 39. in Euang.*

Sex mala destructionis peccatorum. *Primum.* Vallantur.

apertam; sed sub vitæ extremum eam vndique reddunt angustã, & clausam. In inferno vallum magnum est, de quo diuiti epuloni dixit Abraham. *Inter nos & vos, chaos magnum firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos non poßint, neque inde huc transmeare.* Nempe ipsa inferni abyssus, è qua damnatorum nemo nunquam educi potest. Caue ab hoc vallo, ac peccata per pœnitentiam, confessionem, satisfactionem, ac restitutionem depone. ne diaboli in extremo mortis articulo, aliquam inueniant valli, quo ab eis includaris, materiam. si enim sub morte liber sis, neque in inferno concluderis.

Luc. 16. 26.

VII. Secundo. Circumdantur.

Et circundabunt te. Secunda Iudæorum pœna fuit quod Hierosolymitana ciuitas exercitu Romanorum includeretur. Idem in morte contingit peccatoribus. accedunt enim innumeri spiritus nequam, & hominem agonisantem cingunt, animæ exitum præstolantes, vt eam rapiant; quemadmodum excubant feles ad murium antra, vel (vt Sanct. Petrus loquitur) *tanquam leo rugens circuit, quærens quem deuoret.* Præcipue vero illi accedent, qui vt peccares persuaserunt; quo animam tuam ad Luciferum, de victoria sua triumphantes, deportent, ac illam sibi mercedem postulantes, vt æternis te inferni doloribus torqueant. Accedet cum asseclis suis spiritus superbiæ, quem in superfluo corporis cultu, nouis inuentionibus, simulatione, inobedientia, vana gloria, hæresi, proprio iudicio, & placito &cæt. secutus es. Aderit ei spiritus inuidiæ cum asseclis suis, obijciens tibi omnes detractiones, susurrationes, odia, gaudium ex alieno malo, dolorem ex bono &c. similiter spiritus iracundiæ cum suis exprobrans omnes calumnias, conuitia, dicteria, rixas, pugnas, contentiones, cædes, appetitus vindictæ, iuramẽta, execrationes. Nec deerunt spiritus gulæ, luxuriç, acediç, qui in memoriam reuocabunt quicquid pro carnis voluptate, ad Dei offensam commiseris: spiritus quoque auaritiæ omnes recensebit fraudes, mendacia, periuria, furta, rapinas, proditiones, vsuras, simonias, iniustas possessiones, immisericordiam, inanes sollicitudines, &c. Quisq; quod suum est in te quæret, & ceu mãcipium catenis te vinctum, misere ad inferna detrahet: vbi

1. Pet. 5. 8.

non ab his ſpiritibus ſolum, qui in æternum te non ceſſabunt diuerſis torquere cruciatibus, ſed alijs quoque cingeris damnatis, quorum per peccata fuiſti ſimilis, in vnum colligatus faſcem, medius inter tot miſeras, fœtentes & maledictas creaturas: continuo audiens miſeros eorum eiulatus, voces, & blaſphemias; ſimiliter olfaciens intolerabilem eorum fœtorem. Erunt & hi inimici tui, neque enim inferno charitas eſt, ſed diræ tantum imprecationes, inimicitiæ, & diabolicum odium. A quibus ſi liberari velis, obedi bono Angelo cui commiſſus es, vt in articulo mortis, ad te Angelos alios, & Beatos adducat, teq; conſoletur, tueatur, & ad cœlos perducat; vbi in medijs beatorum choris perpetuo gaudio fruens quieſcas.

Et conguſtabunt te vndique. Tertia Iudæorum pœna fuit quod ex omni parte coanguſtarentur. Foris enim includebantur à Romanis, intus affligebat eos fames, mortes, rapinæ ſeditioſorum, qui omni die, aut potius hora, in ciuium domos inuolabant, & aliorum, qui venerant ad feſtiuitatem, accurate explorantes num quid ciborum ſupereſſet. ac cum aliquid inueniſſent, vi illud tollebant, eoſque qui abſconderant percutiebant. Tanta erat famis vehementia, vt de parte corij, aut arboris cortice, ad famem ſedandam inuenta, gauderent. Multos fames occidit, & peſtis; iacebant plateæ cadaueribus tectæ, & ciuitatum foſſæ eis adimplebantur: neq; vllo vnquam tempore tanta fuit afflictio, præſertim cum Deum ſibi ſentirent aduerſum, cuius illi vnigenitum ita crudeliter occiderant. VIII. *Tertia.* Vndiq; coanguſtari.

Quod ad peccatorem ſpectat. facile quiuis cogitare poteſt, quantæ eum vndiq; premant anguſtiæ, qui nuſquam inuenit ſolatiũ, ſed deſolationẽ. ſupra ſe Deũ videt iratum, infra ſe infernum, hi aũt in ſe conſcientiam mordentem, cum omnibus quæ vnquã patrauit peccatis: extra ſe amicos, conſanguineos, honores, bona, & omne ꝙ amat, à quibus iã iã præciſa quoq; omni recuperationis ſpe auellẽdus eſt. ſpiritꝰ ꝑterea malignos quorũ tã horribilis eſt adſpectus, vt præ eo omnẽ potiꝰ eligas pœnam. ſtãt hi auidi ad animæ à corpore ſeparationẽ. imo ipſi quadam tenus eã, ex corpore, vt Chryſoſtom. ſcribit, euellũt.

Hom. 63. ad pop. Antioc. & 54. in Matth.

O quanta est angustia, relinquere omne bonum, & expectare omne malum; & tamen maior adhuc in inferno angustia est, vbi nullum est corporis membrum, nulla animæ potentia, quin ineffabiliter, & æterne crucietur; vbi nullus est amicus aut consolator, vbi nec solatij tantum vt vel aquæ guttam impetrare possis: quam mille iam, & quingentis annis diues epulo frustra petiuit. O quanta est angustia nullum tormentorum istorum videre, imo nec sperare finem; quæ etiam nũquam minuuntur, sed potius augentur frequenter & grauiter peccatis hominum, quibus vel verbo, vel facto, peccandi occasionem dedisti. Quare angusta teipsum hic, nec nimium diffluas, vt in mortis articulo cor habeas non angustatum, & triste; sed dilatatum, & hilare, & post mortem in cœlum deporteris, vbi latus est & apertus locus; ac puteum inferni euadas, in quo damnati se mutuo angustant, & premunt, in maximo numero, loco autem exiguo, nempe quantus est cẽtrum terræ.

Luc. 16.

Quarto. Prosterni in terram.

Et ad terram prosternent te. Quarta fuit Iudæorum pęna, quod metropolis eorum Ierusalem, Regum & Summorum Pontificum aula, cum celeberrimo & pretiosissimo Templo, subuersum fuerit & dirutum.

Spiritualiter autem in terram prosternitur peccator, in extremis.
1. *Primo* cum auertunt ab eo dæmones bona consilia, & inspirationes; eiq; temporalia solum & terrena proponunt, nempe morbi vehementiam, coniugem, liberos, testamentum, medicos, spem vitæ &c. Tali enim, ait Augustinus, animaduersione percutitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui, cum viueret, oblitus est Dei.
2. *Secundo*. cum desperationem ei ingerunt, ex nimia peccatorum magnitudine, & numero. Refert historiam sui temporis Beda. de fabro quodam, cum viueret potui magis, quam Ecclesiæ & cultui Dei dedito. Vidit is in extremis patentem infernum, & cum ad pœnitentiam moneretur, respondit: nunc serius est, video enim paratam mihi sedem in inferno, Caiphæ vicinam, nec possum iam emendare vitam meam, siquidem expectat me locus meus. Atque ita sine Sacramentis miseram animam amisit, ac corpus in locum profanum illatum est. Subdit autem

Serm. 3. de Innocen.

Lib. 5. hist. Anglic. c. 15.

Exemplũ.

tem Beda: Qui non vult Ecclesiæ ianuam sponte humiliatus ingredi, necesse habet in ianuam inferni non sponte damnatus introduci. *Tertio* quando corpore per morbum superato, neque ei spes vlla est recuperandæ hic sanitatis, neque acquirendæ in futuro salutis. sed manebit perpetuo sub terra. post mortem enim peccatoris & animam, & corpus, terra tegit. Dum viuimus anima & corpus mutuo sibi, vt Apostolus testatur, hostes sunt. qui vicerit, victum ad partes suas iure & more belli abducit. quemadmodum si Francum vincat Hispanus, victus in Hispaniam; contra si Hispanum vicerit Francus, victus in Franciam abducitur. sic in spiritualibus. si anima vincat corpus, & subijciat illud rectę rationi, ac diuinæ legi; illa hoc secum in patriam suam abducit, illudque ibi suæ gloriæ particeps reddit; vbi nihil præter gloriam est, & lætitiam. sin contra corpus vicerit, animam, intellectum, & voluntatem carni subijciens, anima in corporis patriam abripitur, id est, in terram, imo in terræ abyssum, & foueam inferni. Labora ergo vt anima de corpore triumphet, exue animi perturbationes, sequere iudicium rectæ rationis, & fidei, ita fiet vt cum anima corpus subuehatur, & non contra, cum corpore anima ad terram prosternatur.

3.

Gal. 5.

X.

Et filios tuos qui in te sunt. Quinta fuit Iudæorum pœna. quod omnes, qui Ierosolymis aderant, in terram prosternerentur, id est, fame, peste, gladio, aliove modo occiderentur; aut pro seruis caperentur, totoque orbe distraherentur. Contingit & hoc peccatori cum moritur. Sanct. Gregorius peccatoris filios, cogitationes eius esse dicit, ac de futuris promissiones. sic in Euangelio, diuiti, qui frumenta aliosque fructus habebat plurimos, dum cogitat horrea antiquiora deijcere, & noua erigere, dictum est. *Stulte hac nocte auferent animam tuam à te: quæ autem parasti cuius erunt?* De his Dauid dixit, *peribunt omnes cogitationes eorum*. Quot sunt qui mirabilia concipiunt, & sibi promittunt: interim in puncto discedunt, ita vt nihil eorum, quæ conceperant, exequantur; sed in inferno tempus ante dicatum voluptatibus, in grauissimis pœnis transigant. An non horum filij, id est,

Quinta. Et filios prosterni.

Hom. 39. in Euang.

Luc. 12. 20.

Psal. 145. 4.

conceptus & cogitationes in terram prosternuntur? Possunt & filiorum nomine naturales intelligi, & qui ex ipsis corpo-
1. raliter nati sunt: qui dupliciter in terram prosternuntur. *Primo* cum impiorum filij periunt, iuxta quod Dauid ait. *Semen im-*
Psal. 36. 28. *piorum peribit* & *Reliquiæ impiorum interibunt.* Omne semen Cain, & impiorum diluuio suffocatum est. Herodes, qui innocentes occiderat, numerosam satis familiam habuit; sed pe-
2. rijt exiguo tempore vniuersa. *Secundo.* Cum filij, vel subditi, parentes vel superiores suos (quorum hic secuti sunt doctrinam & mala exempla) etiam post hanc vitam in inferno sequuntur. Illic mutuo se blasphemant & execrantur; parentes filios quos perdite amauerunt, quorum peccata fouerunt, & pro quibus ditandis iniuste aliena sibi acquisierunt: contra filij & subditi parentes suos & superiores, quorum exemplo, doctrina, indulgentia, perierunt. Id-
Luc. 16. eo petebat diues epulo vt Lazarus mitteretur ad fratres suos, moniturus eos: non quod eos ipse diligeret (neque enim in inferno dilectio vlla est) sed ne ex illis cresceret ipsi sua damnatio, quos exemplo suo ille scandalizarat, quique ob hoc ipsum perpetuo erant eum maledicturi. O quantus erit cruciatus, cum execrabuntur te in æternum proprij liberi, videntes se frustra natos, imo per te ad æterna tormenta detrusos. Hæc cogita, ac filios in omni timore enutri. ita erunt tibi perpetuo gaudio: illis autem parcere, ac peccatis eorum indulgere, æternam parit contumeliam. Præstat sane eos hic à te corripi, quam te ptopter ipsos in futuro puniri.

XI. *Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Sexta* fuit Iudæorum pœna quod non solum Ierosolymitana ciuitas, cum templo, subuersa fuerit, & funditus destructa; sed quod nihil omnino, ad subuertendam impiorum memoriam, integrum manserit. Refert Nicephorus, & ante eum Eusebius, Imperatorem Adrianum Ierosolymorum loco aliam ædificasse ciuitatem, cui mutato nomine nomen suum imposuerit, vocans eam Eliam, prohibuisseque Iudæos ab accessu ad eam: ita vt ne quidem eam longe potuerint conspicere; statuisseque supra portam; quæ ducebat Bethlehem, caput porcinum

Sexta. Nō manet lapis super lapidem.
Lib. 3. c. 24.
Lib. 4. c. 6.

num in abominationem Iudaicæ religionis. Anno Dom. 363. incitauit Iudæos Iulianus Apostata ad templi reædificationem, idque in contumeliam Domini nostri Iesu Christi, quem volebat Iulianus facere mendacem, quod dixisset non relinquendum lapidem supra lapidem. Laborabant ergo illi pro viribus: sed cum fundamenta tangerent, ignis ex terra exilijt, factusque est terræmotus quo eorum multi perierunt, ac reliqui lapides fundamenti, qui eo vsque manserant coniuncti, eiecti sunt: vt hæc Christi verba omnino implerentur. De his alijsque quæ tunc contigerunt miraculis, multi Sanctorum Patrum, & Historicorum meminerunt, vt [a] Gregorius Nazianzenus, [b] Chrysostomus, [c] Ruffinus, [d] Socrates, [e] Theodoretus.

a Orat. 3. in Iulian.
b Hom. 4. in Mat. & 41. in acta.
c Lib. 1. c. 38. & 39.
d Lib. 3 c. 17.
e Lib. 3. c. 17. Niceph. libr. 10. c. 32. et 33.

Spiritualiter per lapides possumus, cum Origene, bona opera intelligere, quæ ad Dei honorem homines in gratia faciunt. Stant hæc, & surgunt ex eis pretiosissima vsque ad cœlum palatia, quamdiu stamus nos in gratia Dei: si vero quis à Deo recedat, in peccatum lapsus, corruunt ædificia omnia neque præteritorum operum aliquod tibi prodest. Hinc apud Ezechielem legimus, *cum iustus recesserit à iustitia sua omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur*. Est autem hæc magna tristitiæ & angustiæ peccatorum in extremis occasio, & in inferno cum repetunt secum, fuisse se olim Dei filios, multaque fecisse bona quibus gloriam meruerant, at nunc excidisse ab istis, sine vllius vtilitatis spe, imo se cum diabolis tanquam Dei inimicos proiectos esse. Quantus esset Regis filio dolor, si exutus omnibus, inter scurras ad triremes damnaretur, vitam illic miserrime finiturus? Sentiunt tamen hoc multo magis damnati, & ex eo ineffabilem concipiunt dolorem. *Tene ergo quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.* Possunt & hæc corporaliter intelligi de ædificijs & temporalibus bonis, quibus peccator innititur, ac per mortem spoliatur. ex domo commoda, omniq; requie, in æternũ migrans carcerem, relictis palatijs, & domibus; voluptatis quę initio aut cadunt aut post breue tempus subuertuntur. sicuti Romæ patet, vbi magna Principum palatia, in bestiarum

Ezec. 33. 13.

Simile.

Apoc. 3. 11.

rum stabula commutata sunt. Docet Chrysostomus, neminem ædificare solitum eo in loco, quo non posset ædificium diu subsistere quicquid autem in mundo est, momentaneum est; ac propterea exstruas, ait, palatia in altero mundo, quanta vis; sic fiet vt hinc eo cum lætitia proficiscaris, si nihil hic relinquas, sed ad locum abeas æternæ habitationis.

Hom. 7. de pænit.

Hom. 2. & 68. ad pop. Antioch.

Ex eis quæ huc vsque diximus, occasionem habes emendandi vitam, dum tempus, & corporis sanitatem concedit Deus. Certe nihil est afflictius peccatore agonisante, ab inimicis cincto, & virtutibus spoliato. qui nihil nisi præcipitationem expectat in inferni abyssum, quam sibi videt patentem. Noli hæc ô homo putare fabulam, quotidiana vides in multis, qui moriuntur, exempla: & in te ipso tandem experieris. si ea cogitas, nihil inde mali; sin negligis, ocyus ad mortem properas, & damnationem. Ideo cogites ea semper, ac modum quæras, quo à morte mala liberari possis, eumque amplectere: ne te mors contristet, sed magis lætum reddat, tanquam miseriarum exitus, & gaudij introitus.

XII. *Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.* Aliam nullam allegat Christus malorum præcedentium caussam, nisi insipientiam nostram, quæ mali omnis initium est & caussa. ex hac nascitur futuri mali contemtus, boni neglectus, & ingratitudo pro Diuinis beneficijs, vt nec à peccatis desistas, nec virtuti studeas. Caussa porro insipientiæ huius est, nimius & inordinatus amor carnis, qui non permittit vt vel de spiritualibus, & futuris cogites; vel sacras conciones, quibus ad cogitanda ista excitari possis, audias. Peruersa, ait Gregorius, anima, rebus, addicta præsentibus, & ad mundanas effusa voluptates, subsequentium malorum tormentis occultatis, de futuris calamitatibus cogitare reformidat, ne præsentia vitæ oblectamenta amittat. quando igitur se ipsam per fallaces mundi huius illecebras negligit, ac de futuris quicquam cogitare renuit, quid aliud agit quam vt clausis, (quod aiunt) oculis, ad æternæ damnationis barathrum contendat. Ideo monet scriptura *in die malorum ne im-*

Insipientia omnis mali caussa.

Hom. 39. in Euang.

Eccl. 11. 27.

ne immemor sis bonorum & qui gaudent sint tanquam non gaudentes, 1.Cor.7.30.
etsi enim liceat aliquando lętari, nunquam tamen futuri iudicij rigorem omnino seponere debemus, vt tali cogitatione, lætitia præsens temperetur ac moderata sit. hinc *beatum* dicit sapiens *qui semper est pauidus; qui vero mentis est duræ, in malum ruet.* Prouе.28.14. tanto namque erit futuri iudicij ira grauior, quanto hic eam minus timemus. Huc vsque Gregorius. Eodem autem spectat quod Climachus docet. Hoc in primis laborant diaboli, vt intellectum nostrum obtenebrent, ac dein nobis, quod ipsis placet, persuadeant. neque enim possunt thesaurum, quem portamus, auferre; nisi oculos nostros prius occluserint. Disce ergo hic ignorantiæ, & insipientiæ fugam, audi libens verbum Dei, occupare contemplationibus cœlestibus, obserua diuinas inspirationes, ac cum Propheta dicas *confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui:* Solent olim qui cruci configebantur, se quantum poterant continere à motu quietos, ob cruciatuum, quos ex motu sentiebant, vehementiam. Tu quoque idem fac; configat te mortis iudicij & inferni metus, neque ad peccata mouearis: sed cum ad peccata tentaris, futura cogita & quiesce.

Gradu.15.de castitate. Ps.118.120. Simile.

Tempus visitationis de quo agit hic Christus; tempus est præsentis vitæ, quo nos Christus multis modis visitat. *Primo* beneficijs. vnde Dauid, *visita nos in salutari tuo*, id est, auxilijs & medijs quæ ad salutem ducant. *Secundo* aduersis & prosperis: vnde apud Dauidem: Deus; *Si dereliquerint filij eius legem meam, visitabo in virga iniquitates eorum. Tertio* Doctoribus & monitionibus bonis: vnde apud Lucam gratulabatur sibi plebs. *Propheta magnus surrexit, & visitauit Dominus plebem suam. Quarto* Inspirationibus & allocutionibus internis; stat enim ante conscientiæ ostium, & pulsat. *Quinto* Sacramentis; ac præcipuè Eucharistia, in qua ipse ad nos venit, animamque visitat: vt eam sanet, ornet, ac diuinis muneribus ditet. Gratus sis visitationibus singulis, eumque quoties te visitat suscipe: si enim iam eum admittis ad te cum desiderio venientem, postea te vocabit ad se, vt audias veni bene-

Tempus visitationis quid? Primo. Psal.105. Secundo. Psalm.88.31. & 33. Tertio. Luc.7.16. Quarto. Apo.3. Quinto.

benedicte Patris mei contra si eum hic excludis, & reijcis, spreta eius monitione ac desiderio, fiet vt & ipse te posteà reijciat, dicens Abi maledicte in ignem æternum.

XIII. *Et ingressus in templum.* Dat hic Christus nobis. *Primo* bonum exemplum vt ante omnia quæramus regnum Dei, & cum in ciuitatem aliquam ingredimur, primo templum visitemus, gratias Deo acturi, quod eo vsque nos deduxerit; & rogaturi vt ad nominis sui honorem promoueat, quod eo loci exequemur. *Secundo.* docet quoque, ait Gregorius, re ipsa, quod ex templo initium orietur malorum futurorum, quæ iam ante defleuerat. Auaritia enim, & alia Iudaicorum Sacerdotum peccata, Christum occiderunt, & ab eo plebem auerterunt: quod Hierosolymorum subuersione puniri debebat. *Tertio* docet (vt Doctor quidam antiquus obseruat) vnde inchoanda esset Hierosolymæ, id est, Ecclesiæ reformatio: nempe à templo, id est, ab Ecclesiasticis. qui si boni sint, reliqua omnia quoque erunt bona; contra si mali, multi nascuntur in Laicis abusus. Sacerdotes (ait). id sunt in Ecclesia, quod in corpore stomachus; qui acceptum extrinsecus cibum, naturali calore primum digerit, dein ad alia quoque membra transmittit. & si sanus sit, faciatque quod sui est muneris, sanum quoque est corpus; sin frigeat, plenus sit mali humoris, male digerat, vel eijciat, corpus totum laborat. Nos Sacerdotes Ecclesiæ Doctores sumus, Laicos præcedere debemus vita bona, ac in vera fide instruere: ex nostra ignorantia, & vita mala, nascitur ignorantia ipsorum & prauitas. neque enim volunt discipuli superare magistros suos, & quilibet propendet magis vt cum malis descendat, quam adscendat cum bonis. Hinc omnes abusus, Ecclesiasticorum contemtus, Sacramentorum vilipensio, ac rerum Diuinarum, ac tandem extremum malorum, id est hæresis. Didicimus hæc nostro sæculo per experientiam, iuxta S. Ioannis vaticinium: qui in Apocalypsi sua, postquam quartus Angelus tuba cecinerit solem scribit, & lunam, & stellas obtenebratas. Ecclesiasticos significans, qui lux mundi esse deberent; sed propter ignorantiæ & malæ vitæ caliginem, non luxerunt. Ac tum quintus Angelus tuba cecinit, & statim stella de cęlo

ceci-

Tria documenta. *Primum.* *Auctor operis imperfecti in Matt. hom. 38.* *Secundum.* *Hom. 39. in Euang.* *Auctor operis imperfecti hom. 38.* *Simile.* Vnde in Ecclesia tot abusus. *Apoc. 8.*

cecidit in terram, quæ aperuit puteum abyssi, ex quo adscendit fumus, qui obscurauit solem; & locustæ de fumo putei. Stella hæc citra dubium Lutherus est, qui ianuam nouis aperuit hæresibus. Locustæ discipuli eius sunt, qui magistrum imitati, nouas & ipsi hæreses inuexerunt. vt Zuinglius, Melanchthon, Caluinus, Bucerus, aliijque hæretici verbi buccinatores; qui locustarum instar, præ superbia saliunt, sed præ impudicitia, auaritia, crudelitate, statim in terram cum dedecore relabuntur. Ora Deum vt ab omnibus his plagis nos liberet, noxiasque locustas (sicut in AEgypto fecit) in mare rubrum demergat, implens eas rubro sanguine suo, & ex diabolicis locustis, in bonos conuertens pisces; quos rete Sanct. Petri, Catholica scilicet doctrina, capere possit, ac in nauim Sanct. Petri, id est, Ecclesiam veram inducere.

Lutherus stella quæ cecidit. Discipuli eius locustæ.

Exod. 10.

XIV. *Cœpit eijcere vendentes in illo, & ementes: dicens illis.* Addunt Matheus & Marcus, subuersas ab eo Nummulariorum mensas, & cathedras vendentium columbas, nec permisisse *vt quisquam transferret vas per templum.* Fuit hoc, vt Hieronymus notat, grande miraculum, vt homo vnus, citra difficultatem, tanta præstaret. sed resplenduit ex vultu eius & oculis quidam Diuinę maiestatis radius, quo omnes verberabantur. Fecit porro id Christus, non tam ob religionem Iudaici templi, cuius Sacrificia paulo post desitura erant; cum eadem hebdomade, Christus vero corporis sui sacrificio, cæremonias omnes euacuaret. sed vt nos Christianos doceret *Primo.* Reuerentiam in templis, abstinentiam à fabulis, obambulatione, & negotiatione: vt corde puro, exclusis cogitationibus non tantum inhonestis, sed & sæcularibus, ac temporalibus, accedamus. Ideo in Ecclesiæ limine lustralis aqua ponitur, vt ea reuerenter te ipsum aspergens, diabolum, prauasque eius suggestiones fugias. Non audebant olim Christiani, cum mortalis peccati conscientia, templum ingredi. Refert de nobili quodam Gregorius, quod vigilia Paschatis inebriatus iniectauit in baptismo à se susceptam. Paschatis festo templum ingredi, vltionem diuinam veritus, formidabat, pudore etiam humano, vti primarius, negligere non audebat.

Matt. 21. 12. *Mar. 11. 16.*

In Mat. c. 21.

Cur templo eiecerit emptores Christus? *Primo.*

Cur aqua lustralis in templi ingressu.

Lib. 4. dial. cap. 32.

Vicit

Vicit pudor timorem, ingreditur templum, expectans vindictam quæ illo die hominem prætèrijt. postridie igitur & sic per hebdomadam reuersus fidentior septimo die repente defungitur, sepelitur. Ac multis diebus & noctibus ignis de sepulcro visus est egredi donec corpus, ossa ac super iniectam terram penitus absumeret & terræ foueam redaperiret. Dei templum locus sanctus est, caue peccatis tuis eum inquines.

Secundo. *1. Cor. 6. 19.* *Secundo* vt nos Christiani corporis & animi nostri templum cum omni puritate & sanctitate custodiamus *membra enim nostra*, ait Apostolus, *templum sunt Dei & Spiritus Sancti.*

Tertio. *Tertio.* quod non debeant Ecclesiæ ministri negotiari, sed Deo seruire; & quod laici, si non fuerint ab Apostolorum successoribus legitime consecrati, non debeant se ad Ecclesiastica munia ingerere; qualia sunt concionari, Sacramenta distribuere, de fide disputare. qui enim talia agunt, cathedras suas certo sciant tandem subuertendas, seque omni honore spoliatos, in inferni profunda mergendos. Notandum enim est quod dicitur *cœpit eijcere.* tunc enim cœpit, nunc continuat. quotidie enim ab Ecclesia vendentes eijcit & ementes in infernum, nec Ecclesiasticos tantum, sed omnes malos Christianos, qui peccatis suis Dei templum, quod est Ecclesia, maculant. ementes à diabolo honores, diuitias, & voluptates, redditis ei animabus suis pro pretio. (Cœpit eijcere cur?)

XV. Documēta. *Primum.* *Domus mea domus orationis est.* Discis hic. *Primo* etsi impleat Deus cœlum & terram, habere tamen eum in terra domum quam vocat suam; quæ in veteri Testamento vnica erat, templum scilicet Hierosolymitanum; in nouo autem Testamento multæ sunt, & in omni loco, vt significat Apostolus, cum ait, *Volo viros orare* IN OMNI LOCO, *leuantes puras manus, sine ira & disceptatione. similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate; non intortis crinibus &c.* Loquitur enim hic Apostolus, de oratione communi in ecclesijs. Domus hę, post erectionem à Catholicis, Deo per cœremonias multas offeruntur, & dicantur. *Primo.* vt locus Episcopali benedictione sanctificetur. *Secundo.* vt signis externis exprimamus domos (*1. Tim. 2. 8.*) (Cur tēpla dedicentur.)
1.
2.

domos istas Deo dicari. *Tertio*, vt dæmones fugentur. sicuti enim Imperatorum & Regum aulæ asyla sunt, ita vt non possit inibi reus à lictore capi; sic nec diabolo permittitur eadem facultas, impugnandi Christianos & vexandi in Ecclesijs, quæ in locis profanis. Scripsit ante 950. annos Sophronius, Patriarcha Hierosolymitanus, cum altaria consecrantur eorum singulis deputari à Deo Angelum custodem, qui preces illic fundendas promoueat. Testatur de seipso Sanctus Gregorius, quod Ecclesiam consecrarit, qua Arriani aliquando fuerant vsi; in quam, cum reliquias S. Stephani Protomartyris, & S. Marthæ virginis intulisset, ac sacrificium offerret, populus, qui inibi compressus consistebat, porcum sensit inter pedes discurrere, qui tandem templum exijt. De quo non dubium quin diabolus fuerit, qui etiam duabus pòst sequentibus noctibus, magnum supra templum tumultum concitauit. 3. *In prat. spirit. c. 4. & 10.* *Lib. 3. dial. cap. 30.*

Ex præsentibus Christi verbis, quæ apud Isaiam scripta sunt, rationes colligi possunt cur templa erigantur: sunt autem quinque. *Prima*, vt in eis Deus oretur. etsi enim vbique sit, & in omni loco colatur, precesque audiat; i[…]a tamen vt etiam moneat nos intrare in cubiculum, ac clau[…]sis ostijs orare. quod Daniel tribus vicibus faciebat quotidi[…]e, & Iudith oratorium habebat in domo sua: omni tamen tempore communia fuerunt loca, in quibus communes fie[…]bant orationes. quale apud Iudæos erat Templum ad quod ibant Apostoli, vt horarias preces legerent; & Synagogæ, in quibus non solum legebatur lex & Prophetæ, sed & comm[…]unis fiebat oratio. Vbi vero Synagogæ non erant, alia ha[…]bebantur loca: quemadmodum apud Philippenses locus o[…]rationis, teste Epiphanio, sub dio erat ad flumen. Habuit S[…]e Ecclesia à primis sui initijs loca hæc, quæ à Sanctis Patribu[…]s Oratoria vocantur; atque in his multo vtilius quam in p[…]riuatis ædibus, vel locis oratur. *Primo*, quia peculiari ratio[…]ne Deus ibi est præsens; non quasi non sit vbique, cum *cælu[…]m & terram impleat*, nec in inferno minus quam in cœlo e[…]t per naturam, potentiam, & præsentiam; sed quia non sub eadem ratione vbique est. Alio enim modo in cœli[…]s est, vbi eum *Isai. 56.* *Quinque rationes cur templa erigantur.* *Prima.* *Matth. 6.* *Dan. 6.* *Iudith. 9.* *Act. 4.* *Act. 13.* *Act. 16.* *Hæres. 80.* *Melius oratur in oratorijs.* 1. *Hierem. 23.* *Psalm. 138.*

Sancti vident, quam in inferno vbi à nemine videtur; aliter præsens est pijs, quos per gratiam inhabitat, quam impijs. sic peculiariter quoque in templo est, tanquam loco propitiationis. Iussit propterea in Veteri Testamento tabernaculum erigi, & arcam in eo, instar sedis; quasi in ea sederet, atque ex hoc loco Moysi & Aaron consultus respondebat, & populus ante arcam precabatur. Nos tamen peculiari adhuc modo in templis nostris Deum habemus præsentem: nempe corporaliter in Venerabili Sacramento, quod cum omni reuerentia adoramus. *Secundo,* quia in templo Deus orationes magis exaudit, tanquam in loco orationis; in quo Deus ideo est, vt nos exaudiat, alijque præsentes adsunt, qui orationes nostras promoueant: Sancti scilicet, quorum illic corpora requiescunt. Ideo docet Augustinus, vtile esse vt quis in loco eo sepeliatur, vbi reliquiæ tales sunt, vt Sancti pro defunctis orent.

2. *3. Reg. 9.*

Cap. 4. de cura pro mortuis agenda.

3 Reg. 6. & 7. 2. Paral. 3. Psalm. 137. 2.

Item adsunt Angeli qui in templo tanquam Dei palatio Dominum suum circumstant: quod vt significaret Salomon, curauit in templo suo multas Angelorum quasi aulicorum imagines cælari. & Dauid dixit *in conspectu Angelorum Psallam tibi.* Denique adsunt pij homines, qui nobiscum illic orent, quorum tanquam feruentiorum orationes, secum preces nostras in cœlos rapiunt. *Tertio,* quia multa illic sunt quæ in nobis deuotionem prouocent. Dei scilicet & Angelorum præsentia, sacræ Reliquiæ, picturæ, & imagines, exempla aliorum, publicus Dei cultus, ac præcipue Missæ Sacrificium; per ista enim locus sanctificatur, & nos ad orationem excitat.

3.

Secunda.

Altera templorum erigendorum ratio est, vt in eis Sacrificium Deo offeratur: ad hunc finem vnicum habebant Iudæi templum, idque Ierosolymis. Malachias vero, Christianos scribit in omni loco oblaturos Sacrificium vnum mundum, loco omnium sacrificiorum Iudaicorum, ideoque debent & templa in omni loco habere, & altaria. quemadmodum enim domus mercatoria ad contractus, & senatoria ad negotia ciuitatis ordinatur: teloneum ad excipienda

Malach. 1.

enda

enda tributa, macellum ad vendendas carnes, culina ad coquendum, musæum ad scribendum, &c. sic & templum ad sacrificia. Verum quidem est, in nouo Testamento non templi, sed Ecclesiæ nomine nostras domos significari: quod fit, vt ab illo Iudæorum templo distinguamur; tamen cum sacrificium ponit, & altaria, consequenter quoque nos templa habere significat. sicuti qui in domo sua mensas esse dicit, & conuiuia haberi; consequenter quoque cænacula ibi esse significat. vnum enim ex altero pendet. Atqui Apostolus aperte nos altare habere testatur, & quidem tantæ dignitatis, vt *qui tabernaculo deseruiunt non habeant potestatem de eo edere*, sed vt Dauid prædixit, & Apostolus significat, Christiani de eo edunt. Item habemus in Actis, Paulum & Barnabam ad Apostolatum vocatos, Doctoribus & Prophetis Antiochiæ ministrantibus, id est, sacrificantibus, hoc enim significatur verbo λειτουργούντων. Si ergo & altare habemus, & sacrificium, habemus quoque templum. id quod iam à 1500. & amplius annis Patres omnes vnanimi quoque consensu testantur. *Tertia* ratio est. vt in eis sancta seruentur; quemadmodum in templo suo Iudæi tabulas legis, in quibus digito Dei lex erat exarata, & virgam Aaron & Manna, custodierunt. Sic ergo in templis reliquias suas Christiani conseruant: verbi gratia lignum Dominicæ crucis, columnam, coronam, tunicam, & quicquid sacratissimum eius corpus attigit, vel aliquas horum particulas. Sanctorum præterea reliquias, & ossa, quæ Sancti Spiritus organa fuerunt, & multa indies miracula faciunt, ac in extremo iudicij die cum magno fulgore in cœlos ascendent. vestes quoque, & quicquid ad Dei honorem applicuerunt. sicuti enim primi Christiani sudaria & semicinctia Apostoli per quæ liberati fuerant à morbis suis, cum omni honore conseruarunt: sic & nos cum veneratione quicquid eorum fuit seruamus. sic etiam summus Sacerdos Abimelech, gladium, quo Goliæ caput David absciderat, seruauit in Tabernaculo. Est hæc antiqua Ecclesiæ consuetudo, etsi eam impij nouatores & sanniones rideant.

Templa Christianorum dicuntur Ecclesiæ.

Hebr. 13. 10
Psalm. 21.
1. Cor. 9.

Tertia.
Hebr. 9.

Act. 19.

1. Reg. 21.

Quarta. *Quarta* ratio est vt in eis populus verbum Dei audiat. etsi enim hoc Christus & Apostoli omni loco docuerint, nullus tamen est locus templo conuenientior, sacra enim sacris locis tractari decet. Nominantur Christiani in Scriptura frequenter *discipuli*, id est, discentes, seu studiosi, scholam ergo habere debent; hæc autem semper fuit templum, in quo antiquitus Episcopi & Sacerdotes populum solent instruere.

Quinta. *Quinta* ratio est. vt in eis Sacramenta populo ministrentur, qui sacratissimus actus est. Ideoque sicut sæcularia officia domos habent, sibi deputatas, & loca in quibus administrantur, sic sacramenta in Dei domo administrari est æquũ.

Act. 2. 1. Cor. 11. Hinc Apostolos testatur Lucas fregisse panem, *per domos*, id est, vt Oecumenius explicat, in templo. & Corinthios Paulus increpat, quod in Ecclesia Eucharistiam non sumerent, cum debito honore. Ex omnibus ergo his disce reuereri templa, libenter in eis orare, ac in eis tanquam Deo & Angelis præsentibus versari.

XVI. *Vos autem fecistis eam speluncam latronum*. Duobus verbis tria hic significantur grauia peccata. *Primo*, Hypocrisis in nomine speluncæ: spelunca namque antrum montis est tenebrosum. sic Hypocritæ magni sanctitate videri volunt, intus tamen tenebrosi & nequitia pleni. *Secundo*, Auaritia. *Tertio*. Odium, inuidia, ira, & studium lædendi proximum. hæc enim duo latronibus conueniunt. auaritia, furtum, malitia cædem suadet. Erant autem Iudæorum Sacerdotes his peccatis obnoxij. volebant videri sancti, ideoque orabant in angulis platearum, eleemosynas dabant publice, & quidem præcinente tuba, exterminabant faciem cum ieiunarent. Faciebant vero hæc vt à viduis, & diuitibus, pecunias acciperent; CHRISTVM oderant, & ceu latrones eius mortem anhelabant. Vtinam non essent eorum similes hodie in Ecclesia? Iudas certe eis similis fuit. qui *Primo*, tanquam Apostolus habebatur sanctus, operabatur miracula & Dei verbum sicut alij annuntiabat. *Secundo*, auarus erat, & vt S. Ioannes loquitur *fur*. *Tertio*, proditor & homicida magistri sui Christi.

[Margin notes: Hypocritæ speluncæ cur? — Matth. 6. — Qui in Ecclesia speluncæ latronum sint. — 1. — 2. — Ioann. 12. — 3.]

Christi. Imitantur vero eum in Ecclesia. *Primo,* Quotquot non dant se Ecclesiastico statui ea intentione qua decet, nempe vt caste Deo & quiete seruiant; sed Canonicatus quærunt, Præbendas, Pastoratus, & Monasteriorum Prælaturas, vt commode viuant, atque ita & se, & exemplo suo alios in æternam damnationem præcipitant. *Secundo*, qui Ecclesiasticum statum male administrant, plus de reditibus quam cultu Diuino solliciti, & conuiuia potius frequentantes quam chorum; atque ita sæculares exemplo suo scandalisantes. *Tertio*, Concionatores hæretici, qui sub prætextu Diuini Verbi, bona Ecclesiastica rapiunt, & tanquam Ecclesiæ ministri, pauperum eleemosynas iniuste inuadunt. Lupi enim sunt, non Pastores; ideoque nec mercede, nec eleemosyna, nec alio ouium bono digni, occidunt animas tanquam latrones infernales, & tanquam tyranni violenti Christianos persequuntur. *Quarto*, iuxta Sancti Gregorij explicationem, talis sunt omnes mali Christiani, qui mundum plus æquo amant, & alios opprimunt; anima enim nostra & corpus, Dei templum sunt. si quis ergo hæc inordinate appetierit, aut proximum læserit, is templum hoc, id est, animam & corpus suum, latronum speluncam facit. Serua cor tuum in omni puritate, vt maneas sanctum templum Dei. offer in eo preces, & sacrificium mortificationis passionum tuarum. custodi in te Spiritum sanctum, ac frequenter sacratissimum DOMINI nostri corpus suscipe, tanquam nobilissimum inter omnes Sanctorum reliquias, audi DEVM tibi loquentem, & exerce te spiritualibus ac DIVINIS meditationibus.

Imitatores Iudæ qui? Primo. Secundo. Tertio. 1. Cor. 6. Hom. 39. in Euangel.

Et erat docens quotidie in templo. Non erat Christus sicut nostrum multi, qui magnum putant si in hebdomade vel semel concionem audiant, aut saltem Dominicis omnibus & Festis. Contingit enim aliquando maiori molestia audientes, quam dicentem affici. Somnus obrepit, succurrunt variæ cogitationes, tædet tam diuturni silentij, & quietis. hæc enim omnia ipsis insolita sunt. Chri- XVII.

Luc. 21. ſtus non per horam tantum, ſed integrum diem, vt ex Luca colligi poteſt, concionabatur: neque populum pigebat audire. Vis proficere quotidie, accedas ad templum, id eſt. Primo ad Eccleſiam Catholicam, extra hanc enim diabolus mendacia docet. Chriſtus autem quotidie Eccleſiam doctiorem facit, non per nouam fidem, aut doctrinam, ſed clariorem elucidationem; ad hanc enim hæreſes conducunt. ſicuti enim in ſcholis veritas diſputatione fit euidentior, & quo argumenta ſunt vrgentiora, eo per reſponſiones ſolidas clarius perſpicitur veritas: ſic & doctrina Chriſti examinatur magis, & expenditur, propter argumenta hæreticorum. *Secundo,* Ad templum particulare, vbi concionem audias vel monita Confeſſarij, qui vtilia te doceant remedia aduerſus peccatum, aut aliorum exemplo prouoceris, quos vides illic attente orantes. *Tertio*, Ad templum cordis tui. quoties enim te CHRISTVS (ait Gregorius) interius monet vt peccata fugias, veritatem in templo ſuo docet. Audi eum, & cum Dauide dic. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quia loquetur pacem in plebem ſuam.* Quotidie aliquid diſcas, vt tandem ad perfectionem veritatis peruenias, & per hanc ad contemptum ſæculi ac plenitudinem diuinæ charitatis.

Accedendũ ad templũ. *Primo.*

Secundo.

Tertio.

Hom. 39. in Euang.

Pſal. 84. 9.

ORATIO.

O Domine Ieſu Chriſte, congregationis tuæ amator, & zelator honoris paterni, qui nunquam leuiter ridere, ſed ſæpe malitiam miſeriamq; hominum flere conſpectus es, maximè ſummas illas proſpiciens Iudæorum odientium te, & ad mortem quærentium, calamitates, quas in vrbis ſuæ deſolatione experirentur. atque illas vt euaderent Templum *eorum ab ementibus & nummularijs purgaſti, docens Deo caſte ſemota auaritia, ambitione, odio, inuidia, alijsq; vitijs famulari, ac corda ad veritatem aperire. tibi Domine cum lacrymis conquerimur vitia plurima ſanctam tuam inundaſſe* Eccleſiam, *quæ &* Hieroſolymorum *plagas mereantur, & merito à nobis timeri debeant. Græciam videmus, Syriam, Aegyptum, Aphricam, terras primitus admodum Chriſtianas, miſerri-*

miserrimè à Turcis peccatorum suorum causa vastatas. Nec nostra partes ab illis peccatis sunt immunes, vbi perfidia hæreticos ab Ecclesia præscindit, vbi infiniti errores sectas dissecant, vbi inter Catholicos peccata dominantur & multa & magna. Vnicum nobis ad Creatorem nostrum, redemtorem, benignissimumq́; Patrem refugium est. Quæsumus te selosos mitte protectores, qui Moysis sanctitate, Phinees zelo, Samuelis pietate, fortitudine Dauidis, charitate Ieremiæ, Danielis sapientia, sanctam tuam protegant Ecclesiam, ac seipsos pro muro & sepibus feris (quales hæretici, politici, ac id genus athei) opponant. Zelum tuum in Ecclesiasticis & secularibus præfectis accende, vt visitationis tuæ tempus, cùm paternè nos admones & corripis cognoscant, subditos suos ipsi visitent, ac ad omnem virtutem reforment. Da plebi tuæ odium hæresis, peccati auersionem, virtutum amorem, ac tui timorem, vt omnem declinantes nequitiam, ex corde ad te conuertamur, atque à te suscepti in æternum protegamur.

Amen.

DOMINICA X. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Luc. 18.

IN illo tempore: Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant, tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum, vt orarent: vnus Pharisæus & alter Publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat; Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum; raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in Sabbatho; decimas do omnium quæ possideo. Et Publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare; sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo; quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur.

Compendiosa Euangelij exegesis.

DOCET præsenti Euangelio Christus conditiones orationis bonæ, & malæ defectus: item fructus humilitatis, & damna superbiæ, per parabolam duorum qui ascendebant in templum orare: etsi fortasse non parabola sit, sed vera historia sicuti historia diuitis epulonis; vocetur tamen sic ab Euangelista, quia ea tanquam exemplo Christus vtitur. vt cõcludat & ostẽdat vltimã pręsentis Euang. sententiã, quo-

quomodo fiat, vt qui se exaltat humilietur, & contra qui se humiliat, exaltetur. Proposuit hanc parabolam Christus Pharisæis, & quotidie adhuc eam horum imitatoribus proponit; qui præ superbia de seipsis magna concipiunt, & præ se alios spernunt, tanquam inferioris sanctitatis. Nouit quidem humilis data sibi à Deo dona; sed quia hæc scit sibi neque ex se esse, vnde nihil nisi malum est, neque suo merito, quum non nisi iram Dei demeruerit, & offensam; ideo neminem quantumuis malum contemnit; sed eius magis miseretur. cogitans eum Dei gratia melius fuisse vsurum, si eandem quam ipse accepisset. Hæc autem est parabola quod duo homines adscenderint in templum, quod in monte erat, vt ibi orarent: vnus Phariseus, id est, ex eorum numero qui inter Iudeos sanctissimi habebantur. dicti Pharisæi, id est, diuisi quia distinctum habebant vitę genus, multaque externa virtutum exercitia, orationes, ieiunia, eleemosynas, vigilias, & humi cubationes, vt de eis Ephiphanius refert, ac * supra quinta concione diximus. Alter Publicanus. quo nomine non soli vectigalium Præfecti in Euangelio significantur, quibus hoc nomen proprie conuenit; sed publici & infames peccatores, quibuscum alij honestiores nollent conuersari. Phariseus interiora templi longe est ingressus, & stabat non corpore solum erecto, pro vt tunc erat vsus, sed ceruice quoque, & capite, imo & corde, vtpote audax. leuatis præterea in cælum manibus, ac oculis, quasi qui præ sua sanctitate dignus esset Deum orare, & exaudiri. Orans autem nihil petit; sed Deo de duabus iustitiæ partibus gratias agit, nempe quod malum fugerit, & bo-

Pharisæi vnde dicti.

Lib. 1. contra hæres.

* § 2.

Psal. 33. 15. num fecerit. iuxta illud Dauidis monitum, *declina à malo, & fac bonum*. Priorem orationis partem sic orditur. Gratias tibi ago Deus quod non sim sicut cæteri hominum, non pecco sicut cæteri qui aliena vi rapiunt, aut clam furantur, & impudice viuunt, sicut etiam hic Publicanus, quem retro me stantem video. Putat Chrysostomus pronuntiasse eum verba hæc altiori voce: quo ea Publicanus audiret. Posteriorem dein orationis partem subiungit ex virtutum suarum enumeratione. Non solum indicta omnibus ieiunia seruo, sed bis in hebdomade prætérea ieiuno, feria scil. secunda & quinta. tunc enim pharisæos ex instituto ieiunasse Epiphan. docet: nec solum communes omnibus decimas frumenti, vini, & olei soluo, sed & mentę, aneti, cymini, & omnium quæ possideo. Gratias itaque ago tibi pro virtutibus his meis, quarum loco alij peccant. cum enim ipsi intemperantes sint, ego ieiuno, cum furentur & rapiant, ego decimas do. Publicanus nō audebat interiora templi ingredi: sed stetit à longe, inclinato in terram capite, oculis; quia non audebat præ verecundia vel oculos, vel manus in cælum attollere, sed cum vero dolore percutiebat pectus suū, ita breuirer orans. *Deus propitius esto mihi peccatori*, nihil nisi misericordiā Dei flagitans. in quo omnib. bene orare volentibus tres exhibuit conditiones necessarias. humilitatem, peccati cum dolore cognitionem, & fiduciam de diuina misericordia. Expletis vtriusque orationibus quid cōsecuti sint subiunxit Christus: Publicanus ille scilicet, infamis peccator, quod petijt consecutus est: nempe peccatorū propitiationem, & abijt instificatus coram Deo in domum

Lib. 1. con. hæres. Matth. 23.

domum suam. Pharisæus contra, qui sibi & multis videbatur iustus, non impetrauit plura quam ante habuit, nec coram Deo iustificatus est. Ideoque dicitur Publicanus iustificatus, ab illo, siue præ illo: quia habebat iustitiam Dei veram, Pharisæus autem iustitiam hominum apparentem, & falsam, quæ corã Deo iniustitia est.

Documenta Concionis Decimæ.

I. Connexio Euangeliorum.

DIXIT *Iesus ad quosdam, qui in se confidebunt, tanquam iusti, & aspernabantur cœteros, parabolam hanc.* Proposuit nobis superioris Dominicę Euangelium quis maneat peccatores finis, post impensum voluptatibus vitæ tempus; hic autem docet iam CHRISTVS non omnes eos esse iustos, qui tales videri volunt. Tria enim sunt peccantium genera. *Primi sunt*, Publici peccatores, quorum peccata sunt notoria, & ipsi in eis obdurati; vt latrones, fures, meretrices, & (Apostolo teste) hæretici post vnam & alteram correptionem, quorum conscientia eos reprehendit, & cauteriata est. *Secundi sunt* Peccatores occulti. qui ob quædam bona opera sua iusti videri volunt. atq; hi per Pharisæum hunc significantur. *Tertij* sunt. Qui ad Deum se cum hoc Publicano conuertũt. *Primi* visitant quidem templum, & orant Deũ; sed ad sui damnationem. videntur enim ridere Deum dum ab eo gratiam petunt verbo, & facto offendũt. ac, vt Apostolus loquitur, *Filium Dei conculcant.* De his verum est illud Dauidis, *fiat oratio eius in peccatum.* dum enim Deum orant, magis eum ad iracundiam prouocant. reprehendit enim tales dicens. *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum.* ideoque tales è templo eijciuntur, quasi qui faciant ex eo speluncam latronum.

Triplices peccatores *Primi.* *Tit. 3.* *1. Tim. 4.* *Secundi.* *Tertij.* *Heb. 10. 29.* *Psal 49. 16.*

Secundi non impetrant quæ petunt, instar huius Pharisæi, qui è templo exiuit vanior quam intrauerat. *Tertij* orando proficiunt, instar huius Publicani, cuius oratio perfecta erat & abso-

& absoluta. Docuerat apud S. Lucam Christus, in verbis immediate hoc Euangelium præcedentibus, per parabolam, ꝙ orare oporteat perseueranter, & sine intermissione: si aliquid impetrare velimus: tandẽ enim exaudiet nos Pater noster cœlestis. hic vero docet ꝙ orare oporteat cum humilitate, & si quis sic remissionem peccatorum petat, eam breui etiam oratione obtinebit. Odit superbiam Deus, ideoque non requiescit in superbis eius gratia, sed descendit ad humiles. Vocantur hic superbi, confidentes in se ipsis, & proximorũ aspernatores. omnes enim superbi aliquo nituntur quod sibi persuadent se habere, seque alijs præferunt. Alij nituntur sua eruditione, vti olim Philosophi; alij potentia, vt Nabuchodonosor; alij prudenti consilio, vt Achitophel, alij diuturnitate vitæ, vt adolescentes; demum alij diuitijs, eloquentia, pulchritudine, Principum familiaritate, &c. Omnia hæc indigna sunt quibus extollamur: neque enim nos meliores reddunt, aut Deo gratiores: neque tantum nobis cum malis hominibus, sed & cum diabolis communes sunt, aut creaturis à irrationalibus. Diaboli eruditione & scientia, leones & lupi fortitudine, imagines & flores pulchritudine hominib⁹ multum præstant. Adeoque fatui sunt qui ista magni faciunt, & in eis gloriantur. Sola virtus, & bona opera, hominem vere coram Deo magnum reddunt. multoque sunt pretiosiora prędictis omnibus, ac propterea diabolus ea quoque magis multo, quam prædicta, hominibus inuidet. nam ad illa nobis aliquando auxilio est, puta honores, diuitias, eruditionẽ; at vero virtutem & bona opera, omni modo conatur nobis eripere. quod etsi per quodlibet mortale peccatum faciat, spoliat enim hoc nos omni bono; tamen quia difficulter pios adhoc inducit, ideo tanquam instrumentum sibi accipit vanam gloriam, quæ etiam in bonis & sanctis reperitur. Quare sicuti vitrum in quo pretiosi liquores distillati sunt accurate claudimus, ne aeris respiratione vis & efficacia exspiret. sic & à vana gloria cauere sedulo debemus, ne virtutem nobis auferat. Et quemadmodum fabri, quanto laborant altiori loco, tanto sibi diligentius prospiciũt ne à vento, capitis vertigine, scalarũ fractione, aut cespitatione deijciantur. imo loris

Luc. 18.

Orandum cum humilitate.

Varij varijs extolluntur.

Vana gloria in bonis periculosa.

Simile.

ris se & funibus aliquando adstringunt: sic & qui sanctior est, ac virtutibus altior, diligentius sibi cauere debet, seque ad solum Deum adstringere, vt nec tentationis ventus, nec vertigo vanę gloriæ, nec cespitatio in peccatum, eum deijciat. Magnus erat S. Paulus: & electionis vas pretiosum. ideo custodiuit eum Deus ne extolleretur, per Angelum Satanæ, qui eum colaphisabat & sic in humilitate continebat. Nostra altitudo tanta non est & tamen facile labimur. vix aliquid boni facimus, & statim vexat nos vertigo vanæ gloriæ. Similes profecto sumus teneris hominibus, quos vnicus vini scyphus inebriat: sic minima nos virtus inflat, & ad vnum ex quatuor his peccatis, quæ, Gregorio authore, ex superbia nascuntur, inducit. *Primum*, Cum bona putamus nobis non ex Deo esse, sed ex nobis ipsis. sicut Corinthiorum aliqui, quos Apostolus propterea reprehendit, his verbis; *quid habes quod non accepisti. Secundum*, Cum bona nobis putamus ex meritis data, & debito, vt Iudæorum quidam, de quibus ad Romanos Apostolus, qui ex obseruatione Legis Veteris, fidem se meruisse putabant. *Tertio*, Cum de eo gloriamur quod verè non habemus. vt Angelus seu Episcopus Laodiceæ dicens *diues sum & nullius egeo*, cum tamen esset *miser, & miserabilis, pauper, cæcus, ac nudus. Quarto*, cum præ alijs nos extollimus; vt Simon contēnens Magdalenam, & Pharisæus damnans Publicanum. Displicent illa quatuor Deo, & superbos ei abominabiles reddunt. *Primum*, enim illorum, Deo honorem suum aufert. *Secundum*, Christi merita minuit, aut potius tollit; per quæ omnia nobis dantur bona. *Tertium*, Diabolo nos facit similes; qui cum sit minimus, magnus videri vult. *Quartum*, proximos lædit. Quare serua humilitatem, & de te ipso humiliter senti. *Primo*, enim *nescis vtrum amore*, vt Sapiens ait, *an odio dignus sis. Secundo*, neque ab omni peccato mundus es. testatur enim frequenter Scriptura non esse hominem *qui non peccet*. *Tertio* etiamsi à peccato purus esses, peccare tamen potes. nec enim es Dauide iustior, nec Salomone sapientior, nec Samsone fortior, nec Absalone pulchrior, nec Petro sanctior, nec Adamo perfectior.

[Margin notes: *Simile.* — *Simile.* — Inflatio nos adducit vel ad — *Primum.* — *1. Cor. 4. 7.* — *Secundum.* — *Rom. 3.* — *Tertium.* — *Apoc. 3. 17.* — *Quartum.* — *Luc. 7. 39.* — 1 — Rationes humiliandi se. — 1. — *Eccles. 9. a.* — 2. — *1. Ioan. 1. 8.* — *Eccles. 7. 21.* — *3. Reg. 8. 46.* — 3.]

II. *Duo homines adscenderunt in templum vt orarent*. Erat Salomonis

2.Par.3.1. Gen.22. nis templum,in monte *Moria* qui Abrahamo monstratus fuit, vt in eo Isaac immolaret. Ad hoc templum vt scribit Ezechiel adscendebatur quindecim gradibus quorum septem erant foris,octo intus idque ex præcepto Dei,& Dauidis constitutione, qui mandauit Salomoni filio suo, vt eos ædificaret aptauitque eis quindecim psalmos,qui *Canticum graduum*,dicuntur,eo,quod à Leuitis canerentur,cum Arca Moysis primò in templum, cum omni pompa, induceretur. Significant hi quindecim gradus (iuxta explicationem Gregorij) tempus præsens,per numerum septenarium; voluitur enim per septem dies,& æternitatem;per octonarium; qui perfectus est,vt discamus quod in septem gradibus,qui extra templum sunt,in septem operibus exerceamur, vt pauperes eleemosynas nostras in cælum deferant,nosque illic notos faciãt, priusquam in templo oremus. sedent enim, teste Chrysostomo, propterea pauperes in templi limine, vt eo fine ab oraturis eleemosynas accipiant. Cum vero templum ingressi sumus,octo sunt alij gradus,nempe octo beatitudinum, per quos ad Dei vsque thronum adscendimus,postulantes ab eo perfici,& corda ad Deum,in cœlos eleuantes. Quinque sunt eorum,qui corde ad Deum ascendunt,genera. *Primi* quos meditatio plane absorbet & rapit,sine vllo sensuum exteriorum vsu: vt,cum Paulus rapiebatur in tertium cælum. & Ioannes,videret Apocalypsin.Solet hic raptus Sanctorum aliquibus contingere:vt Dionysio Carthusiano, qui propterea dictus est.*Exstaticus*,& S. Thomæ Aquinati,cum sublimia specularetur.Sed est magnum Dei donum, & paucis cõcessum.

Quindecim templi gradus quid. *Ho. 19. & 20. in Ezech. & 35.mor. ca.5. ul.7.*

Ho. 88. ad Antioch.

Quinque genera adscendentiũ ad Deum.

1.

2.

Secundi non adeo quidem rapiuntur, vt alienentur ab omni vsu sensuum,interim ita absorbentur, vt etiam sibi præsentia non aduertant:quod non in spirituali tantum contemplatione,sed & in temporalibus negotijs contingit. Talis erat S. Bernardus,qui non aduertebat quid comederet,biberet,tractaret,vel vbi esset. Aliquando contigit eum toto die iuxta lacum iter facere & vespere rogabat quando ad lacum illum essent venturi,de quo ipsis dictum fuerat: longo tempore oleum bibit(nesciens quid biberet) loco vini,& chorum visitarat,nesciens in qua parte fenestrę essent. In huius rei typum.

L.3. vita eius c.1.

Figura.

pum, Moyses, quando cum Deo loquebatur in monte Sina, circūdabatur nube, ne extranea videret. *Tertij* sentiunt quidē externa, audiunt, & vident. ita tamen Deo vniuntur dū orāt, vt attentio per ea non lædatur. Refert de duobus iunioribus fratribus Palladius, quod ad eos aliquando accesserit S. Macarius Abbas, videritque circa vnum malignos spiritus, qui tamē ad alterum non audebant accedere: quia sicuti ad ollā bullientem non aduolant muscę, sic diaboli orationes fugiunt charitate ardentes. Texuerat aliquando S. Francisc. vimineū corbē, sed cum eius in oratione recordaretur, proiecit eū in ignem dicens, non auelles me à Deo. *Quarti*, non ita inhærent orationibus suis, sed patiuntur distractiones, ita tamen vt eas statim aduertant, & ad se redeant, sicut qui anguillam manu stringit, eāq; sentit paulatim elabi, rursus capite eam apprehendit, priusquam omnino elabatur. aut qui humeris sarcinam portat, eamq; sentit paulatim defluere, priusquam omnino cadat, rursus sustollit. Tales erant Apostoli in horto, qui nunc orabant, nunc dormiebant, dein excitati rursus orabant. *Quinti*, Bona quidem intentione orationi se dant, sed inuiti per totā orationem distrahuntur. quod fit *primo*, ex distractionibus præcedentibus: cum à tēporalibus negotijs, sine pręuia præparatione, ad orationē trāsimus. tunc. n. nihil mirū cogitationes tēporales nobis inhærere. *Secundo*, ex familiaribus occupationibus, & curis, quibus quotidie distinemur. sicuti. n. canis domesticus, etiam si domo eijciatur, redit: sic & cogitationes seculares, si interdiu alte in nobis radicētur difficulter abeunt. *Tertio* ex corporis indispositione: sic infirmi nō sunt orationibus multum apti, pręsertim si ex cibi vel potus nimietate morbus nascatur, scripsit enim Hieronymus, ꝙ pinguis venter non faciat sensum tenuem. *Quarto*, ex Dei permissione, qui vt nos probet orandi gratiam aliquādo subtrahit: sic de seipso conqueritur B. Iob. *dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes cor meum*. Et *factus sum mihimet ipsi grauis*, *Quinto* ex inueterata consuetudine, hæc enim difficulter corrigitur. Qui ergo à teneris distractus orauit, nihil mirū, si ætate adulta, & grauida idē faciat. Interim distractio inuoluntaria peccatū nō est, nec orationē infructuosā reddit; sed

[Margin notes: Exod. 24. 19. — 4. — Similia. — 5. Distractio in oratione quinque modis. — 1. — 2. — 3. — Ep. 2. ad Nepoti. — 4. — Iob. 17. — Iob. 7. — 5.]

Eccles.10.1. Greg. 18. Mor.c.25. sed solam tollit orandi iucunditatem iuxta illud Sapientis *Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti*, id est, vt Gregorius exponit, *cogitationes superfluæ, quæ aßiduè in animo carnalia cogitãte & nascuntur, & deficiunt, suauitatem qua vnusquisque intrinsecus vnctus est, perdunt*. vt proin merito Dauid dixerit *beatus vir cuius est auxilium abs te, adscensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarũ*, id est, beatus qui quotidie animum proponit Deo coniugere, etiamsi nec totus in domo Dei habitet, sed ab ea nonnunquam euagetur. *Reliquiæ enim cogitationum diem festum agent*, id est. postremæ in orationibus cogitationes quibus distractiones deploramus Deo placebunt. Labora tamen quantum potes, vt omnem omnino distractionem tollas, ita fies charitate flagrantior, ad Dei dona aptior, ad virtutem fortior.

Psal.83.6.

Psal.75.11.

III. *Vnus Pharisæus & alter Publicanus*. Proponũtur nobis hi duo, vt nos Christiani, quorum debet esse perfectio maior quam Iudæorum, quod in eis laudatur, imitemur; quod reprehenditur, fugiamus. Pharisæi superbiam fugias, similiter auaritiã, iniustitiam aliaque peccata Publicani. Habebat vterque bona sua, sed diuersa: secundum duplex virtutum genus. quædã enim bona externa sunt, vt ieiunium, oratio, vigiliæ, peregrinationes, cilicia, castigationes corporis, frequentatio Eucharistiæ, auditio quotidiana Missæ, confessio, concionum visitatio, &c. quædam verõ interna, vt fides, spes, charitas, humilitas, patientia, mãsuetudo, prudentia, paupertas spiritus, cõtemptus mundi, fiducia in Deum, dolor, & odium peccati, timor Dei, &c. Sunt hæc duo virtutum genera quasi sorores duæ, Martha, & Magdalena, & in eadem domo, vt ea Christũ excipiat, coniungi debent. internę enim virtutes, externarum adminiculo comparantur, & conseruantur; externæ vero, ab internis perficiuntur. Internæ quoque externis præstantiores multo sunt, tum quia perfectiores, tum quia aduersus pericula certiores: tam enim latent in animo profunde, vt exterius non videantur: imo vt is ipse qui eas habet se nesciat habere B.Iob cui *similis non erat in terra* de seipso testabatur *si simplex*, id est, iustus, *fuero hoc ipsum ignorabit anima mea*, S.Paulus electionis vas castigababat corpus suum *ne forte reprobus* efficeretur. quanto enim homo sanctior est, tanto magis ignorat sanctitatem

Duplex genus bonorum.

1.

2.

Iob.1.8. Iob.9.21. 1.Cor.9.27.

tatem suam; quia illuminatos habens oculos, Dei intuetur maiestatem, & dignitatem; eique opponit vilitatem, & indignitatem suam. sicuti rusticus, si nunquam exierit pago suo, persuadet tunc quidem sibi domum suam esse vtcunq; magnificam; sed ingressus Regum palatia iã verè videt se casam habitare. Cum S. Franciscus aliquando in via sub arbore quiesceret, ac ibi oraret, raptus est socius eius per visum in cœlũ, & ibi in edito loco splendentem vidit thronum, eique rogãti cuius is esset, responsum est, esse humilis Francisci. Reuersus ille ad se, cœpit de responso illo cogitare ac humilitatem Frãcisci examinaturus, rogat eum, quem te ipsum putas? Respõdit ille lachrymans, ego, Frater, viuentium omnium nequissimus sum; cui nemo per orbem vniuersum sit similis. Frater vero admirans, quomodo, ait, id est possibile cum tot sint prædones, latrones, ebriosi eisque similes quorum tu peccata nunquam commisisti? Verum quidem, ait Franciscus, quod tu dicis: sed superat ingratitudo mea, omnia illorum scelera, si eandem illi à Deo gratiam mecum accepissent, multo fuissent ea melius vsi. Eadem est Sanctorum omnium sententia, qui diu, noctuque peccata sua, & defectus deflent. Maiori periculo externæ virtutes sunt obnoxiæ, qui enim diu in Ecclesia orat, multum ieiunat, frequenter confitetur, & communicat, &c. nouit bona sua & videtur, ac laudatur ab alijs, atque ita subrepit inanis gloria, & virtutem tollit: quemadmodum, vt patet, factum est huic Pharisæo: qui complacebat sibi in bonis suis, destitutus virtutibus internis. Publicanus autem per fidem, spem, humilitatem & fiduciam in Deum misericordiam consecutus est, & peccatorum remissionem.

Simile. — *Bonau. in vita. c. 6.*

IV. *Pharisæus stans, hæc apud se orabat.* Reprehenditur Pharisæus quod *apud se* id est ex superbia sui cordis, & non ex spiritu Dei orauerit: propterea enim non potuit oratio eius terras transcendere. Orãt Apostolo teste pij, ex instinctu Spiritus S. *Quid oremus sicut oportet nescimus sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Quod stans orauerit non meretur reprehẽsionem, nisi propter adiunctos superbos gestus. solemus enim iuxta dispositionum, & rationum diuersitatem, diuer-

Rom. 8. 26.

sos habere situs in oratione. Salomon [a], & Daniel [b] orabant flexis genibus; Moyses [c], & Christus [d] proini in terram; Iosue [e] cum Israelitis arcam ferentes circum muros Iericho orabant euntes; Iacob [f] Patriarcha, & Dauid [g] strati in lecto, Dauid [h] alias sedens in domo sua, Manasses, Paulus [i] & Silas in carcere &c. Ea cuique corporis dispositio in oratione est licita; quę tunc ei ad deuotionem apta. Præstat tamen, ait Augustinus, vt humiliter Deum deprecantes corpus quoque humiliter componamus. etsi enim Deus animum videat, & cordis intentionem, expedit tamen, vt hanc corpore exprimamus; solet enim cordis compositionem, corpus sequi. Adde quod corpore frequenter cordis deuotionem foueamus, & augeamus, & cum non simus puri spiritus, sed ex spiritu & corpore compositi, æquum est Deum vtriusque authorem, vtroque veneremur. Possunt autem omnes supra positi modi, benè, & cum virtute fieri: ac eorum singuli aliquod mysterium continent: *iacere pronum* totam significat hominis sub Deo subiectionem. *genu flexione* fatemur nos mortis reos, siquidē hi genua flectunt. *statio* duo significat. *primo*, quod cum Christo consurrexerimus à peccato, atque ita cum firma fiducia Deū oremus. Solent autem Christiani stantes orare, à Pascha vsq; ad Pentecosten, tempore scilicet Dominicæ resurrectionis, & singulis Dominicis diebus, hi enim Dominicæ resurrectioni sunt dedicati. Atque vt tunc fidentiores orarent, solent diebus eisdem præmittere ieiunium, nempe tempori Paschali, quadragesimam; & diebus Dominicis ieiunium sabbathinum: ieiunia enim, & pœnitenię opera spem, ac fiduciam roborant.

a 3. Reg. 8. 51.
b Dan. 6. 16.
c Nu. 16. 22.
d Mat. 26. 39.
e Iosue 6.
f Gen. 47. 31.
g Psal. 6. 7.
h 2. Par. 33. 12.
i Act. 15. 25.
De cura pro mort. c. 5.

Quid significet corporis dispositio in oratione.

Secundo, quod parati simus diuinam voluntatem & quicquid mandatur exequi diligentissime, instar alicuius Domino suo ad omne obsequium paratissimi, qui non quærit dilationem, sed omni studio se ad executionem componit. Eadem de caussa stamus quoties in Sacrificio Euangeliū recitatur: item ad *Magnificat, Benedictus. Nunc dimittis*, significātes, nos ad Dei nutum paratos. Quod autem *euntes* oramus vt in Processionibus fit in quibus Crucem sequimur, & Eucharistiam: significat quod sub CHRISTI vexillo, vt

lo vt strenui milites, cõtra ipsius, & nostros militemus aduersarios, ipsumque in omnibus sequamur. Vnum inter præstãtissima contra eos arma est. Ardens oratio, quam tunc fundimus. Est porro consuetudo hæc Processionum valde antiqua, cuius primum initium non reperitur. habuit enim eas Anno Domini 254. sub Decij tyrannide cum subditis suis Neocesareæ S. Gregorius Thaumaturgus, vt ad Neocæsarenses scribit Basilius: habuerunt easdem ante eum alij Episcopi, vt anno 197. scripsit Tertullianus; à quo tempore, ad nos vsque consuetudo hæc perpetuo continuata est, vt ex antiquis Concilijs, Laodiceno [a] scilicet, & [b] Aurelianensi patet, & ex Patribus ac Historicis Amphilochio [c] Hieronymo [d] Ambrosio [e] Augustino [f] Gregorio [g] Papa & Turonensi [h] Sidoneo [i] Cæsario [k] Arelatensi, Socrate [l] Sozomeno [m] Beda [n] &c. Noli ergo eas, tanquam nuperum commentum ridere, sed easdem cum omni attentione sequere, coram omnibus professus, te in Ecclesiæ Catholicę militia sub Crucis vexillo, & obedientia Archistrategi Christi, ac Vicarij eius Romani Pontificis, S. Petri successoris, contra omnes hæreses fidem Catholicam propugnare, diabolum cum sectatoribus omnibus, & ministris impugnare, ac Deo iuuante deuincere.

Processionum antiquitas.
Ep. 63.
L. 2. ad vxor. c. 4.
a cap. 17.
b c. 19.
c in vita Basilij.
d ep. 6. & 124
e 75. ep. 29.
f l. 2 Ciu. c. 8.
g l. 9. ep. 45.
h l. 10. hist. c. 1.
i l. 7. ep. ...
k hom. 33.
l l. 6. c. 8.
m l. 8. c. 8.
n l. 1. histor. Ang. c. 25.

V. *Deus gratias ago tibi, quod non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri.* Admittunt hæc verba duplicem sensum. *Primus* est quem Augustinus *o* significat & Bernardus *p* vt præponat se Pharisæus aliis hominibus, quasi ipsi raptores sint, iniusti, & adulteri, ipse vero solus bonus, quod citra dubium & manifestum & graue crimen est. *Secundus* est vt non præponat se alijs omnibus, sed eis tantum qui sunt raptores, iniusti, adulteri à quorum peccatis sibi temperet. Quo sensu similis oratio bona esse potest; debemus enim Deo gratias, quod non sinat nos in peccata plurima labi, nam nullum peccatum ab aliquibus patratur, quod non & alij omnes patrarent, nisi à Deo præseruarentur, vt docet Augustinus. Possumus despicere in nobis Dei opera, & recensere, non vt ex eis nos extollamur sed *Primo* vt apud alios tueamur honorẽ, & nomen nostrum: sic Israelitis dixit Samuel, se inter eos sine reprehensione vixisse, nec cupiuisse, aut tulisse quic-

o Ser. 36. de ver. Dom.
p de grad. humil.
Ho. 23. & 50.
Licet recensere Dei beneficia.
I.
1. Reg. 12.

2. quam alterius, sed omnibus exhibuisse iustitiam. *Secundo*, ad
2.Cor.11.& 12. maiorem Dei honorem, sic opera sua Apostolus recensuit,
Matth.5.16. vult enim Christus, vt luceat lux nostra coram hominibus vt
3. ex eis ipsi glorificent Deum. *Tertio*, vt à Deo quicquam impetremus: sic cum se moriturum audisset Ezechias orauit. *Me-*
Isa.38.3. *mento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde*
Tob.3.16. *perfecto, & quod bonum est, in oculis tuis fecerim.* & Sara in libro Tobiæ. *Tu scis Domine, quia nunquam concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia. nunquam cum ludentibus miscui me, neque cum his qui in prauitate ambulant participem*
Psal.131.1. *me feci.* Similiter quoque Dauid. *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Adhibenda vero in his cautela est, vt non tribuamus bona viribus, sed diuinæ gratiæ; etsi enim nos ea faciamus, magis tamen facit ea Deus in nobis, quam nos. Deus scribit & pingit, nos calamus, & penicillus sumus; nos securis, ille sector est. Quemadmodũ ergo artificiosæ imaginis, scripturæ, & statuæ laus, instrumentorum non est, sed artificis, qui etiam instrumenta potest adhibere inutilia, nec faber, erecto à se ædificio, sua ponit insignia, sed eius qui sumptus fert, sic nec bonorum operum laus nostra est, sed Dei, qui
a Phil.2.13. dat nobis ea *velle*, [a] *& perficere* sine quo nemo potest dicere [b]
b 1.Cor.12.3. *Dominus Iesus* vel [c] *aliquid cogitare.* Remunerat ea sufficienter
c 2.Cor.3.5. Deus vt proin tali mercede meritò contenti esse debeamus. nam in hoc mundo solatur nos interno gaudio, conscientiæ quiete, peccatorum remissione, gratiæ augmento, &c. in futuro autem sæculo, æterna gloria omnium desideriorum cõpletione, ac maiori bono, quam optare possimus: sibi id tantum petit, quod est minimum, nempe vt à te & alijs honoretur, credatur, & laudetur, & quid potes præstare minus, quã vt pro omnibus Deo gratias agas, confitens eum omnia facere, te vero sine ipso nihil.

Defectus Pharisæi in oratione. Habet alios quoque defectus hæc Pharisæi oratio. *Primo*, Non facit, quod Sapiens monuit. *In principio iustus accusator est*
1. *sui ipsius.* ipse enim nullum agnoscit in se peccatum quasi om-
Prou.18.17. nino innocens sit. *Secundo*, Nihil à Deo postulat, quasi iam
2. perfectus sit. Imitantur eum plures quotidie, quos si finita
3. oratione roges, quid petierint à Deo, nescient. *Tertio*, Gratias quidem

quidem agit Deo verbis, se ipsum tamē animo laudat, & hac gratiarum actione, velut pallio vtitur, quo vanam suam gloriam velet: quod & nos frequenter facimus, cum bona nostra recensemus sub illa appendice *saluo Dei honore*. verbi gratia feci saluo Dei honore tales eleemosynas, audiui sacrum, &c. *Quarto*, Magnis se peccatoribus comparat, vt iustior videatur: nam & pallida, valde nigris comparata albent. Tu quoque cum reprehenderis, pro excusatione nonnunquam allegas. Non sum furatus, non feci adulterium, &c. Monet Apostolus vt ea quæ retro sunt obliuiscentes, ad priora extendamur, non cogitantes quam multi nos præcedant, sed quot sequantur. Ioannes Baptista quo (vt Christus dixit) non surrexit maior inter natos mulierum, non considerauit eos, qui post se erant, sed in Christum intuebatur dicens, *non sum dignus vt soluam corrigiam calceamenti eius*. Noli te ipsum examinare ad malos. nam sicuti aqua lutulenta, aut speculum pollutum non perfecte repræsentant: ita nec peccata tua, in eis qui vel tui similes, vel te nequiores sunt, repræsentari, & cognosci possunt. Contemplare ergo te meliores quid enim proderit si malitia non adæques fures, raptores, &c. qui pleno cursu ad inferna properant, modo & tu eodem eas: pœna fors erit aliquāto mitior, damnationē tamen nō euades: cū & *iustus* vt S. Petr. dixit *vix saluabitur*. Vide ergo vt nō tantū grauibus peccatoribus melior sis, & eis qui hominibus cōmuniter iusti vidētur, sed vt prędecessores tuos virtute assequaris, illud tibi persuadens, te adhuc illorum nullum anteuertisse, de quibus Petrus dixit quod vix saluabuntur. *Quinto*, non omnia recenset peccata, sed quędam eaque grauissima vt furtum, rapinam, adulteria. Homines enim peccata non putant, nisi quibus proximus læditur, quæ vero contra Deum sunt vt infidelitas, hæresis, Dominicorum ac festorum dierum, & ieiuniorum violatio, iocularis abusus verborum S. Scripturę, ruptio votorum, iuramenta, blasphemiæ, desperatio, murmurationes contra Deum, &c. contemnuntur vt nulla: similiter omissio eorum ad quæ obligamur, peccata per ignorantiam, superbia, auaritia, gula, acedia, & quicquid proximum non lædit. Noli igitur te existimare bonum

4. *Phil. 3. 13.* *Matth. 11. 11.* *Ioan. 1. 27.* *1. Pet. 4. 18.* 5. **Error hominum circa peccata.**

quãdiu aliqua adhuc peccata ſentis: ſicuti .n. hoſtium periculo non ſoli exponuntur pagi, qui muris carent, ſed munita quoque ciuitas ſi habeat patentem in mœnibus ingreſſum; ſic non ſoli impij & qui timorem Dei non habent in malo ſtatu ſunt, ſed & qui piè volunt viuere, quando non ceſſant ab omni peccato. Et ſicuti porcus ſufficienter ligatur, ne fugiat, etiamſi funis non claudat collum ſed pedem; & homo ſi ligetur ad digitum, ſic firmiter ſatis diabolo deuinctus eſt, qui vnico vincitur mortali peccato.

VI. Quatuor alij defectus. *Velut etiam hic Publicanus.* Sunt & hic quatuor ad minimum defectus. 1. *Primo*, tollit ſibi quod Dei eſt, qui ſolus corda hominum ſcrutatur, & videt. 2. *Secundo*, proximum contemnit cuius ignorat interiorem animi compoſitionem. 3. *Tertio*, diabolum imitatus, qui *accuſator fratrum* dicitur, ipſe ſimiliter ſuum, coram Deo accuſat. Diſplicet Deo accuſatio proximi, nam quantumcunque peccata oderit; vult tamen peccatores à nobis apud ſe, & nos ipſos, quod fieri poteſt, excuſari, & pro eis orari, ſic orabat in cruce Chriſtus; *Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt* & Magdalenam coram Phariſæo, & diſcipulis excuſabat. Noli de quoquam ſuſpicari malum; quid enim ſi forte conuerſus, & te melior ſit, Chriſtumque Patronum habeat. Superborum hæc nota eſt, de alijs ſemper queri, nunquam aliorum factis acquieſcere, ſed aduerſari; vt ex aliorum reprehenſione ipſi meliores videantur. Hypocriſis & iuſtitia falſa accuſat, vera excuſat. 4. *Quarto*, Extollit ſe ſuper proximos ſuos, quod piorum non eſt, qui aliquid putant maioris boni latere in alijs, quod ipſi non habeant. Propria vident vitia, & aliena bona: paruulorum ſimiles, quibus omnia videntur magna. Mali vero propria vidẽt bona, & aliena mala: cum tamen quid in aliorum cordibus operetur Deus, omnino ignorent. Refert Guilielmus Lugdunenſis Epiſcopus & Primus Galliæ qui vixit anno 1280. exemplum de quodam Eremita, quod in agone Euchariſtiam ſibi petierit porrigi à vicini monaſterij Abbate, qui cum eam, lumine, & nola iuxta Eccleſiæ conſuetudinem præeunte portaret, latro quidam audita nola, ſecutus eſt à longe, ad Eremitæ cellam vſque, indignum ſe iudicans qui tam S. viri cel-

Luc 23. 34. Matth. 26 10.

lam

lam ingrederetur. Concepta autem graui peccatorum suorum dolore cogitabat apud se, O vtinam essem vitę tam bonę quam hic Eremita. Eremita vero latronem noscens, contempsit eum apud se dicens, merito optare possis vt tam sanctus sis, quam ego atque ita exspirauit. Frater autem ille, qui Abbatem comitatus fuerat, moriente Eremita amare lachrymabatur. Cumque postea ad Cœnobium redirent, secutus est ipsos latro, qui in via cespitans fregit ceruicem: quod cum frater ille vidisset, hilariter risit: ita vt Abbas eum increparet. ille vero excusabat se dicens, reuelata sibi à Domino mirabilia isto tempore, Eremitam scilicet ob cogitationes superbas damnatum, latronem vero ob syncerum animi dolorem & pœnitentiam statim ad cœlum euolasse. Semper humilia temetipsum, nec quemquam, præter te, malum, putes.

Ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omnium quæ possideo. Duo hic recenset virtutum opera quibus ceu alis oratio solet in cælum subuehi, ieiunium scilicet, & elemosynam. ieiunio enim homo fit oratoni aptior, & oratio ipsa purior, elecmosyna autem Deum mouet, sicuti munera corrumpunt iudicem: nam quemadmodum hominibus gratior es, faciliusque ab eis aliquid impetras, si præmiseris dona, præsertim peregrina & exotica: sic & acceptior erit in cælis oratio tua, si illuc prius peregrina quædam ex mundi huius diuitijs, per pauperum manus, dona præmiseris. Erant duo hæc genera apud Veteris testamenti Patres in frequenti vsu, non quia erant cæremoniæ istius temporis, sed quia aptissima ad placandum Deum: magisque ex naturali, quam Mosayca lege oriuntur. Ieiunarunt enim Gentiles Niniuitæ, vt Dei iram auerterent, & Gentiles qui cum Apostolo erant, in naui quatuordecim dierum ieiunio, periculi quærebant euasionem. Abraham Melchisedech summo Sacerdoti decimas dedit, eorum quæ tulerat ab hostibus: idque multo ante legem Moysis, & Nabuchodonosorem Gentilem monebat Daniel, vt eleemosynis peccata redimeret. Cum ergo ieiunāt Catholici, & dant decimas, noli putare eas esse Legis veteris

VII. Ieiunij & eleemosynę laus.

Iona 3.7. Act. 27. 3. Gen. 14. 20 Dan. 4.24.

obseruantias. Mandauit Christus vt iustitia nostra abundet plus quam Scribarum & Pharisæorum, iure ergo & in his eis prestare debemus. Ieiunabant illi bis omni hebdomade, facit idipsum vniuersa Catholica Ecclesia; nempe feria sexta, in honorem Dominicæ passionis, & alio die qui apud Græcos est feria quarta, quia tunc Iudas Christum vendidit, apud Latinos vero Sabbathum, quando Dominus in sepulchro quiescebat ac B. Virgo cum Apostolis, & Christianis omnibus erant in magno luctu. ieiunamus autem sabbathum, vt ad Eucharistię susceptionem præparemur; solent enim Christiani eā omni Dominico die suscipere.

Matt. 5. 20.

Catholici omnes bis in septimana ieiunāt.

Quod ad decimas spectat, dantur eæ Deo, vt significemus ab ipso esse, omnem perfectionem, & sine ipso, alia omnia esse imperfecta. nouenarius enim numerus imperfectus est, & adiectione vnitatis perficitur, fitque denarius. Mandauit Israelitis Deus, vt annis singulis decimas darent Sacerdotibus, & tertio quoque anno pupillis, ac viduis. Præstitit hoc diligentissime Tobias, solicite Dei ministros iuuans, & pauperes nutriens tu quoq; idem fac, nec mercede tua priuabit te Deus: caue tamen ne Pharisęum imiteris, qui ex omnibus operibus bonis, vanam gloriam venatur. Apparent enim in verbis supra positis, tria vitia. *Primo*, Ostentat bona sua; procas imitatus, quæ dum maritum quærunt, ostendunt se pulchre comptas, vt spectentur, ac laudentur. Non est prudentis, per viam à prædonibus obsessam ambulare solum, cum monilibus aureis, ac vestibus: obijcit enim se periculo spoliationis, & mortis. Vita hæc via est periculi plena, si ergo boni quid habes, illic reconde, quo fures non appropinquant, in cœlo, nec tecum serues. nam etsi fors non subripiatur, minuitur tamen, & fœdatur, sicuti linteum candidum, frequenti tractatione. Qui de bonis operibus suis cum vana sui complacentia frequentius loquitur, aut cogitat, facile ea amittit. *Secundo*, opera sua æstimat supra censum, instar malorum negotiatorum, qui merces suas nimium laudant. Apud DEVM nullius valoris erant, etsi nomen præferrent bonum, neque enim ex bona prodierant officina, eo quod non ex charitate,

Tob. 1. 6.

Defectus Pharisæi.

1.

2.

tate,

tate,& amore Dei processissent; sed corrupta essent sordibus vanæ gloriæ. Non æstimant pij sua, sed quicquid fecerint, illud repetunt. *Serui inutiles sumus quod debuimus facere fecimus.* Vtuntur hi adolescentum conspicillis, quibus omnia, quam sint, minora repræsentantur: superbi vero, conspicillis vtuntur senum, quibus omnia repræsentantur maiora. Noli æstimare virtutes tuas, & æstimabit eas Deus. *Tertio,* De externis gloriatur operibus, quæ tamen ad salutem non semper necessaria sunt (multi enim saluantur pauperes, & infirmi qui nec ieiunant, nec dant eleemosynas) negligit vero ea quæ sunt magis præcipua, humilitatem scilicet, misericordiam, fidem, spem, & charitatem, &c. Permittit facile diabolus, vt externa opera bona facias, imo ea consulit, ac ad ea impellit, vt materiam præbeat inanis gloriæ, & securitatis in peccatis, sub specie bonorum, atque ita ab eo astuta hypocrisi deciperis, dum tibi ipsi sanctus videris. quando enim agnoscis te malum, & tamen nihil-ominus alijs vis videri sanctus, iam non est astuta, sed crassa hypocrisis, qua fallis proximum, astuta vero hypocrisi etiam ipse falleris. Quoties ergo Deum oras, mendicos imitare, qui cum panem petunt non induunt se splendida veste (sic enim diuites putarentur, nec quicquã obtinerent) sed lacera; ostendentes vlcera, vulnera, & vitia corporis, vt miserabiles videantur, & auxilio digni; similiter & tu, non præferas virtutes tuas, sed internas ægritudines, & pauperiem, atque per misericordiam eius, remissionem pete omnium debitorum, & confortationem in bono. Quemadmodum enim non liberantur debitores, etsi multa soluant, quam diu non soluunt omnia; sic nec liber es, etiam si multa facias bona, si non per omnia Diuinæ voluntati satisfacias. plura semper facienda restant, quam feceris, & proprijs viribus facere possis, adeoque necessaria est Dei misericordia, quam in omni oratione postulare debes, propositis ante oculos vitijs, debitis, ac miserijs, & infirmitatibus proprijs.

Luc. 17. 10.

3.

Fraus diaboli.

Simile.

VIII. *Et Publicanus à longè stans, nolebat, nec oculos in cælum leuare.* Enumerauit huc vsque merita sua Pharisæus, eorum similis, qui incisa vena emittunt quicquid habent boni sanguin s, & sic in morbos incidunt: succedit iam ei Publicanus qui euentu con-

Simile.

Modus Publicani. tu contrario similiter, incisa quasi vena, malum effudit sanguinem, & sanitati redditur. Est autem notandus illius agendi modus, docet enim impetrationem remissionis peccatorum, & gratiæ per tres pœnitentiæ partes contritionem, confessionem, & satisfactionem. Contritio eiusque conditiones hic describuntur nam *Primo*, quod steterit, firmum significat propositum peccata deinceps vitandi, & fiduciam Diuinæ misericordiæ, quæ omnibus peccatoribus, ne desperent, necessaria est. *Secundo*, Quod à longè steterit, timorem Dei significat quæ *sapientia* & conuersionis *initium est*. Duos enim timores habet qui conuertitur: *Primus* est, iustitiæ Diuinæ quæ animam & corpus perdit in gehennam, atque hinc territus homo proponit peccata vitare & ad Deum conuerti. *Secundus* est maiestatis diuinæ, vnde nascitur reuerentia, vt indignum se homo putet qui coram Deo compareat. Hinc S. Petrus dicebat *Exi à me Domine quia homo peccator sum.* Hoc reuerentiali timore, qui *permanet in sæculum sæculi*, tegunt Seraphim qui sunt Angelorum supremi facies suas, & pedes coram Deo. Quamdiu hic viuimus neuter timor deponi debet, neque enim hic extra inferni periculum sumus: & tamen (proh dolor!) vtroque caremus, etsi magnis grauemur peccatis, neque iudicium Dei iustissimum, neque æternam eius iram, neque inferni cruciatus timemus: & citra omnem reuerentiam ingredimur Dei templa, aduoluimur Eucharistiæ, & altaribus, ad quæ Sacerdotes sacrificant, ac stamus inconcussi, perinde ac si Deus præsens non esset: neque hoc viri solum sed mulieres quoque audent, & impudicæ. Non permittebat Imperatori Theodosio (vt Theodoretus refert) Ambrosius, vt in choro oraret, sed eum exire iussit ad cæteros laicos. Ei sumus de quibus Isaias dixit. *Appropinquare Deo volunt* quasi iusti nihil metuentes indignitatem nostram aut pœnam, neque cogitamus quomodo olim septuaginta nobiles & quinquaginta millia plebis perierint quod ad arcam nimis vicini accederent eamque minus reuerenter intuerentur. Et quid ad Eucharistiam arca? Docet nos Publicanus in templo versari cum omni reuerentia & vltimum locum quærere, vt tandem ad loca superiora vocemur. *Tertio*, quod oculos noluerit

Marginalia: quid stare sit? — quid, à longe. *Psal. 110. 10.* — Duo timores. 1. 2. — *Luc. 5. 8. Psal. 18. 10. Isa. 6. 2.* — *L. 5. hist. c. 17.* — *Isa. 58. 2.* — *1. Reg. 6. 19.* — Deiectio oculorum.

luerit leuare, verecundiam eius significat, peccata enim tam sunt fœda, vt naturaliter omnes eorum pudeat, imo quisquis peccat peccator tamen dici recusat, aut videri, nemo auarus, gulosus, superbus, nebulo, meretrix vult audire, etiam si vitijs eiusmodi obsitus sit. Fides autem adhuc plenius hanc fœditatem nos docet, à qua accepimus peccata Angelos pulcherrimos transmutasse in fœdissimos dæmones; quibus peccator omnis per peccatum fit similis. Vidit hoc Publicanus ac propterea non audebat oculos fœdos, quos hactenus ad fœda detorserat, ad supremam leuare munditiem. sicuti enim qui ex crassis tenebris in magnam veniunt lucem, oculis dolent, & nonnunquã excęcantur, sic qui in magnis est peccatis, si Deum adspiciat, dolorem oculorum concipere debet, vt vero dolore peccata defleat, cum verecundia, q diabolo assimilatus, & tam longe à Deo factus sit. Pudebat Esdram peccati Iudæorum coram Deo, ideoque *Erubesco*, ait, *Domine & extimesco faciem meam leuare ad te* quanto magis pudere nos debet peccati proprij, ne improperetur nobis propheticum illud *frons meretricis facta est tibi noluisti erubescere.* Neque tamen pudor hic ex solo oriatur timore, sed & ex amore; quia scilic. Patrem tam benignum adeo turpiter offenderis; iste enim est verus dolor, qui peccati remissioñẽ meretur, cum ex timore filiali de peccatis erubescimus eaq; super omnia detestamur. Multum possunt tales lacrymæ, & sunt irriguum superius & inferius quod sub typo dedit Agæ filiæ suæ Caleb; habent enim aquas superiores, diuini amoris; & inferiores, timoris gehennæ, vt explicat Gregorius. Beati oculi qui postquam his loti sunt, cœlum intuentur! intuetur enim & ipsos Deus, ac iuuat. oculum humilem exaltat, verecundo dat sui timorem, benigno, ardentem charitatem; mundo, cordis munditiam; simplici sapientiam Diuinam. Ora vt adspiciat te, sicuti Publicanum hunc, & Petrum respexit in domo Cayphæ, ac oculos tuos; fontẽ faciat salutarẽ lacrymarũ vtiliũ, quibus lotus, eumque vt iam diximus intuens omnibus his donis orneris.

1. Esd. 9. 6.

Ierem. 3. 3.

Figura.

Iosu. 15. 19.

l. 5. ep. 23. & 3. dial. c. 34.

IX. *Sed percutiebat pectus suum dicens.* Tertia hic insinuatur pœnitentię pars, nempe satisfactio: qui enim se percutit, significat quod dolorem pro peccatis & pœnam quærat. sic percutiebant

Luc.23.48. tiebant pectus suum Christo mortuo Iudæi, qui necis eius authores fuerant. idem & nobis frequenter faciendum est vt peccata nostra ipsi puniamus præuenientes pœnam à Christo infligendam, vt monet Nicolaus Papa, & postulantes. Ad conf. Bulg.c.54. *Primo*, vt cor quod peccauit peccatum luat, idque manu, quæ instrumentum est ad peccata: sicque fons peccati obturetur, & eijciatur omne venenum. *Secundo*, vt ex corde copiosæ fluant lacrymæ, sicuti ex petra in deserto à Moyse percussa Num.2. *Tertio*, vt ignis scintillæ eliciantur, sicuti ex percussione silicis ad chalybem, nimirum ardentes orationes, & desideria. *Quarto*, vt cor ex profundo sopore euigilet (vt ait Theophilactus) ad honestum, & salutarem laborem. *Quinto*, vt emolliatur, & in minutissimas quasi arenulus conteratur quo Ioan.8. scripturam digiti Christi in terra scribentis recipiat, seque in omnibus voluntati Diuinæ attemperet, & quemadmodum Simile. arena tenuis, si vitro immittatur, ad figuram vitri se componit in quadrum, vel circum: sic & cor nostrum renuncians voluntati propriæ, conformetur voluntati Diuinæ, ac Superiorum de tali corde dixit Dauid *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies*. Psal.50.19. Manus quo modo componendę in oratione. Disce hic formam manuum in oratione componendarum; vt neque in terram propendeant, neque nugentur, sed percutiant pectus, idque, non (vt quotidie facis) oculis huc illucque errantibus, sed cum vero dolore, in terrã, Publicani huius instar, deiectis. Manum iunctio. Est & antiqua Christianorum consuetudo vt ante pectus manus coniungant qua significatur.
1. *Primo*, quod interior animus collectus esse debeat, non inani cogitatione distractus.
2. *Secundo*, quod homo corde doleat ob præcedẽtia peccata; solemus enim membris eis quibus male afficimur, & dolemus manum admouere. ad conf. Bulg.c.54. *Tertio*, quod manus velimus hic ligare (ait Nicolaus Papa) ne in futuro eis ligatis eijciamur in tenebras exteriores. Solent 1.Tim.2. Manuum eleuatio. præterea, vt Apostolus innuit; Christiani manus in cœlum leuare. vt significarent.
1. *Primo*, Cor in cœlis esse, ideoque cum in Missa Sacerdos canit. *Sursum corda*. leuat manus, alijque
2. respondent. *Habemus ad Dominum*. *Secundo*, Vnde id quod petimus præstolemur, nempe, vt Chrysostomus explicat, ex cę- Hom.79. ad Antioch. de Mat.c4.31.12. lo. Te-

lo. Testatur Tertullianus, quod manibus quoque, ac brachijs extensis orare solebant, nempe ad formam crucis, qui mos etiam nunc seruatur in Heluetia ac de eo dixit Dauid. *Tota die expandi manus meas ad te.* eumque seruauit Moyses quãdo Iosue contra Amalech pugnante ipse orabat Christum significans expansis in cruce manibus superaturum aduersarios dæmones vt post Origenem explicat Cyprianus. Imitãtur eundem morem in sacrificio Sacerdotes, cum apertis, & quasi pansis brachijs orant, Christi crucifixi personam sustinentes. Quod autem mos hic Deo gratus sit. ex eo patet quia Moyse manus eleuante, Iosue vincebat, & demittente, perdebat. Sentitur enim in modo illo dolor aliquis ex quo conijcere liceat, quantus fuerit Christi in cruce dolor vbi manus eius non solum sic fuerunt per tres horas exertæ, sed vi expansæ, & quasi neruus ad arcum diductæ, ac clauis obtusis confixæ. cum ergo sic oras, non subrepit somnus & Pater cęlestis recordatur orationis, quam in cruce Filius eius simili corporis situ, *cum lacrymis* obtulit *& clamore valido.*

Psal. 87. 10. Exod. 17. 11. Hom. 8. in diuersos Euan. locos. de exhort. Mart. c. 8. & 2. ad Quir. c. 21. Heb. 5. 7.

X. *Deus propitius esto mihi peccatori.* Significatur hic tertia pœnitentiæ pars nempe oris confessio, quam Publicanus hic vtpote sub Veteri Testamento fecit Deo, & generatim; non vero Secerdoti, aut per specialem peccatorum singulorum enumerationem: neque enim tunc adhuc tanta mundo beneficia contulerat Deus, quanta nobis per Christum; vt homo homini in terris, Dei nomine, per Sacramentum peccata remittat. Quod certe beneficium maximi æstimandum est, neque enim dedit Ecclesiæ suæ Christus potestatem solum humana conciliandi, sed & Deum ipsum, ac remittendi iniuriã cõtra Maiestatẽ eius quantacunq; ea fuerit, & à quocũq; fiat, nullo plane excepto. Quis nostrum tam est benignus, aut patiẽs, qui vicino suo tantã daret in rebus suis authoritatẽ, vt quodcunque remitteret hic, etiam ipse remitteret? habent vero hanc authoritatem in Ecclesia non vnus solum, vel duo, sed centeni, & milleni: qui tamen nec ipsi omnes, sancti sunt, vt Deum nunquam offendant; sed peccatores, humana infirmitate circundati, & aliquando etiam superati, nempe

Sacerdo-

Luc. 23. 48. tiebant pectus suum Christo mortuo Iudæi, qui necis eius authores fuerant. idem & nobis frequenter faciendum est vt peccata nostra ipsi puniamus præuenientes pœnam à Christo infligendam, vt monet Nicolaus Papa, & postulantes.
Ad conf. Bulg. c. 54. *Primo*, vt cor quod peccauit peccatum luat, idque manu, quæ instrumentum est ad peccata: sicque fons peccati obturetur, & eijciatur omne venenum. *Secundo*, vt ex corde copiosæ fluant lacrymæ, sicuti ex petra in deserto à Moyse percussa
Num. 20. *Tertio*, vt ignis scintillæ eliciantur, sicuti ex percussione silicis ad chalybem, nimirum ardentes orationes, & desideria. *Quarto*, vt cor ex profundo sopore euigilet (vt ait Theophilactus) ad honestum, & salutarem laborem. *Quinto*, vt emolliatur, & in minutissimas quasi arenulus conteratur quo
Ioan. 8. scripturam digiti Christi in terra scribentis recipiat, seque in omnibus voluntati Diuinæ attemperet, & quemadmodum
Simile. arena tenuis, si vitro immittatur, ad figuram vitri se componit in quadrum, vel circum: sic & cor nostrum renuncians voluntati propriæ, conformetur voluntati Diuinæ, ac Supe-
Psal. 50. 19. riorum de tali corde dixit Dauid *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies*. Disce hic formam manuum in oratione componendarum; vt neque in terram propendeant, neque nugentur, sed percutiant pectus, idque, non (vt quotidie facis) oculis huc illucque errantibus, sed cum vero dolore, in terrã Publicani huius instar, deiectis.

Manus quomodo componendę in oratione.

Manum iunctio. Est & antiqua Christianorum consuetudo vt ante pectus manus coniungant qua significatur.
1. *Primo*, quod interior animus collectus esse debeat, non inani cogitatione distractus.
2. *Secundo*, quod homo corde doleat ob præcedẽtia peccata; solemus enim membris eis quibus male afficimur, & dolemus manum admouere.
ad conf. Bulg. c. 54. *Tertio*, quod manus velimus hic ligare (ait Nicolaus Papa) ne in futuro eis ligatis eijciamur in tenebras exteriores. Solent
1. Tim. 2. præterea, vt Apostolus innuit, Christiani manus in cœlum
Manuum eleuatio. leuare. vt significarent. *Primo*, Cor in cœlis esse, ideoque cum
1. in Missa Sacerdos canit. *Sursum corda*. leuat manus, alijque
2. respondent. *Habemus ad Dominum*. *Secundo*, Vnde id quod pe-
Hom. 79. ad Antioch. de orat. ca. 11. 12. timus præstolemur, nempe, vt Chrysostomus explicat, ex cęlo. Te-

lo. Testatur Tertullianus, quod manibus quoque, ac brachijs extensis orare solebant, nempe ad formam crucis, qui mos etiam nunc seruatur in Heluetia ac de eo dixit Dauid. *Tota die expandi manus meas ad te.* eumq́ue seruauit Moyses quã-do Iosue contra Amalech pugnante ipse orabat Christum significans expansis in cruce manibus superaturum aduersarios dæmones vt post Origenem explicat Cyprianus. Imitãtur eundem morem in sacrificio Sacerdotes, cum apertis, & quasi pansis brachijs orant, Christi crucifixi personam sustinentes. Quod autem mos hic Deo gratus sit. ex eo patet quia Moyse manus eleuante, Iosue vincebat, & demittente, perdebat. Sentitur enim in modo illo dolor aliquis ex quo conijcere liceat, quantus fuerit Christi in cruce dolor vbi manus eius non solum sic fuerunt per tres horas exertæ, sed vi expansæ, & quasi neruus ad arcum diductæ, ac clauis obtusis confixæ. cum ergo sic oras, non subrepit somnus & Pater cęlestis recordatur orationis, quam in cruce Filius eius simili corporis situ, *cum lacrymis* obtulit *& clamore valido.*

Psal. 87. 10. Exod. 17. 11.

Hom. 1. in diuersos Euan. locos. de exhort. Mar. c. 8. & 2. ad Quir. c. 21.

Heb. 5. 7.

X.

Deus propitius esto mihi peccatori. Significatur hic tertia pœnitentiæ pars nempe oris confessio, quam Publicanus hic vtpote sub Veteri Testamento fecit Deo, & generatim; non vero Secerdoti, aut per specialem peccatorum singulorum enumerationem: neque enim tunc adhuc tanta mundo beneficia contulerat Deus, quanta nobis per Christum; vt homo homini in terris, Dei nomine, per Sacramentum peccata remittat. Quod certe beneficium maximi æstimandum est, neque enim dedit Ecclesiæ suæ Christus potestatem solum humana conciliandi, sed & Deum ipsum, ac remittendi iniuriã cõtra Maiestatẽ eius quantacunq; ea fuerit, & à quocũq; fiat, nullo plane excepto. Quis nostrum tam est benignus, aut patiẽs, qui vicino suo tantã daret in rebus suis authoritatẽ, vt quodcunque remitteret hic, etiam ipse remitteret? habent vero hanc authoritatem in Ecclesia non vnus solum, vel duo, sed centeni, & milleni: qui tamen nec ipsi omnes, sancti sunt, vt Deum nunquam offendant; sed peccatores, humana infirmitate circundati, & aliquando etiam superati, nempe

Sacerdo-

Sacerdotes confessionibus audiendis designati. Sunt hi Vicarij Christi, Iudices Christianorum, qui pro tribunali Dei sedent, vt peccata audiant & secundum confitentis dispositionem ea remittant, ac pœnitentiam iniugant. Si vel vnus talis Publicani tempore fuisset, quanto ille studio ad eum prouolasset, vt remissionem peccatorum certam consequeretur. Credo Magdalenam imitatus fuisset, quæ ad Christi pedes confitebatur peccata sua, sciens ea ab ipso etiam inde audiri. Cum ergo nobis tot sint, qui omni momento paratos se exhibent; vide, ne nimium in peccatorum remissione negligenter agas, veniet dies quo eam queres, & in æternum non obtinebis.

Habet hæc breuis Publicani oratiuncula quatuor dictiones notatu dignas. *Prima* est *Deus* Creator mundi, à quo omne datum optimum, ad quem solum confugimus. sicut enim quum homo aliquid petit ab homine Deum non excludit, sed petit à Deo sibi illud dari per hominem; sic qui Sanctos inuocant ad Deum quoque cõfugiunt. *Secunda*: *Propitius esto*, quasi dicat, misericordiam tuam peto, qua in omnibus indigeo qui ex me nec facere aliquid, nec mereri possum, modum vero misericordiæ præstandæ tibi definiendum relinquo. *Tertia Mei. Quarta Peccatoris.* Duo mecum habent peccatores omnes; naturam, & peccata, illam tu fecisti, hęc ego: destrue quod meum est, vt perficiatur quod est tuum: laua peccata, & munda naturam. Oratio hæc efficax est, & humilis, ac Deo grata: tribuit enim ei potentiam simul, & misericordiã, cum beneficijs omnibus quæ præstat; tibi vero nihil, præter peccatata, & sordes. Ora sic ex animo, & impetrabis ꝙ voles.

Deus. Proptius esto. Mei pecc.

XI. *Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam, ab illo.* Mirabilem hic Christus vt iudex sententiam pronuntiat, quam vix intelligant huius sæculi homines, idque ideo quia Dei ignorant conditiones. Quis non putet eum qui multa fecit bona, gratiorem esse, peccatorem vero publicum, reijci debere, cum breui sua precatiuncula? hic tamen laudem meretur, ille contemtum. Vincit Publicani verbum Pharisęi facta. habebat iustitiam Pharisæus sed cum superbia; habebat peccata Publicanus, sed cum humilitate, sternit superbia iustitiam,

tiam, humilitas autem peccata superat. sic impletur quod dixerat Christus. *Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.* *Matth. 21. 31.*
Refert cum alijs Augustinus, fontem esse in Epiro, qui candelas ardentes extinguat, extinctas accendat. Fons similis est Deus, accede cum lumine proprio, & extinguetur, contra vero accede humilis sine virtutum lumine, accenderis, & illuminaberis. Neminem contemne. Magnus artifex est Deus, potens vno momento nigra mutare in alba, & lignum obliquum ac visu fœdum, in pulcherrimam statuam. *21. Ciuit. c. 5. Plinius & Mela. l. 2.*

Quærunt hic hæretici. Cur peccatorum remissionem ita reddamus grauem per confessionem & satisfactionem quæ non sine verecundia, angore, & labore fiunt, cum tamen Publicanus eam adeo facile consecutus sit, & Euangelium debeat lege Veteri esse facilius? Respōsio. *Primo*, Non esse hoc ab homiuum, sed Dei instituto qui peccata noluit sine confessione remitti. *Secundo*, Non in omnibus faciliorem esse legem Christi lege Veteri, dedit enim nobis Christus præcepta perfectiora, Legemque veterem restrinxit, facilior tamen est duplici de caussa; tum, propter præceptorum paucitatem; tum, propter gratiæ qua iuuamur abundantiam: ita vt etsi carni grauior sit, spiritui tamen est leuior. *Tertio*, Confessionis molestiam magis ex superbia nostra & diaboli suggestione oriri quam ex natura rei; multi enim sunt, qui apud sodales suos, peccata etiam cum iactatione confitentur. Si velis peccata sine difficultate, imo cum maximo gaudio confiteri. *Quæstio. Responsio. 1. 2. 3. Quomodo fiat confessio facilis.*

Primo, confitere frequenter: nam & facilius, & mundius purgatur cubiculum, quod frequenter verritur, quam quod raro. 1.

Secundo, Caue à criminibus, vna enim inter cæteras caussas est, cur Christus confessionem instituerit, vt saltem verecundia confitendi nos à peccatis deterreret, si nec timor Dei terreat, nec amor. 2.

Tertio, Confessarium quære pium, simul & doctum qui te instituat, soletur, & modum doceat peccata vitandi. Ita consuluerunt olim [a] Origenes, & [b] Basilius. 3.
a hom. 2. in Psalm. 37. b c. 95. de reg. Mon.

Quarto,

4. *Quarto,* Concipias verum dolorem, & peccati detestationẽ, ita fiet vt quicquid pro illo auertendo iniungitur graue non sit. Doluit sic Maria Magdalena, quæ pleno prandio non erubuit coram viris spectatissimis sub mensam passis crinibus se proijcere, Christi pedes lacrymis rigare, & capillis tergere, ac Pharisæorum calumnias audire. Tu contra peccatum minimi, verecundiam autem, & satisfactionem maximi æstimas. Maior erit confusio, cum spectabit orbis vniuersus in iudicij die, omnes sordes tuas, & damnabit; maior pœna; quam in inferno æternam senties, sine solamine. Cogita hæc diligentius, & nulla erit verecundia nimia, nullus labor aut pœnitentia grauis.

Luc. 7.

XII. *Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* Nihil aliud Scriptura tota clamat quam Deum superbis resistere, humiles promouere; vult enim sic commendare humilitatem, quæ Augustino teste, initium est, & progressus, ac perfectio vitæ Christianæ. Refert Petrus Damianus Episcopus & Cardinalis, fuisse in Burgundia duos nobiles, quibus inter se bellum erat, ob quædam prædia Ecclesiæ S. Mauritij; ante congressionem alter eorum audiebat Sacrum, in quo ad extremum Euangelij, eadem hæc sententia recitabatur. *Qui se exaltat,* &c. Qua audita, ille superbe simul ac blasphemè, eam negat veram; etenim, addebat, si ego me humiliassem, non fuissem ita exaltatus, neque adeo potens: Audijt hæc vnus famulorum alterius nobilis, qui statim ea Domino suo retulit, Tunc ille, iudicium ait bonum est, quod Deum adiutorem habebimus: sperate, neque enim Deus blasphemum relinquet impunitum. Cum ergo congrederentur, & iam prælium fieret, puniuit eum Deus hoc modo. Equum habebat eximiæ fortitudinis & celeritatis, qui cum fuisset præcedenti nocte solutus, accesserat ad aceruum salis, atque ex eo multum comederat. in prælio igitur, cum esset prope aquas, & sitiret, frenum Domini sui manibus excussit, atque ad aquas cucurrit, caput eis immergens vt sitim sedaret. Accurrunt inimici eius, & eorum vnus gladio blasphemum eius os percussit, eumq; occidit. atque ita ore luit quod ore peccarat, simulq; docuit verba Dei non risu sed fide prosequenda.

Ep. 56. ad Dioscorum. Ep. 14. c. 6.

Expe-

Experimur quotidie quod dixit hic Christus: multis enim modis, vt Sapiens ait humiliantur superbi. *Odibilis coram Deo & hominibus est superbia, & initium omnis peccati est superbia, qui tenuerit illam, adimplebitur maledictione, & subuertet eum in finem.* Eccl. 10. 7. 15.
Quæ verba tres innuunt modos quibus superbi humiliētur. *Primo*: Contemnuntur hic, nec, quod optant, consequuntur volunt enim videri, honorari, laudari, ideo mulieres se comunt, alij multa dicunt, & faciunt: fit tamē dispositione Dei vt nemo eos videat, nemo laudet, vel honoret, sed contēnat tanquam inflatos, & superbos. Honor enim, vt Chrysostom. ait, vmbra est, sequitur vitantem; vitat sequentem. *Secundo.* In multa labuntur peccata vt etiam ex his eorum contemtus crescat, *Deiecisti eos*, ait Dauid, *dum alleuarentur* ac præcipue in luxuriam labūtur, quæ etiam apud homines ignominiæ notatur, sic Philosophis contigisse Apostolus scribit. Narrauit aliquando S. Ioannes Eremita miraculis clarus, & Theodosio Imperatori carus, Euagrio, vt hic ipse testatur, istam historiā. Erat in solitudine quidam Eremita ieiunijs & orationib. valde deditus, & per multa bona opera celebris. Cepit huic sua sanctitas placere, & confidebat, ac exaltabatur in ea. Quod cum aduertisset diabolus venit sub forma virginis, sero admodum, orans vt admitteretur in domum, nec obiiceretur feris in escam. Admisit ille, & cum ea fabulari cœpit, erant autem sermones eius benigni admiscebantur vero sparsim verba amatoria, quibus ille ad libidinem incendebatur; ita vt tandem consentiret in opus, seque iam ad illud pararet. Tunc disparuit diabolus, & cum alijs, qui spectatores adfuerant, cachinnans exclamat. Vbi iam es ô Monache? cœlum putabas te conscendisse, sed ad infernum vsque descendisti: disce quia qui se exaltat humiliabitur, ille his auditis, desperauit & ad seculum abiens impudice vixit. *Tertio*, Tandem in infernum demerguntur vt in Lucifero & hæresiarchis patet.

Triplex humiliatio superborum. 1.

Hom. 59. ad Antio.

2. Psal. 72. 18.

Rom. 1. 21.

in vitis PP. l. 1. c. 1.

3. Exaltat se humili.

Humilitas erigitur quando sincera est; qualis etiam rara est, rariores vero humiles perfecti, nullum enim est opus quo certo dignosci possint: multi vilia faciunt, & abiecta, honores videntur fugere, se ipsos vituperant, ac videntur vituperia sui amare, possunt tamen omnia hæc ab interiori superbia pro-

ficisci, quę tanto est periculosior quanto virtus ex qua nascitur est maior. Tres habet gradus vera humilitas *Primus*, & infimus est vt quis se peccatorem æstimet indignum. *Secundus*, vt neque offendatur, neque tristetur si eum alij talem putet. *Tertius*, vt vere ex animo optet ab alijs pessimus, & vilissimus haberi, & cum habetur talis, gaudeat. Magnum hoc est, & arduum; quod nemo nos alius præter Deum perfecte docere potuit. Venit propterea Christus in mundum vt nos id doceret, vocatque nos; *discite à me quia mitis sum & humilis corde*. Duos adhibuit modos docendi nos: *Primus* est, Exemplũ, quo nos præiuit, lauans discipulorum pedes, ferens omnem ignominiam, & conuitia, declinans honores, amans loca vltima, volens ministrare potius quam ministrari, vermem se dicens magis quam hominem. *Secundus* est: Quia humilitatem nobis strauit, viam ad gloriam. Amamus naturaliter omnes sublimia, hæreditauimus enim id à parentibus primis, qui vt dij esse voluerunt, scientes bonum, & malum. Videns hoc Christus, viam nobis ostendit nulli homini cognoscibilem; quis enim putasset necessarium esse descensum, vt ascẽdas! nos certe ascendere solemus; Christus tamen contra descendit. Vade, ait, ad humilia & inuenieris sublimis. Causam assignat Augustinus, quia sublimior est qui Deo vicinior, si adscendis, fugit à te Deus, si descendis, appropinquat tibi; si scalas adscendis, tecum illæ descendunt; si descẽdis, tecum eas Deus attollit; non vult vt ex te ipso adscendas, sed à se eleueris. Eleuat autem humiles, in hoc mundo. *Primo*, Implens eos virtutibus; sicuti enim aquæ, sic & gratia, & virtutes amant humilia. *Secundo*, Concilians eis honorem apud homines; meretur enim virtus honorem, & quo eum fugis velocius, eo accedit citius. Patet hoc in humilibus Antonio, Bernardo, Dominico, Francisco, & alijs quos (etiam inuitos) ita exaltauit Deus, vt viui toti mundo innotuerint, eumque miraculis illustrarint. *Tertio*, Conferens eis vitam æternam: dixit enim *Beati pauperes spiritu*, id est humiles vt Augustinus explicat *quoniam ipsorum est regnum cælorum*, &: *Quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste; hic est maior in regno cælorum*. Humilis Dei Mater Maria, illic altissima est; quia ancil-

Marginalia: Tres gradus humilitatis. — Matth. 11. 29. Christus humilitatẽ docet. — I. — 2. — Serm. 10. de verb. Dom. — Eleuantur humiles. — I. — 2. — 3. — M. 11. c. 3. l. 1. de serm. Dom. — Matth. 18. 4

lam

lam se hic putauit humillimam. Hanc imitare, vt ei possis in cœlo appropinquare.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, amator humilitatis, virtutum omnium Doctor, superbiæ osor, scrutator cordiũ ac cogitationum inspector qui à nemine decipi aut circumueniri potes: obsecro te, vt veram nobis humilitatis virtutem largiare: per quam valeamus peccata ac vitia nostra agnoscere: nobis ipsis displicere: nullum externum honorem laudẽue appetere: sed potius ab omnibus velle despici, ac pro vilissimo peccatore reputari; non tamen dando ad hoc vllam peccãdi occasionem. Quatenus omni superbiæ fastu longe à nobis profligato, ac penitus eradicato, tibi per perfectam animi humilitatem assimilari possimus; repleti nimirum omnibus virtutum ac gratiarum muneribus. Quippe, quibus nulla suppetit superbiendi occasio; cum ex nobismetipsis ne cogitare quidem bonum vllum queamus, ne dum opere præstare; quod omnis sufficientia nostra à te dependeat. Tu inquam Domine, cui humilium & mansuetorum semper placuit deprecatio, superborum vero exosa est oratio, donã nobis cor humile, è quo gratiosæ apud te orationes prodeant, possintque consequi id, quod secundum voluntatem tuam desiderant; idque per merita sacratissimæ passionis tuæ, ô Domine Iesu, Fili Dei; qui cum Patre ac Spiritu Sancto viuis ac regnas per omnia sæcula benedictus. Amen.

DOMINICA XI. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Marci 7.



Xiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galileæ, inter medios fines Decapoleos: Et adducunt ei surdum & mutum; & deprecabantur eum vt imponat ei manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius; & exspuens tetigit linguam eius; & respiciens in cælum ingemuit: & ait illi Ephpheta, quod est, adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant: & eo amplius admirabantur, dicentes; Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Breuis explicatio Euangelij.



Ominus Iesus, etsi venerat vt Iudæis Euangelium prædicaret, & non Gentibus, ad quas destinandi erant Apostoli: tamen propter ineffabilem suam bonitatem erga omnes homines, non potuit, quin aliquando ad ciuitates Gentium excurreret, Tyrum & Sidonem, ciuitates celeberrimas ad mare. vt sic in eis gustum suæ doctrinæ

ctrinæ inchoaret, & Apostolis viam sterneret. Cum ergo ibi aliquamdiu fuisset, paucis miraculis præstitis, quorum præcipuum erat liberatio filiæ mulieris Chananææ; rediit in Iudæam ad mare Galileæ, transiens per Decapolim, sic dictam à decem celebribus vrbibus quas continet. Ibi accesserunt eum, quidam adducentes ei hominem surdum, & mutum, & sanitatem eius deprecantes, cum ipse pro se deprecari non posset. Dominus illius misertus, fecit quod petebant. Apprehensum enim ducit seorsum ex turba; tum ne gloriam populi quærere videretur; tum vt nos doceret eandem fugere. Et, quamuis vnico verbo eum sanare potuisset; tamen, vt corporis sui ostenderet sanctitatem, & virtutem, *Primo*, digitos suos inserit auriculis eius, digitum nempe dextræ, auri sinistræ; & digitum sinistræ, auri dexteræ. *Dein*, sputo tetigit eius linguam: *Tertio*, suspexit in cœlum. ostendens inde sibi omnem virtutem, & nobis inde quærendum auxilium. *Quarto*, ingemuit, vt se nobis condolere ostenderet, qui propter peccata; tum à diabolo, tum à varijs infirmitatibus, torquemur, & vt nos ex corde oremus, ac, cum Dei opem petimus siue nobis, siue proximis, gemamus. Atque ex his quatuor se verum hominem ostendit. Sed, cum dein vno verbo, duo facit miracula, surdo auditum, & muto loquelam restituens, per verbum *Ephpheta* id est adaperire simul se Deum manifestat statim enim soluta est lingua, vt intelligibiliter loqueretur; & apertæ sunt aures, vt distinctæ audiret. Factis autem

his miraculis, vetuit ea diuulgari; docens se, pro omnibus beneficijs, non solum non quærere temporalem mercedem pecuniæ, sed nec honorem, vt & nos idipsum imitantes, à solo Deo mercedem speremus. Interim non potuerunt illi rem tegere, sed vbique eam annuntiauerunt, dicentes: *Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.* vel (vt in Græco habetur) *surdos facit audire*, &c. id est, habet potestatem istud faciendi. Quibus verbis, Christum fatentur Deum. Nam *Primo* Nullus, præter Deum, omnia bene facit. nemo hominum ita iustus, vt non peccet, & in multis quotidie deficiat. Solius *Dei perfecta sunt opera.* *Secundo.* Nemo habet potestatem miraculorum: vel, faciendi vt surdi audiãt, & muti loquãtur, sicut Christus fecit, nisi Deus. Magnum ergo honorem hi Christo deferunt, cum hoc de eo vbiq; annuntiant. Et licet id Christus vetuerit, tamen non peccant, sed optime faciunt. sicuti enim, qui ex sincero amore alicui beneficiũ præstat, non quærit gloriam suam, sed vtilitatem alterius; sic conueniens est, vt cui illud præstatur, tãto sit gratior, quanto minus benefactor id requirit.

Documenta vndecimæ Concionis.

I. *Primum. Euangelij documentum.* EXIENS *Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonem, ad mare Galileæ, inter medios fines Decapoleos.* Docet nos præsens Euangelium, *Primo*, miseriam peccatoris surdi, & muti, natam ex malitia diaboli, qui & auditu, & loquela eum priuat. *Secundo*, *Secundum.* Modum sanationis nempe, vt veniat ad Christum, & tangatur ab eo, sicuti enim diabolus surdos reddit, & mutos: sic contra, Christi est, eosdem sanare. *Nota* miraculum hoc nec *Tria sanandorum genera.* Tyri factũ, nec Sidone ad mare: sed in *Decapoli*, id est regione I. decem vrbium. *Tria* enim sunt hominum genera, quæ visitat

tat Christus vt sanet, quæ per hæc tria nomina figurantur. *Primo Tyrus*, quæ Hebræis *Thor* dicitur, id est *angusta*, seu *arctata* malos significat peccatis plenos, ac malæ voluntatis, in quibus Christo locus non est; de quibus Apostolus dixit *non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris*, Christus latitudinem amat, imo soli sibi, & domum & cor tuum exigit, si in te peccatum habitat, aut mala voluntas; vel in domo tua res sunt iniustæ, aut concubina, aut aliud simile domus angusta est, & Christus excluditur. *Secundò Sidon* venationem significat, & inconstantes, qui *ad tempus credunt* ac bona proponunt sed *in tempore tentationis recedunt*. de quibus apud Oseam. *Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? Misericordia vestra, quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens*, quasi dicat, gratia quam vobis do, vobiscum non manet, sed accedente tentationis sole perit. Ciuitates hæ duæ ad mare sunt; quia duo hæc hominum genera, de mundo sunt, fluctibusque maris agitantur, nec cum eis manet Christus. Accedit quidem aliquando, & monet per Confessarium, doctores, aduersa, prospera, & conscientiam tangit: sed, quia non inuenit manentem locum, exit ad *Tertios* qui significantur per *Decapolin* quæ regio est decem vrbium; homines nempe bonæ voluntatis, qui laborant pro obseruatione decalogi, quem etiam natura seruandum docet. Sic Cornelius Centurio Deum quotidie orabat, & dabat eleemosynas. si enim quis secũdum naturæ præscripta viuat non deseret eũ Deus, sed ad se mirabiliter perducet. Viuebat Athenis Dionysius, Areopagita, cum Damore (quæ ab [a] Ambrosio & [b] Chrysostomo eius vxor dicitur) in omni honestate iuxta naturæ lumen, & misit ei Deus Apostolum qui fidem doceret. Viuebat Philippis in Macedonia, mulier gentilis nomine Lydia, officio purpuraria, quæ studens placere Deo quem adhuc ignorabat, Iudæorum se orationi & concioni adiungebat, neque defuit ei Deus, sed eundem Apostolum misit qui eam cum omni familia conuertit. Scribit de se ipso Sanctus Clemens Papa, quod cum adhuc gentilis esset, aliud nõ quæ sierit quam veritatem, & vitam bonam, venitque ad eum Sanctus Barnabas qui eum Christianam veritatem

Marginal notes: *2. Corin. 6. 12.* — 2. — *Luc. 8. 13.* — *Osee 6. 4.* — 3. — *Act. 10. 2.* — a *Epist. ad Vercell.* — b *lib. 4. de* — *Act. 17. 34.* — *Luc. 10. 14.* — *lib. 2. recogn.*

docuit & ad S. Petrum Antiochiam duxit. Contigit nostra memoria apud Indos, gentilem quendam iuxta naturæ, & rationis lumen honestissime viuere, qui tamen in se ipso quietem non habebat, sentiens (Deo ipsum agente) religionem suam veram non esse. Iuit ad Turcas vt Mahometanam legem sequeretur, sed nec in ea quieuit, iuit dein ad Iudæos, sed nusquam quies, ita vt exclamaret tandem. Da mihi Domine Deus, vt sciam quis sis, ac tibi secundum placitum tuum seruiam: sin minus noli saltem mihi imputare. Accidit Beatum Xauerium (qui primus è Societate in Indijs fuit) in foro, cum quibusdam de fide Christiana disserere, ac gentilem illum in vrbe adesse, qui ad forum veniens, vidensque turbam hominum congregatam, audiuit loquentem sibi interius vocem, Accede eò, & Deum tuum inuenies. Accessit ergo, & Xauerium audiuit, cumque sentiret magnam in se motionem, cum suauitate coniunctam, petijt baptisari, contestatus se nunquam nisi tunc quieuisse. adeoque fateri se eam esse Doctrinam veram, quæ ad salutem ducat. Tu similiter fac, si enim gentiles non deserit Deus, quando naturæ lumen sequuntur, neque te deseret sed ad perfectionem promouebit, si lumen fidei sequeris, eique conformiter vis viuere.

In vita Xauerii.

II. *Et adducunt ei surdum & mutum.* Mirum cur miser hic, sponte ad Christum non accesserit, à quo sciebat signa magna fieri, omnesque qui ab eo id petebant, sanari. Theophylactus eum respondet obsessum fuisse à diabolo, qui Christum non quærit, sed fugit. Similes ei hodie multi sunt, qui in angustijs suis nihil cogitant minus quam Deum, auocat enim eos ab illo diabolus, vt in miserijs detineantur. Aliqui ad humana se auxilia conuertunt medicorum, vsuræ, fauoris humani, &c. Asam imitantes, qui in morbo medicis magis, quam Deo fidebat. Aliqui etiam Deum blasphemant, quasi ab eo iniuriam patiantur, illos imitati, quos, apud Sanctum Ioannem in Apocalypsi, Deus punit. Sunt hi diabolo, & damnatis similes, qui in æternum aliud non agunt, quam vt Deum blasphement sine vtilitate sua, & cōmodo. Qui tales ad Deum adducit, opus facit magnæ charitatis,

2. Par. 16. 7.

Apoc. 16. 21.

ritatis, Deoque gratissimum, quem dona talia exhilarant, magis quam orbis vniuersi. Venit semel Christus, fatigatus ad puteum circa horam prandij ieiunus, & esuriens accedente tamen muliere peccatrice Samaritana, quæ audiebat verbum eius, ita reficiebatur; vt nec de fatigatione, nec de fame cogitaret. Videbatur mensam accessisse instructam, & qualis solet famelico esse grata. Ratio vero huius est, quia mundus vniuersus nihil habet anima pretiosius, quam tanti æstimat Deus vt propter illam cœlum, terram, & quæ his includuntur, omnia creauerit, ac vnigenitum suum miserit, qui per triginta tres annos, maximo labore eam perditam requireret, ac proprio sanguine, & morte redimeret. Si ergo talem lucratus, Christo adduxeris, non erit minor laboris tui merces, quam sit animæ dignitas, quam ei offers. Si gemmam haberes, tanti valoris quanti sit regio integra, eamque regi dares admodum liberali, qui nollet à tua liberalitate vinci, quam putas mercedem ille retribueret? Christus autẽ multo retribuet maiorem, ideoque laboris te non tædeat. Porro inter venientes ad Christum magna est differentia. *Primo*, veniunt quidam, simul ac vocantur, sicuti Bartimæus cæcus, statim surrexit & ad Christum accurrit, cum ei diceretur *animæquior esto vocat enim te. Secundo*. Quidam compelli debent, vt in parabola de cœna significat Christus, hi vel pertinaciter nimis suis sententijs inhærent, vel vitijs suis nimis profunde indormiunt, vt vi educi debeant, & ad aliud vitæ genus traduci: quod cum gustare incipiunt, frequenter placet & in eo permanent, sicuti pueros quos tam diu ad discendum compellimus, donec res ipsa, & scientiæ iucunditas eis placere incipiat. Fecit hoc Romæ, cum Iudæis Gregorius 13. quos sabbathis omnibus cogebat ad concionem Rabbini cuiusdam conuersi, qui dicebatur Andreas, eratque in superstitionibus eorum versatissimus, & ex Rabbinis Christo antiquioribus Christianam fidem confirmabat. Cuius concionibus eorum plurimi ad Christum conuertebantur, erat enim medium hoc adeo efficax, vt obdurati illi grauiter quererentur, se iam inde ab Abrahæ temporibus, tantam persecutionem non sensisse. Eodem modo multi

[Margin notes: *Ioan. 4. 6.* — *Simile.* — Differentia venientiũ ad Christũ. — *Marc. 10. 46.* — 1. Quidam veniunt. — 2. Compelluntur. — *Luc. 14. 23.*]

hæretici conuerterentur, qui non ex malitia, sed ignorantia errant, si loco librorum hæreticorum, Catholicos legerent, & solidos authores, conciones audirent, & cum doctis conuersarentur, &c. Deprehenderent enim hæretica dogmata, commenta esse noua, ab hominibus sui cerebri inuenta, & concupiscentijs eorum aptata, quæ doctoribus antiquioris Ecclesiæ nunquam fuerint cognita, & ad salutem etiam nunc sint inutilia. Hæc qui videt, clare incipiet gustũ sentire Catholicæ fidei, nec ab ea diuelletur. *Tertio*, Quidam

3. Portatur. ad Christum portantur; vti paralyticus ille in lecto: hi infirmos significant, quorum defectus supportare debemus,

Matth. 9. 2. Gal. 6. 2. Prouer. 15. 1. iuxta illud Apostoli *Alter alterius onera portate & sic adimplebitis legem Christi*: illudque Salomonis: *Responsio mollis frangit iram*, nam, qui inimico bene facit, carbones super caput eius congregat: immutat enim eum ex inimico in charissimum amicum, vincens in bono malum. sic maritum suum durum, Patricium conuertit S. Monica, patienter ferendo eius duritiem, tanta enim humilis patientiæ energia est,

4. ducitur. vt malos quoque ad virtutis studium adducat. *Quarto*, Quidam ad Christum ducuntur monitionibus, doctrina, exemplis alijsque id generis spiritualibus & corporalibus auxilijs, & modo ducem habeant libentes sequuntur, sicut in prælijs præeuntem Capitaneum milites. Beatissimi sunt qui præcedunt, aliosque ad Christum ducunt. quemadmodum enim laudatur præmiatur & coronatur Dux ob victoriam per milites partam: sic qui alios ad virtutem ducit, eosque docet, contra aduersarios diabolum, mundum, & carnem fortiter decertare, à Christo victoriæ huius coronam feret. Quod si eo peruenire non possis, vt multos præcedas, saltem sequere optimos, nec impossibile putes, imitari quod ab alijs vides fieri. neque enim denegabitur tibi gratia, proximis à Deo concessa: & dum vnum sequeris, alium voca qui te sequatur

Apoc. 22. 17. iuxta illud Ioannis, *qui audit dicat veni*: id est, si à Deo quis ad vitam bonam vocetur, nec solus veniat, nec vacuus, sed alium quoque, ad idem vitæ genus adducat.

Homo hic qui ad Christum adducitur, mutus erat, & surdus;

ſurdus, quæ duo maximi ſane defectus ſunt. altero enim impediris ne proximo loqui, altero ne eundem intelligere poſſis, interim nec ſemper inutile eſt mutum eſſe, vel ſurdum. nempe cum mali quicquam dicitur, vt detractio, hæreſis, blaſphemia, &c. Sic ſpiritualiter bene ſurdi ſunt, de quibus Dauid *Ego autem tanquam homo non audiens & ſicut mutus non aperiens os ſuum.* Tales ſunt *Primo*, qui præ manſuetudine negligunt, quicquid in eos dicitur mali, exiſtimantes, ſe & maiora meritos, & talibus peiores futuros, ſi non à miſericordia Dei cuſtodirentur. quod Dauid fecit cum malediceret ei Semei, & Iob cum malediceret ei vxor cum amicis, ac Chriſtus præcipue, qui inter maledicta omnia videbatur, nihil audire. *Secundo.* Qui animum ita habent in cœlos eleuatum, vt ad ea quæ de ipſis dicuntur non aduertant. Atque hi quoque muti ſunt, quia iuxta rectæ rationis, & diuinæ voluntatis præſcriptum, linguam ſuam moderantur, Deumque animo deprecantur. Sic Chriſtus tanquam innocens in omnibus cruciatibus ſuis, non aperuit os ſuum, ſed vt per Dauidem prædixerat: *Principes ſedebant, & aduerſum me loquebantur, ſeruus autem tuus* (id eſt ego) *exercebatur in iuſtificationibus ſuis. & Ipſi detrahebant mihi, ego autem orabam. Tradebat namque*, (vt Græcus B. Petri textus) *iudicanti ſeiuſte.* Patri nempe ſuo cœleſti. Magnæ perfectionis qui hoc modo & ſurdus eſt & mutus, vti enim gentilis quidam cecinit:

quando nō ſit ſurditas inutilis?

Pſal. 37. 14.

Surdi boni. 1.

1. Reg. 16. 7. 8.

Iob. 2. 9. & ſeq.

Iſaia 53. 7.

2.

Pſal. 118. 23.

Pſal. 108. 4.

1. Pet. 2. 23.

Proximus ille Deo qui ſcit ratione tacere, — *Cato.*

Hos mutos & ſurdos facit Deus. Verum alij ſunt quos Diabolus ſurdos facit, quibus aures claudit, & cor ne boni quid admittant, os obturat ne vitia ſua aperiant, & remedium quærant. Noxius morbus eſt, qui ex obſtructione naſcitur. Diabolus omnia obſtruit. *Primo*, aures ne boni quid audias, quo animus emolliatur. *Duæ ſunt cauſſæ* quæ hominibus impediunt auditum. nempe, vel quia auditu carent, vel quia pro tunc aliquo laborant impedimento: vt ſi aures obturent, nimium à loquente abſint,

Surdi mali.

Diabolus quomodo ſurdos reddat.

absint, sensus alijs negotijs occupent, ideoque non attendant. Vtraque rationum harum in animo locum habet. multi enim sunt qui auditu carent, habentes *conscientiam cauteriatam*, quæ non sentit ex peccandi inolita consuetudine, aut libidine, quæ animum putrefacit, sicuti corporalem auditum putrefaciunt noxij humores, ac perdunt: hinc de tali dixit Salomon: *Verbum sapiens audiuit luxuriosus, & displicebit illi & proijciet illud post dorsum suum.* vel perditur auditus nimio strepitu, id est, superbia, quæ veritatis notitiam impedit sic Iudæis ait Christus: *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis & gloriam quæ à solo Deo est non quæritis?* Alij auditum quidem non perdiderunt, non audiunt tamen: vel quia ad conciones non accedunt, vel quia temporalibus curis nimium intendunt, vel quia verbum Dei parui æstimant, & non vt verbum Dei, sed vt verbum hominum. Auribus porro sic clausis, cor quoque obstruitur, cum nihil accedit boni, quo aperiatur, & amore vel timore conteratur, ac vero dolore emollescat. Si iuuari velis, audi verbum Dei quia virtus Dei est, & magnam vim habet, sicuti enim muri lapidei Iericho, ceciderunt Sacerdotibus tuba clangentibus, ita potest Dei verbum concupiscentias tuas prosternere.

1.Tim. 4.2. *Eccl. 21.18.* *Ioan. 5. 44.* *Simile.* *Iosue 6. 20.*

Filios Israel ait Salomon *neque herbarum vis, neque malagma, sed diuinus sermo sanauit.* Quem si spernis, non in grauia solum crimina, sed in infidelitatem quoque cades, & hæresin. sicuti Israelitæ idololatræ facti sunt, quando inaures suas obtulerunt, ad conflandum vitulum quem adorabant. verbum Dei pretiosissima inauris est; ac proin noli illud negligere, sed honora vt in fidei veritate conseruet te. Malignos Dauid aspidi comparat, quæ cum incantatorem sentit, aures obturat, alteram superponens terræ, alteri caudam inserens, ne voces audiat incantantis. Verbum Dei incantat auditores suos, vt in Magdalena, Zacheo, & Publicanis multis patet, noli ergo aures occludere, sed audi quid loquatur, extra te Deus per Concionatores suos; & in te per inspirationes.

Sap. 16. 12. *Exod. 32. 3.* *Simile.* *Psal. 57. 5.*

Muti mali. *Secundo* claudit diabolus os, vt aliqua siue ad tuam siue ad proxi-

proximi salutem necessaria impediat. *Primo* impedit te ab oratione, quia virtutem nouit orationis, est enim instrumentum ad omnia à Deo obtinenda vtile. Non vult vt tu audias Deum, ideoque occludit aures: similiter nec vult vt Deus audiat te, ideoque occludit os. Si Deum inuocares, exaudiret ille te, & diabolum fugaret. *Secundo*, impedit à peccatorum confessione; & malorum per os eiectione, si enim à sarcina illa releuatus esses, releuateris simul ab ipso, eiusque tyrannide. Scripsit ante 400. annos Cæsarius: quod, Christianis Ierosolyma euntibus, grauis exorta sit tempestas, quæ omnes metu concutiebat. Erat tunc in naui vnus multis, & grauibus peccatis pollutus, qui aduertens propter se tempestatem excitatam, conuocatis omnibus coram eis peccata sua exposuit, & statim tempestas cessauit. Fecit autem tunc Deus hoc miraculum: quamdiu in mari erant, habebant præsentem omnium peccatorum memoriam: statim vero cum terram attigissent; nullius recordabantur. Neque hoc eo dico quasi omnibus debeas peccata confiteri; sed vt Sacerdoti, Dei Vicario confitearis; & tum ab eis, tum à malis omnibus, quibus propter illa affligeris, libereris. *Tertio* impedit ne veritatem dicas, fidem profitearis, tentationes aperias, verbum Dei annuncies, peccantes arguas, malos detegas & quicquid officij tui demum fuerit: idque timore indignationis, ignominiæ, damni, aut alia ratione illicita. timor iste nerui instar linguam ligat ne perfecte loquatur. Munera faciunt vt iudex *quasi mutus in ore suo auertat correptiones*. Est aliquando, vbi siccitas linguam impedit, à perfecta verborum pronuntiatione, id est exiguus amor Dei, vel proximi. Communiter muti simul quoque sunt surdi. qui enim cum Deo non loquitur, per orationem, & peccatorum confessionem, Deum quoque non audit, loquere prior, & respondebit tibi. Neque vero claudit diabolus peccatorum aures duntaxat, ne quid boni audiant; & cor, ne pœniteant; & os, ne confiteantur peccata sua: sed crumenam quoque, ne faciant restitutiones bonorum iniustorum; & ostium, ne concubina, aut aliæ peccandi occasiones eiiciantur. Multi enim sunt,

Eccl. 20. 31.

Cur iidem surdi qui muti?

Alia peccatorum impedimenta

sunt, qui verbo diuino compuncti de peccatis dolent, ea cõfitentur, sed cum post confessionem venitur ad rem, vt exequantur quod in confessione proposuerant, suggerit diabolus difficultates in aperienda crumena, pro restitutionibus, aut ostio aperiendo pro eiectione omnium malorum occasionum. Disce hic diaboli astutiam, & Deum ora, vt aperiat tibi ad honorem sui nominis aures, os, cor, & omnia tua: vt neque in te neque in tuis resideat aliquid, tibi noxium, ipsi inimicum.

III. *Et deprecabantur eum vt imponat illi manum.* Non sufficit peccatorem ad Christum adduxisse, & sic laborasse pro eius cõuersione, sed Christum ardenter orare debes, & excitare, vt manus ei dignetur imponere. sine ipso enim, inutilis est omnis labor tuus. Duas in scriptura inuenimus Dei manus, misericordiam scilicet, & iustitiam. de quibus Dauid *Misericordiam*, ait, *& iudicium*, id est, iustitiam, *cantabo tibi Domine*. De iustitiæ manu dixit Iob: *Misereminì mei, misereminì mei, saltem vos amici mei quia manus Domini tetigit me*: & *Manum tuam longe fac à me*: Similiter Dauid *inueniatur*, ait, *manus tua omnibus inimicis tuis*. Atque de hac, non loquitur præsens Euangelium, neque enim optanda, aut petenda est. Nam si Iobum ita tetigerit, vt eum bonis, liberis, sanitate corporis spoliaret; cum tamen non esset *ei similis in terra*, quanta erit & quam intoleranda inimicis Dei in quos pleno impetu exeretur? *Qui ceciderit* (ait Christus) *super lapidem istum confringetur, super quem autem cadet conteret eum.*

Manus Dei quid?

Psal. 100. 1.

Iob. 19. 21.

Iob. 13. 21.

Psal. 20. 9.

Iob. 1.

Matt. 21. 44.

Psal. 143. 7. De manu misericordiæ dixit Dauid: *Mitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis.* Atque pro hac, homines hi deprecantur, & nos omnes deprecari debemus. Quod si tetigerit te aliquando læua Dei manus, suppone eam cum Sponsa capiti, dicens, *Laua eius sub capite meo & dextera illius amplexabitur me*: id est, si aduersitate tangeris, noli deijci, sed erigere, vt Deo alacrior seruias. Præstat vt dextera te amplexetur, ac superior sit, quia in prosperis timere debemus, ne forte cum diuite illo audiamus: postea, *recepisti bona in vita tua, ideo nunc cruciaris.* Literaliter autem petebant homines,

Cant. 2. 6.

Luc. 16. 25.

vt

vt Christus manum corpoream muto huic, & surdo imponeret, quam experientia didicerant, esse morborum omniũ sanatricem, sicut & omnia Christi, idque quia *inhabitabat* ea *Diuinitas*, vt Apostolus loquitur, *corporaliter*. neque vero sanitatem tantum corporis, sed gratiam quoque manus dabat; sicuti paruulis, qui adducebantur ad eum, quos amplexus benedicebat, eisque manus imponebat. *Coloss.2.9.* *Matt.19.13.*

Hæc manuum impositio præstabat duo: *Primo* gratiam, dat vel sanitatem per efficaciam Diuinitatis; vt in similibus animi, vel corporis morbis discas & tu, sacratissimum hoc corpus contingere, & in Eucharistia frequenter suscipere. Interiores enim animi morbos, id est passiones, sanabit, vitia deponet, corporis morbos, si saluti expediat, sanabit, aut saltem, gratiam conferet, vt illos patienter feras: sicque gloriæ incrementum merearis. *Secundo*. Pacem significat, & vnionem cum Christo, sicuti & nos, in amicitiæ symbolum, alteri manum porrigimus: vel eum amplexamur. sic, in Ecclesia, reliquit nobis ad hoc significandum, cæremoniam impositionis manuum. Nam in Sacramento Confessionis, vt significetur confitentem Deo reconciliari, manum eius capiti, iuxta antiquam Ecclesiæ consuetudinem, Confessarius imponit. Similiter in Sacramento Confirmationis & Ordinis Episcopus facit, ex Apostolica traditione, vt confirmatos, & ordinatos significet aliquid à CHRISTO accipere & corpori eius perfectius vniri, tanquam Christianos perfectos, per septem Spiritus Sancti dona, vel tanquam Christi ministros, & Vicarios in Sacramentorum dispensatione.

Manuum impositio quid causet — **quid significet?** — *Conc.4.Carthag.c.78. & 80.* — *Act.8.17. 1.Tim.4. 2.Tim.1.*

IV.

Et apprehendens eum de turba seorsum. Gratum sibi ostendit Christus hominum istorum opus, & orationem, ea enim est ipsius benignitas, vt non tantum orationes audiat, quas fundis pro te ipso, sed & quas pro alio, si instar hominum horum, ex vero proximi amore, id facias, & misericordia. Frequentius itaque pro alijs ora, eis præsertim qui te contingunt, vt pro marito, liberis, parentibus, Superioribus, subditis, ciuibus, &cæt. Similiter aliorum orationes postula, præsertim piorum, & Sanctorum qui nunc

Christo

Christo perfecta charitate, & communione in cœlis iunguntur, & ab eo omnia impetrant. *Nota.* Plus facere Christum quam rogatus fuerit. rogarant illi, vt manum imponeret ipse vero manu eum apprehendit, educit de turba, digitum immittit auribus eius, exspuit, sputo tangit linguam, suspicit in cœlum, ingemiscit, &cæt. Semper Deus plura dat quam petas, & vincit liberalitate orationes petentium. Rogabat Dauid conseruari se in persecutionibus, addidit ei Deus longam vitam. paucos pisces volebat Sanctus Petrus, dedit ei CHRISTVS duas naues plenas, & piscatorem eum constituit hominum. Libenter ora *multum* enim *valet deprecatio iusti assidua* apud misericordem DEVM.

Liberalitas Dei.
Psal. 20. 5.
Luc. 5. 5. & seq.
Iacob. 5. 16.

Primum quod misero huic præstitit Christus, est, quod apprehensum duxerit è turba; sicuti Angelus Loth, quem monuerat fugere de Sodomis, videns enim quod tardaret, apprehendit eum, & coegit exire. Inuiti turbam deserimus, necessaria est virtus Dei, vt nos trahat, *Nemo,* ait Christus, *venit ad me nisi Pater meus traxerit eum* siue per afflictiones, *vexatio* enim *dat intellectum* sicuti S. Paulo contigit: siue per gratię copiam, quæ cordis duritiem emolliat. Si aures tibi à Christo aperiri vis, vt audias, Deique voces intelligas, desere turbam id est. *Primo.* Vita omnes peccandi occasiones, *occasio enim facit furem.* Silicibus similes sumus, in quibus non videtur contineri ignis, sed si chalybem adhibeas, exiliunt scintillæ, quæ etiam ciuitatem totam perderent: sic latent in nobis interni, & occulti defectus, qui data occasione se exerunt, & nos in peccata inducunt.

Beneficia surdo præstita.
Gen. 19. 16.
Ioann. 6. 44.
Isai. 28. 19.
Act. 9. 4.
Exire è turba quid.?
1.

Qui superbo communicauerit, ait Sapiens, *induet superbiam*, qui auaro, auaritiam, qui impudico, luxuriam; qui ebrio, ebrietatem. Vide quanto studio, pestem homines morbosque vitant contagiosos, non solum domos eorum declinant, sed neque in domum suam admittunt quicquid eos vllo modo contigerit, vestem, lectum, libros, &c. siue illis exteri, siue familiares, & cognati imo parentes, sorores, fratres vsi fuerint. Similiter ergo mala consortia declines, ac hæreticorum præcipuè; *quorum sermo vt cancer serpit*, & quæ alterius

Eccl. 13. 1.
2. Tim. 2.

alterius sexus sunt, per quas Salomon misere deceptus est. Noli te multis iustis putare fortiorem, quibus tamen occasio ruina fuit. Narrat de Alipio Augustinus quod ab amicis vocatus ad ludos, quos tamen oderat, consenserit accedere, firmato prius proposito, vt oculos clauderet. quod cum faceret, magnum audiuit populi clamorem, occasione alicuius quod fiebat, aperuit oculos, spectaculum placuit, & vanior redijt quam fuerat. Occasio ruinam facit, fuge eam; si peccata vis fugere. *Secundo* exi ex communi hominum vita, quæ certe periculosa est. Capitaneum Regis Israel turba oppressit, & occidit. Sollicitudines sæculi obruunt hominem, ne possit caput ad cœlos erigere, & Dei vocem audire. Plateam hic habitamus fabris ahenarijs plenam, vbi strepitus auditum impedit. Ideoque quoties Deus amicis suis beneficium aliquod præstare, aut gratiam vult conferre, seuocat eos vt Abrahamum è patria, Moysen ex Ægypto, S. Ioannem Baptistam in desertum. hinc per Prophetam dixit *ducam eam in solitudinem & loquar ei ad cor*. Hæc caussa est, cur ad Cœnobia confugiant multi, vt loquentem in se Deum clarius audiant. Viam ingredere angustam, quæ peditum est ac mundior & secretior, lata enim equis, & bobus patet, plena luti, sordium, & tumultus. *Tertio* egredere è turba distractionum tuarum, ad cor: vt secreto cum Deo, per meditationes loquaris. Vocatus est ad montem Moyses, & bis cum Deo locutus est quadraginta dies. In monte viderunt transfiguratum Dominum Petrus, Iacobus, Ioannes; & Patris vocem audierunt. Leua frequentius animum in cœlos, exclusa omni vanitate. Cogita *Primo* quid à Deo acceperis. *Secundo* quantum ad eius obsequium obligeris. *Tertio* quantum præstare potueris. *Quarto* quam parum præstiteris. *Quinto* quid dicturus tibi in morte Deus. *Sexto* vtrum mori velles in statu isto, in quo iam es. *Septimo* quod vitæ genus, in agone optabis à te seruatum. *Octauo* quid commodi dederint huc vsque temporales voluptates. *Nono*. Quanta sit æternitas. *Decimo*. Quam suaue sit, & facile Dei iugum. Demum cogita Deum tribus modis homines à turba separare. *Primo* spiritu; dum eos præeligit ad vitam: vnde de seipso Apo-

Lib. 8. Cōfess. cap. 10.

2.

4. Reg. 7. 17.

Oseæ 2. 14.

3.

Exod. 24. & 34.

Matth. 14.

Quid in meditatione cogitandum.

Quot modis homo separetur à turba.

Galat. 1. 15. Apostolus. *Cum placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ.* atque hic modus prædestinatis proprius est, qui & ab eo *Electi* dicuntur. *Secundo* corpore; dum bonos adiungit bonis in Cœnobijs, ciuitatibus Catholicis, ac pijs cõgregationibus, vt Deo cum sui similibus commodius seruiant. *Tertio.* In extremo iudicio, cum fiet perpetua bonorum à malis seiunctio. Ora Deum, vt vnus sis ex electis, ac adiungi possis bono consortio, ac tandem cum sanctis te segreget à reprobis, & in æternam gloriam vocet.

V. *Misit digitos suos in auriculas eius.* In veteri Testamento Deus, nec digito vtebatur, nec manu; sed verbo faciebat omnia: postquam vero incarnatus est, voluit corpore suo miracula facere, vt nos incarnationis mysterium doceret, quo Deus homo factus, ita Diuinitati humanitatem iunxit in vna persona, vt attributa Diuinitatis homini; & humanitatis similiter Deo conueniant. sic & credimus, & dicimus hominem Christum esse æternum, creasse cœlos, ac terram, eaque Maiestatis suæ numine implere, ac vbique esse &c. Item, Deum iacuisse in præsepio, flagellatum esse, & coronatum, baiulasse crucem, eique affixum, mortuum, sepultum, & ad inferos descendisse, &c. Quam quidem fidem, vtpote saluti nostræ necessariam, iam inde, à primo prædicationis suæ initio, Christus semper insinuauit, etiam adhuc duodennis, cũ matri responderet. *Nesciebatis, quia in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* & cum in nuptijs primum fecit miraculum, matri respondit, *Quid mihi & tibi mulier?* quasi dixisset, notum est omnibus quod tu mater mea sis, & ego sim verus homo: sed & hoc hominibus notum oportet, alium mihi à Iosepho patrem esse, Deum scilicet, virtutemque miraculorum non à te, mihi datam, à qua non nisi carnis accepi infirmitates; sed à Patre cœlesti, qui me secundum Diuinitatem genuit. Hac ergo ex caussa, homines sanandos tangit, vt ostendat inhabitare in corpore suo Diuinitatem, à qua virtus sanandi procedebat: nosque corpus illud omni honore prosequamur, quod, sub panis & vini specie, nobis in Eucharistia reliquit. Inserens porro hic digitos auriculis, verum se ostendit medicum, qui sanationis nostræ caussa, ex cœlo sit

Marginal notes: Incarnatio quid. — Luc. 2. 49. — Ioan. 2. 4.

lo sit missus, ideoque nihil erubescit, coram vili homine, vilia hæc opera; vt sunt sordidis auribus digitos inserere, sputo digitis imposito linguam tangere, vel exspuere in terram, & lutum conficere quod alias cæco fecit. Disce hic amorem Christi, & humilitatem; neque erubescas seruire illi, qui non erubuit tui causa tantam vilitatem. Erubescis tu, pro ipso bonum, quod nec sordidum est, nec rubore dignum, sed honestum, ac laudabile, vt sunt ieiunia, orationes, infirmorum visitationes, peccatorum confessiones, frequentatio Eucharistiæ, etiam tempore morbi, in proprijs ædibus quasi nec videri quidem bonus cupias, ad declinandam superbiam; cum interim vere erubescas, Deo vocari deuotus. erubescas potius de rubore isto, & Christi verba cogites, *qui me erubuerit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in Maiestate sua.* Ora vt digito suo, id est, donis Spiritus sancti; te Christus tangat idque efficaciter; quemadmodum in præsenti hunc surdum tetigit. Multos quidem sufficienter tangit, per inspirationes, & auxilij oblationem; verum efficaciter eos tangit, quorum per gratiam corda emollit. Pete hanc tibi, & tuis & aliorum piorum precibus; vt simul surdo hoc, aperiantur aures tuæ.

[Margin: Ioan. 9. — Luc. 9. 26. — Duplex tactus Dei.]

VI. *Et exspuens, tetigit linguam eius.* Vt sanet linguam, accipit hic Christus sputum, quod significat. *Primo* sapientiam Diuinam, quæ vt Scriptura loquitur *ex ore Altissimi prodiuit.* Docet ergo Christus, tunc sanatam fore linguam, vt bene loquaris, cum sermones tuos, in iudicio, & sapienter disponis, cauens ab omni peccato linguæ, mendacio, iuramento, rixa, murmure, conuitio, detractione, præcipitantia, & impatientia, vociferatione, iactantia, irrisione, garrulitate; indiscretione, alieni sermonis turbatione, &c. Lingua corporis membrum est, quod rationi non minus, & voluntati obedire debet, quam manus, & pes.

[Margin: Sputum quid. — Eccli. 24. 5.]

Quædam membrorum sunt à voluntatis imperio exempta, vt stomachus, & viscera, quæ cibum digerunt, & toti corpori distribuunt, voluntate nihil agente. quædam etsi voluntati subsint, præueniunt

[Margin: Quotuplicia hominis membra.]

tamen eam frequentius, vt phantasia, quæ varias parit cogitationes, anteuertentes voluntatem, quæ propterea peccata non sunt, quamdiu consensus voluntatis deest. verum lingua, & alia membra exteriora, quæ voluntati per omnia subsunt, à voluntate mouentur, ideoque quicquid ab eis fit illicitum, peccatum est. *Secundo* gustum significat rerum Diuinarum. Multi sunt qui sublimia, & diuina sciunt; sed gustum non habent. sciunt perfectionem vitæ in mundi positam abnegatione, placent tamen eis mundana, imitantur enim medicos illos, qui, etsi sciant intemperantiam cibi, ac potus valetudinem lædere, ac vitam præscindere, quotidie tamen ebrij sunt. Concedit hunc gustum Deus simplicibus, propterea que cum ei Christus gratias agit *Confiteor,* ait, *tibi Domine Pater, Rex cœli & terræ; quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus: & reuelasti ea paruulis.* Apostolus similiter *non multi*, ait, *nobiles non multi sapientes, non multi prudentes: sed contemtibilia mundi elegit Deus, &c.* Et cum Augustinus vitam audiret sancti Antonij, qui idiota fuit & indoctus, exclamans præ animi commotione. *Surgunt*, ait, *indocti, & rapiunt cœlum, & nos cum doctrinis nostris, sine corde ecce vbi volutamur in carne & sanguine! An quia præcesserunt, pudet sequi? & non pudet nec saltem sequi?* Roget hic quis, cur prudentibus his gustus ille desit? Caussam respondeo, quia rebus alijs distenduntur, ideoque quemadmodum eis qui cibo infarti sunt, nihil iam amplius sapit, quantumuis opiparum: sic qui honore, diuitijs, & voluptate pascitur, gustum non habet spiritualium. etsi omnem carnis voluptatem suauitate multum vincant, imo propterea sentiunt minus, quia terrena hæc non distendunt solum, sed & inficiunt animæ gustum, ac corrumpunt. non aliter quam biliosi humores palatum inficiunt, ac gustum impediunt. ideoque sicut lippis molesti sunt solis radij, & *manna*, etsi omne haberet delectamentum, Iudæis tamen nauseæ fuit, optantibus præ illo, porrum & cæpas, & allium: sic terreno cordi, ac carnali homini cœlestia non placent, & spiritualia. *Tertio* Gregorius per sputum, suauitatem intelligit contem-

Matt. 11. 25. *1. Cor. 1. 26.* *Li. 8. Cōf. c. 8.* *Sap. 16. 20. 21.* *Num. 11. 9.* *Lib. 8. Mora. cap. 21.*

contemplationis, quam initio conuersationis, & postea hominibus Deus exhibet. Manet hoc sputum in ore, nec ad stomachum dimittitur, aut ventrem; etsi optarit Iob glutire illud, hic enim tantum delibamus suauitatem, in futuro autem seculo ea implebimur. inebriati *ab vbertate domus* Dei. Iubemur hic comedere librum, ori quidem dulcem, sed qui facit amaricari ventrem, id est, legem Dei auditu suauem, sed impletu difficilem. *Quarto.* Sputum quia humor est superfluus, non pertinens ad integritatem naturæ Christi, & tamen sanctitatem à corpore Christi habuit, nihil significat tam vile, modo sanctum sit, quo contra Diabolum non iuuemur. hinc non reliquiæ tantum, & Sanctorum ossa, quæ Spiritus sanctus inhabitauit, aut vestes, vt Apostoli sudaria; sed & quod in eis vilissimum est, vt vmbra sancti Petri virtutem habet. Testatur Augustinus flores, sancti Stephani reliquijs admotos, & oculis mulieris cæcæ superpositos, ei visum restituisse. similiter alios flores, qui altari eiusdem S. fuerant impositi, ac ceruicali cuiusdam peruicacissimi Gentilis suppositi à genero eius, peruicaciam eius edomuisse, hominemque ad baptismi desiderium inflammasse. Scripsit ante annos mille Gregorius Turonensis, Catholicos sui, & superioris temporis, solitos à sepulcris martyrum pulueres colligere; imo & moscum quo sepulcra obducebantur, atque his infirmos sanare. Pleni sunt his miraculis antiquorum Patrum libri. Contemtis ergo hæreticorum delirijs honora sancta.

Iob. 7.19. *Psal. 35.9.* *Apoc. 11.9.* *Act. 10.12.* *Act. 5.15.* *22. de ciuit.* *Lib. de glor. Cõf. c. 16. 44 53. 79. 102.*

Ex hac Christi cæremonia, ortam testatur Ambrosius, Ecclesiæ consuetudinem, vt baptizandi aures, & nares sputo illinantur, cum pronuntiatione eiusdem verbi *Ephpheta.* vt doceamur (addit idem, & post eum Rabanus Maurus) aperiri nobis in baptismo aures, ad vtiliter audiendum Dei verbum; similiter aperiri gustum, quo spiritualia, ac diuina percipiamus. Sputo tamen linguam non tangimus, quod hic fecit Christus, quia (vt idem S. prosequitur) non est eadem oris nostri, & Christi munditics; foretque indecorum ori fœminæ baptisandæ sputum nostrum horridum immittere. offerimus ergo eis sacratum salem, vt gustus significetur sapien-

Li. 1. de Sacr. cap. 1. *Lib. 1. de inst. Cler. c. 27*

tiæ, & quod deinceps non debeant vermibus peccatorum infici, sed vt Rabanus ante 800. annos exposuit manere incorrupti vt maiorem Dei gratiam percipiant. Rident hæc pro sua consuetudine hæretici, & nesciunt simul se ridere Christum, quorsum, aiunt, in baptismo sputum? nunquid sine illo peccata possunt remitti? Sed idem hic ex Christo quærant, an non potuerit sine sputo surdus sanari? Oportebat eos antiquam Ecclesiæ consuetudinem venerari, quæ iam ab annis 1300. Origenis tempore, Catechumenis salem dabat benedictum. quod idem in tertio Concilio Carthaginensi, cui sanctus Augustinus interfuit, decretum habemus. Serua hanc fidem, nec calumniantium te sannæ moueant.

Hom. 6. in Ezechiel. m. Canon. 5.

VII. *Et suspiciens in cœlum, ingemuit, & ait, ephpheta, quod est, adaperire.* Suspexit in cœlum Christus, & ingemuit, vt homo: sed *Ephpheta* dixit vt Deus, sanitatis author. suspexit in cœlum, vt nos doceret: *Primo*, linguæ, & auditus sanationem à Deo esse. Labora quantum vis, tamen virtute propria linguam non domabis, sed si eam domare omnino cupias, labora quidem, interim Diuinum quotidie auxilium implora. *Secundo*, Omnia opera nostra ad Dei honorem facienda, imò, priusquam ea inchoemus, præmittendam breuem orationem, per quam eadem illi offeramus. Ingemuit quoque. *Primo*, vt de alienis peccatis gemamus potius, & tristemur quam indignemur. *Secundo*, vt proprij peccati discamus, & sentiamus grauitatem. quanta sit peccatum sarcina, docet nos Dauid, cum infirmitates suas ait, *tanquam onus graue* grauatas super se. Mirum peccatores hanc grauitatem non sentire, nec sub ea gemere, cum tamen eadem sit apud iustos, & peccatorem. Rationem manifestabit exemplum naturale. Docent Philosophi, elementa non grauitare in loco naturali, & in vrinatoribus id patet. ferunt enim sub aquis, aquam omnem superiorem, & nihil sentiunt: cum tamen extra aquas, exiguum quid portare vix possint. Idem in peccatis fit, quorum naturalis locus praua voluntas est, in qua quamdiu permanes, peccati grauitatem non senti; sed si hanc deponas, statim grauatis. Bis Dauid, integros nouem menses, in peccato mortali fuit, post adulte-

Christus cur ingemuit.

Psal. 37. 5.

2. Reg. 11. & 14.

adulterium ſcilicet, & numeratum populum, nec peccati pondus ſenſit, prius quam à Nathan, & Gad Prophetis reprehenſus, ad Deum ſe conuerteret, per veram pœnitentiam: & tunc adeo grauatus fuit, vt quo ſe verteret neſciret. Vide ergo, vt in ſtatu gratiæ ſemper permaneas, & ſtatim peccati onus ſenties, gemes, ac pro exoneratione laborabis.

Nota. Duabus de cauſis Chriſtum his cæremonijs vſum. *Primo*, vt oſtenderet, quam ſit difficile, eum qui ſpiritualiter ſurdus eſt, & mutus, ſanare: oportet enim gemere, & in cœlum ſuſpicere. idem eſt de ſpiritualiter mortuo, & peccatorum conſuetudine ſepulto. ſic gemuit Chriſtus, fleuit, ſuſpexit in cœlum, rogauit Patrem, quando Lazarum iam ſepultum erat reſuſcitaturus. *Secundo* vt gemitu, ſuſpectione in cœlum, & tactu perficeret, quod muto, eiuſque adductoribus deerat, & Diſcipulos doceret, eadem facere, cum adducerentur eis homines imperfecti. debent enim orare pro eis, gemere, flere, eos monere, inſtruere, promouere ad bonum, & propellere, Ambroſium imitantes qui (vt Paulinus in vita eius narrat) audiens confeſſionem, amare flebat. tum vt confitentibus lacrymas excuteret, tum vt eiſdem Dei miſericordiam imploraret.

Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Verbum illud *Ephpheta*, & aliæ cæremoniæ ſurdum hunc, & mutum reſtituto vtriuſque organi vſu, perfecte ſanauit. vnde patet expreſſiſſe hic Chriſtum, figuram Sacramentorum N. Legis, in quibus reperitur. *Primo*, Materia ſenſibilis, & actiones, in Baptiſmo enim lauamus aqua, in Confirmatione linimus oleo, &c. ſicuti homini huic, Chriſtus digitos inſeruit in aures, & linguam ſputo tangebat. *Secundo*, Reperiuntur *verba*, quæ vt ait Auguſtinus, *accedunt ad elementum* (id eſt, materiam Sacramenti) *& fit ſacramentum.* ſicuti hic verbum *Ephpheta* auditum aperuit, & linguam ſoluit. *Tertio*, Sacramenta operatoria ſunt, operantur enim in anima, quod exterius repræſentant; corporalis lotio Baptiſmi, animam à peccatis lauat: vnctio in VIII.

Figura Sacrametorũ N. Legis.

Tract. 80. in Ioan.

Confirmatione, ac Extrema vnctione, animam vngit, & roborat. sicuti hic, aperiuntur aures, cum Christus digitos suos eis inserit, & lingua soluitur sputo tacta. *Quarto*. Perficiunt quod homini deest, vt iam de muto supra diximus. Oporteret ad Sacramenta accedere, cum perfecta peccatorum detestatione, & Dei amore. in vtroque frequenter deficimus. confitemur parum dolentes, & minus amantes magis timore gehennæ, aut quia conscientia inquieta est, aut præ turpitudine peccati, aut propter vrgens Ecclesiæ mandatum, aut simili ex caussa, quam quod doleamus offensam Dei, summi boni, creatoris, Saluatoris, & datoris omnium bonorum. quod ergo nobis deest, Sacramenta perficiunt, dant gratiam, infundunt charitatem, & ex attritis contritos reddunt, id est, faciunt vt qui ante habebamus dolorem imperfectum, charitate non informatum, qui dicitur attritio perfectum charitate dolorem accipiamus qui est contritio. Ex quo facile colligas, quam sit periculosum, post commissum mortale peccatum, non statim confiteri, & quanto sit periculosius, sine Sacramentis mori. etsi enim speres te contritum, hoc certum est, dolorem illum quo animæ ab inferno saluantur, sine confessione; & qui peccata remittit, peculiare esse Dei donum, paucis concessum, ideoque qui dolorem hunc non habet, nec bona opera facit, quibus vel primam gloriam vel eius augmentum mereatur, certo damnabitur, est enim inimicus Dei, & sub peccato mortali. Disce etiam, quantæ sit vtilitatis frequens confessio, & Sacramentorum vsus, si enim tantam conferant gratiam, vt ex inimico Dei amicum facere possint (quod omnibus Sacramentis commune est quæ peccata mortalia inculpatè oblita remittunt) quantam accipient gratiam, qui iam filij Dei sunt, cum ea suscipiunt, & quantum in gratia proficient, qui ea suscipiunt frequenter? Cogita hæc serio, secundum enim gratiæ magnitudinem, dabit tibi Christus plenitudinem gloriæ.

IX. *Et præcipit illis, ne cui dicerent.* Præceptum hoc non posuit eis Christus sub obligatione peccati, si præuaricarentur: sed vt

vt manifestaret humilitatem suam, quomodo mundi huius gloriam non quærat, simul nos docens, quomodo inanem gloriam, presertim de bono opere, fugiamus: vt electi eius, ait Gregorius, in magnis quæ faciunt latere quidem in voluntate habeant, sed vt prosint alijs produntur inuiti: quatenus & magnæ humilitatis sit quod sua opera taceri appetant: & magnæ vtilitatis sit, quod eorum opera taceri non possunt. Si ergo honorari vis, bonum fac, & honorem fuge; si enim honoris causa bonum facis, fœtet illud, nec honorem parit, sed ignominiam. honorem quære, sed apud Deum, ex profunda animi humilitate, illud sciens, quicquid præstiteris à Deo tibi datum, ad proximi vtilitatem, redditurumque te de eo rationem, nisi bene præstiteris. Ideoque tanto ait Chrysost. esse debes humilior, quanto plura acceperis dona, quia obligatior ad reddendam rationem, & amandum Deum. Docet hic Augustinus, Christum præcepto hoc nos inuitare, ad gratiarum actionem; si enim tacere non potuerint, quibus imperatum erat silentium, quanto minus tacere debemus nos, sed ex toto corde laudare, coram omnibus Deum quum Scriptura ad hoc nos inuitet?

1. Dial. c. 9. *Hom 38. ad populum Antioch.* *Lib. 4. de consensu Euang. c. 4.*

X. *Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis prædicabant, & tanto magis admirabantur, dicentes.* Opera Dei tam eximia sunt, vt silentio premi non possint, vnde Petrus, & Ioannes in Iudæorum concilio. *Non possumus, quæ vidimus, & audiuimus non loqui.* & Raphael Angelus Tobiæ. *Sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum est.* quin etiam, si ea sileres, opera tamen ipsa clamant. Iubebat sanato à se leproso Christus, ne cui diceret; idē iussit Iairo cuius duodennem filiam suscitarat à mortuis; imo duobus cæcis minatus est *videte ne quis sciat.* & tamen nemo vnus fuit qui tacuerit, erant enim miracula nimis euidentia, & ipsa loquebantur, rogati ergo quis ea præstitisset respondere debebant id quod res erat: imo vt Scriptura testatur diffamabant id per vniuersam regionem. Quod non refertur in eorū vituperium, quasi inobedientes fuerint, sed magis ad eorum gloriam. *Primo,* quia grati erant, & cum nihil aliud Christo qui nihil petebat, præstare possent, hoc præstiterunt quod potuerunt, id est,

Act. 4. 20. *Tob. 12. 7.* *Matt. 8. 4.* *Marc. 5. 43.* *Matth. 9. 30.*

laudem & gratiarum actionem. *Secundo*, quia videbantur mentem Christi bene assequi, quod nõ absolute prohiberet, sed ex humilitate, & charitate. Sicuti si officium aliquod tibi amicus offerat, quod gratum sit, dicis tamen non erit necessarium, ne facias, ego mihi nõ cupio, quæso parcas labori, &c. Christus accipiebat quidem honorem, nõ sui causa, sed quia ipsi honorantes per hoc merebantur, & quidem tanto plus, quanto ipse magis prohibebat. Quia tunc & plus, & maiori cum charitate præstabant. Habet & hunc finem ista prohibitio, vt nos doceat, si quis spiritu bene audiat, ac diuina gustet, per inspirationes & cordis suauitatem, vt secum illa cõseruet,
Isaia 24.16. nec propalam exponat, memor illius *Secretum meum mihi, secretum meum mihi.* Quicquid ergo alieni boni scis, de eo libens loquere: quod vero tibi Deus secreto largitur, gratias eidẽ de hoc secretus age, si vero aliquid publicum tibi cõferat, ita ipsi gratias age, vt tibi nihil, nisi confusio sit, ipsi gloria.

XI. *Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.* Si propterea Christus omnia bene fecit, quia duo hæc præstitit, cõsequens est, omne nostrum bonum, & salutem in duobus his esse. Si enim inspirationes Dei bene audis, eiusque voluntatem intelligis, cum quodam suauitatis gustu, ac simul auxilium eius imploras, ad magnam peruenies perfectionem, & gloriam in cœlis. Solet namque Christus, obsequentes sibi, & paratos perficere, ac post perfectionem, in cœlis maiori gloria coronare. Considera etiam, quare Deo debeatur laus; non solum quia prospera nobis concedit, sed quia omnia bene fecit, tam in aduersis, quam in prosperis. Sicuti enim ignis non nisi calefacit, & sol illuminat: sic Deus summè, & infinite bonus, non nisi bonum facit, & licet malum tibi videatur, bonum tamen est, si à Deo sit, à quo solum peccatum non est, quod extre-
Iob 1.21. mum malum est, non bonum. Lauda ergo cum B. Iob eum in
Psalm. 105.1. aduersis, sicuti in prosperis. confitere cum Dauide *quoniam*
Tr. de diligendo Deo. *bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.* S. Bernardus, quosdã ait Deum laudare, eius potentiam confiteri; & infernum timere: quosdam eum confiteri bonum sibi, qui accipiunt ab eo rerum prosperitatem: quosdam demum confiteri, eum bonum in seipso. Primos, dicit seruos, qui proprios timeant crucia-

cruciatus: ſecundos, mercenarios, qui mercedem velint: tertios, filios, qui parentem ament. Lauda tu Deum, & confitere, quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius.

ORATIO.

O Domine Ieſu Chriſte, cuius opera omnia bona; & qui cauſam quæris omnibus hominibus benè faciendi; quiq; in celebribus iſtis & flagitioſis emporijs, Tyro & Sidone, cognitionem ac lumen ſynceræ veritatis, hominibus offerre voluiſti; ſed cum ibidem hominum mentes ſummè à te auerſas vidiſti, inde in regionem Decapolitanam diuertiſti, in qua muto ac ſurdo tibi ab amicis præſentato, auditum, eloquiumq; reſtituiſti: ferimus ad te noſtras mutas ac ſurdas animas, quæ difficulter quidem ſe accommodare poſſunt, ad verbum tuum diuinũ audiendum, ad tuas ſanctas inſpirationes ſuſcipiendas, ad tuas bonas admonitiones credendas, ad bonum tuum conſilium ſequendum, ad ſuauitates tuas deguſtandas atq; ad te inuocandum in omnibus neceſſitatibus. Oramus te, impone illis manus, da illis dona Spiritus ſancti; coniunge nos tuo corpori diuino; aperi aures noſtras ad verbum tuum diuinum; claude illas ad vanitates huius mundi, ſolue linguas noſtras ad laudes tuas, & ad confeſſionem peccatorum noſtrorum; liga eas, ne detractiones & pernicioſa verba loquantur; da illis guſtum rerũ cœleſtium, & aufer ab illis guſtum rerum mundanarum: vt te ſolum petamus ac deſideremus, te quæramus; te inueniamus; te fruamur; & per tua Sacramenta (quæ ſæpius accipere cupimus) remiſſionẽ peccatorum, gratiam tuam, amorem tuum, auxilium deniq; tuum in omnibus noſtris neceſſitatibus acquiramus: & ad extremum apud te gloriam cœleſtem poſſideamus. Per te Ieſu Chriſte, qui cum Deo Patre, & Spiritu ſancto in æternum regnas.

Amen.

DOMI-

DOMINICA XII. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Luc. 10. 23.



N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi Prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis: & non audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans eum, & dicens; Magister quid faciendo, vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens, dixit; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut te ipsum. Dixitq; illi; Rectè respondisti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum; Et quis est meus proximus? Suscipiens autem IESVS dixit; Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Ierichο, & incidit in latrones; qui etiam despoliauerunt eum: & plagis impositis, abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem vt Sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præteriit. Similiter & Leuita cùm esset secus locum, & videret eum: pertransijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum; & videns eum: misericordia motus est. Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum; & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait,

ait; Curam illius habe; & quodcunque super erogaueris: ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.

Breuis Euangelij Exegesis.

POstquam Dominus 72. Discipulos misisset ad prædicationẽ Euangelij, illique eo expleto redissent, narrantes quid fecissent, exultauit in spiritu, Patri gratias agens, quod paruulis,& humilibus tantam dederit gratiam, quæ nõ tantum Ethnicis Philosophis, sed & Iudæorum Doctoribus, ac Scribis abscondita erat. Inde ad discipulos conuersus, eos, vt Græcus textus habet, sumpsit seorsum, & ostendit quod feliciores essent, non tantum gentilibus, quorum Philosophi Christum nec corpore norant, nec spiritu; & Scribis; qui eum corpore cognoscebant quidem, sicut canes,& feles, ac animalia bruta, sed non spiritu; cum non crederent eum esse verum Messiam, tot annis à Deo promissum, verum Deum, ac hominem, qui in hunc mundum venerit vt veritatem Euangelisaret, viamque salutis ostenderet, satisfacturus pro omnium peccatis,& gratiam daturus ad ea vitanda. Verum feliciores eos, omnibus Patriarchis, quãtumlibet hi Sancti, diuites,& potentes fuerint. Ideoque ait *Beati oculi qui vident quæ vos videtis* nempe eo modo quo vos,& eadẽ fide: multi enim Prophetæ, & Reges voluerunt hunc diem videre, vt me corporeis oculis adspicerent, & auribus

suis

ſuis Euangeliſantem audirent. Norant me quidem Ioan.8.56. ſecundum ſpiritum, nam Abraham vnus deſiderantium, *vidit* me ſpiritu, *& gauiſus eſt*. Verũ nec viderunt me, nec audierunt corporaliter, nec Sacramentorum N. Legis plenitudine fruiti ſunt, quæ ego Eccleſiæ tradam. Contigit dein Chriſto ſerente, ac populum ex more docẽte aſſidentium doctorũ vnum, ſurrexiſſe. Qui accepta ex Chriſti doctrinis occaſione, quæſtionẽ mouit, non diſcendi, ſed tentãdi gratia: experimentũ ſcil. facturus, vtrũ Chriſtus diſſormiter Scripturæ reſponderet. quærit ergo quid faciendo vitã æternã poſſidebo; Putabat autẽ, Chriſtũ noui aliquid, veteri legi diſſorme reſponſurum, vt occaſionẽ haberent eum reprehendendi. Sed fraudem præſenſit Chriſtus, ideo eum ad Scripturam relegat, tacite eum reprehendens, ac dolum ſibi manifeſtum oſtendens. Reſpondet: in lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? quaſi dicat, noli me Scripturis putare contrarium, ſed mirum hanc à te quæſtionẽ proponi, ſi enim Doctor es legis, eius reſolutionem tibi notã oportet, ac proin videris tentare me, illa rogans, quę ex profeſſione tua tibi notiſſima eſſe debent. Ille vero nolẽs videri indoctus, quaſi ex ignorantia rogaſſet: (ſuperbi enim, ac ei præſertim qui ſe ſapientes profitentur, indocti haberi nolunt) duo allegat ex diuerſo loco mandata legis, alterum ex Deut. 6. 5. Deuteronomio. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitu-* Leuit. 19. 18. & 34. *dine tua*. ex Leutico alterum. *Diliges proximũ tuum ſicut te ipſum*, hæc enim præſtantiſſima erant legis Luc. 10. 28. veteris mandatata, fatẽtibus id ipſum Scribis Chriſtus reſponſionem approbans, *recte*, ait, *reſpondiſti*, *hoc*

hoc fac, & viues. Id est, ad vitam æternam, de qua initio quærebas, peruenies. neque enim satis est viam nosse, sed & facere oportet. ille audiens commendari se, ac vlteriorem adhuc doctrinæ suæ commendationem sperans, voluit se non doctum, dunmetaxat sed & pium ostēdere, qui quotidie in lege meditetur, quærens plenā eius intelligētiam, & impletionem. quærit ergo *& quis est meus proximus?* quasi dicat, quæstio est inter doctos, quis sit ille proximus, quem sicut nos ipsos iubemur diligere. quidam solos ponunt amicos, quidam pios, quidā Iudæos, &c. ego autē veram optarem explanationem. Christus, qui primæ quæstioni nihil responderat, sed remiserat eam ad authorem, dicens *in lege quid scriptū est?* quæstionem hāc benigne suscipit, vt respondeat, & Scribarum errores tollat, qui in multis quoad præsens præceptum errabant. *Primo*, enim omnes putabant impios, qui non essent Iudæi: præcipue vero Samaritanos, cum quibus nec communicabant. *Secundo*, inimicos, non putabant proximos: ideoque præcepto illi *diliges proximū tuum sicut teipsum*, falsam annectebāt glossam, *odio habebis inimicum. Tertio*, maiorem ponebant sanctitatem in obseruantia cæremoniarum, quā proximi subuentione. *Quarto*, magis laborabant pro lege Dei intelligenda, quā faciend a: & scientia hac ita inflabantur, vt plebem indoctam abominarentur, & execrarentur. Hanc ergo superbiam volens Christus retūdere, pulchra vtitur parabola (alij historiam dicunt) qua plus respondet, quam fuerat rogatus. Docet enim, Samaritanos quosdam plus amare suos proximos, quā Iudæorum ament Sacerdotes, & Leuitæ, qui sanctissimi videri vole-

Matt. 5. 43.

Ioan. 7.

volebant, similiter sanctitatem nō in intelligendo, sed faciendo sitam. Præterea quis sit proximus, & quando diligi debeat. Vtitur autem hac parabola. Hierusalem vrbis erat in edito, Iericho autē in valle, loco medio latrones erant; præcipue in *Adomim*, id est, *Sanguinolentus*, loco sic dicto, à sanguinis illic per latrones fusi abundātia, vt Hieronymus testatur. Venit hâc, homo quidam, incidit q; in latrones, qui primo spoliauerunt eum, ac dein ad mortē vulnerarunt, abeuntes tandē eo nudo, & semiuiuo relicto. Erat hic sine dubio compassione dignus. *Primo*, quia homo. *Secundo*, quia spoliatus omnibus. *Tertio*, quia ad mortem læsus. *Quarto*, quia impotens iuuare seipsum. *Quinto*, quia ab omnibus relictus. *Sexto*, quia certo moriturus, si nemo succurrat. Erat præterea iustū, vt à Sacerdotibus iuuaretur, & Leuitis. *Primo*, quia præcipuos se doctrina, & pietate venditabāt ex Iudæis. *Secundo*, quia homo iste Iudæus erat, imo Hierosolymæ ciuis, aut saltē veniens Hierosolyma visitarat Templum, ibique obtulerat. *Tertio*, quia in districtu Iudaico calamitas hæc eum obruerat. His tamen nihil obstantibus neque *Sacerdos* mouetur, neque *Leuita*. Venit enim vterque eadem via, vnus post alterum, viditque miserum illum, sed præterierunt, quasi nihil putarent ad se spectare, re ipsa autē se verbis quidem diuites, sed rebus ostendebant nullos. Venit tandem *Samaritanus* qui miserum hunc videns Iudæum, sciensque Samaritanos Iudæis exosos, misericordia tamē motus est, eiq; misericordiæ opera præstitit. accessit enim intermittens iter, alligauit vulnera; oleo, vinoque infuso, quæ forte ad propriam conferebat necessitatem: miscuit ea, vt oleo

Epist. ad Eustochium & in Matthæum c. 20.

oleo mitigaret, vino purgaret; imposuit eum iumẽto, & ad stabulum vexit; eo Chirurgum vocat, qui vulnera curet, postridie cùm itineris eum vrgeret necessitas, stabulario soluit, aliam insuper pecuniã addit, commendans ei hunc saucium, & promittens redditurũ se, cùm redisset si quid supererogaretur. Tanta præstitit Samaritanus Iudæo, quem ceu peregrinum potuisset negligere. quærit ergo Christus, *quis horum trium videretur fuisse proximus?* id est, quis facto præstiterit, quod Deus proximo fieri iubet? respondit Legisdoctor *Samaritanus.* Dominus responsum probans, *vade* ait, *& tu fac similiter,* nec sanctitatem putes in cæremonijs solum, & sacrificijs positam, sine alijs operibus. misericordia Deo sacrificijs multo est gratior, vnde & per Oseam dixit, *Misericordiam volo, & non sacrificium.* Docuit *Osee 6. 6.* ergo his Christus. *Primo,* quis sit noster proximus, nempe omnis qui auxilio indiget, fidelis, & infidelis; bonus, & malus. *Secundo,* quomodo is amari debeat, non lingua, aut verbo; sed opere, vt demus ei omnia quibus eget, & in necessitate subueniamus.

Documenta duodecimæ Concionis.

D*ixit Iesus Discipulis suis.* Sanauit præcedenti Euangelio Christus aures, & linguam, nunc de oculorum differit beatitudine, volens gratia sua omnes sensus nostros renouare. *Notandum* est, quod cum de hac beatitudine Christus agat, Discipulus loquatur, non inter turbas, sed seorsum sumptis, quod idem fecit, cum parabolam eis explicaret, de semine. Ratio autem est, quia laudare eos volebat, eorumque commendare fœlicitatem, vt sic ad gratiarum excitarentur actionem, & diligentius studium virtutum. Sicuti enim vituperari debent peccatores, vt peccati cognoscant mali- I. *Math. 13. 16.*

tiam,& ab eo desistant: sic contra commendari debet virtutis puchritudo, vt augeatur; & sicuti ignominiam meretur peccatum, per iustitiam distributiuam; sic virtus gloriam. *Notandum* quoque. *Primo*, Vnde sumatur discipulorum commendatio,non à solis eorum operibus,sed à Dei donis: nempe quod Christum videant.Exteriori,& interiori oculo:similiterque eum audiant. Quicquid enim in homine commendationem meretur,non ab homine,sed à Deo est. ideo qui sapientia, opibus,nobilitate,forma,& operib⁹ heroicis commendatur,laudem omnē Deo adscribat, horum authori; qui

Isai.26.12. in ipso,& per ipsum bona,vt Isaias ait, operatus est: sine quo nullum opus vllius valoris est. Vitia, nostra; bona vero, Dei sunt. *Secundo*,quod eos à turbis separatos laudarit,ne occasionem daret superbiæ: sicuti enim humor mediocris herbam nutrit,nimius vero suffocat, & putrefacit: sic mediocris laudatio excitat ad virtutē,nimia corrumpit.|Laudat te Christus in animo tuo frequenter, quoties scilicet data tibi à se bona per interiores proponit illuminationes; v.g. quod non inter gentiles, aut hæreticos, sed Catholicos natus sis, baptisatus, & in sanguine ipsius ablutus,Sacramenta frequentes,tantam habeas Deo seuiendi oportunitatem,propter interiores allocutiones,externas monitiones,aliaq; media, cuiuis proportionaliter ad statū suum quotidie obuia, quod quietem animi sentias,& conscientiæ testimonium,quod sis,vt S.Paulus, & Ioannes loquuntur, filius Dei, &c. Oporteret ad laudem hanc aduertere, & ea gaudere,ac excitari; non tamen super

Gal.6.4. alios efferri : nam, vt Apostolus ait,debet vnusquisque opus suum probare in semetipso, & non alteri se comparare forte enim alter ille. vel idem hoc, vel aliud melius habet ac sentit.

II. *Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. Duo* sunt beatitudinis genera. *Vna* perfecta est, cui nihil deest, ideoque hic haberi non potest, vbi continuo plurima desunt. *Altera* imperfecta est,& via ad perfectam.Tales docuit Christus alibi esse octo.

Matth.5.3. & seq. cum dixit *Beati pauperes spiritu, &c.* sicuti enim pauper, si à diuite assumatur ex plateis, & applicetur studio, beatus dicitur, quia nactus studendi oportunitatem, atque ita, mediante

diante eruditione, perueniendi ad opes, honores, &c. etiamsi constringatur adhuc, & aliquando corripiatur: ita pauperes mites, &c. beati sunt, quia veram nacti veræ beatitudinis viam. Præter illas octo, aliam hic Christus ponit, in Discipulis suis; nempe quod se viderent, & audirent, ac secum familiariter agerent. Erat enim sine dubio magnum ad salutem subsidium, videre, & audire Christum, eiusque miracula, admonitiones, doctrinas, genus vitæ, conuersationem, gestus; posse eum rogare de omnibus, sapientes eius ac diuinas responsiones audire, qui idem Deus erat & homo.

Primo, enim Deum habebant præsentem, qui omnia potest. non erat ergo, cur solliciti essent de victu, vestibus, aut alijs siue corporalibus, siue spiritualibus; imo, corripuit eos Christus, cum de victu essent solliciti, parum memores quod *Matth. 16. 8.* bis exiguô pane, ac pisce multa cibassent hominum millia. *9. 10.*

Secundo, Peculiarem ex verbis eius hauriebant consolationem, propterea dicebat Petrus *Domine quo ibimus verba vitæ* *Ioan. 6. 68.* *æternæ habes?*

Tertio, Discebant veram salutis viam; quicquid enim in eo videbant, vel audiebant ex eo, tendebat ad illam cum ipse *via* esset *& vita & veritas.* Grauis erat ante Christum quæstio *Ioan. 14. 6.* de hac via; neque eam aliquis potest felicius, quam Christus resoluere, cum Deus sit salutis dator.

Quarto, Dei accipiebant notitiam; in qua cõsistit vita æterna pro vt dixit alibi Christus. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te* *Ioan. 17. 3.* *solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Dei autem notitia, non consistit in his quæ omnes de eo cognoscimus, sicuti nec Regem quis nouit, etsi potentiam nouit, & nobilitatem, ac genus: hæc enim & illi scire possunt, qui Regem nunquam viderint; ille vero Regem nouit optimè, qui videt eum, & audit, eiusque naturales cõditiones perspicit, vt liberalitatem, misericordiam, fortitudinẽ, intimiditatem. Multi sunt, qui Dei norunt potẽtiam, diuitias, sapientiam; hæc enim creaturæ nos docent, quas eius omnipotentia fecit, sapientia regit, diuitiæ pascunt. Norant hæc Gentilium Philosophi, de quibus Apostolus; *quod notum est Dei, manifestum est illis.* Multa *Rom. 1. 19.* quoque de Deo disserebant, & tamen non norant eum; quia

naturales eius ignorabant inclinationes, amorem ineffabilem, misericordiam, benignitatem, clementiam, &c. Apostoli vero hæc attributa discebant ex Christo. Cum diceret Philippus *Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis:* corripuit eum Christus, respondens, *Tanto tempore vobiscum sum, & non ME cognouistis? qui videt me, videt & Patrem meum.* Quasi diceret: ego, & Pater vnum sumus, eadem attributa habemus. Pater amat vos, benignus est, clemens est, & quicquid in me videtis perfectum, in ipso est; si ergo me noueritis, nostis & Patrem. Consecuti autē sunt notitiam hanc Apostoli, spatio triennij, quo aderant Christo. Porro multo pleniorem omnium notitiam habuit B. Virgo, ex conuersatione 30. annorum quibus ipsi adfuit sola, audiens quotidie verbum Dei, moresque eius sanctissimos videns; neque tribus postremis annis ab eo recessit, quin obseruabat diligentissime omnia verba eius, & & facta; in corde suo ea, Angelico suo intellectu, examinans, & multa ex eis colligens. *Quinto*, Multa discebant mysteria, quæ posteris, & Successoribus suis, ad Ecclesiæ instructionem, tradiderunt: vt sic de manu, quod aiunt ad manum perpetuarentur, ad finē vsque sæculi. Hinc dixit eis Christus aliquando. *Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Beati ergo Discipuli, quod viderent, & audirent Christum. Tu vero ex his in quo vera sit beatitudo discas, non in honore, diuitijs, forma, &c. etsi mundus beatum dicat populum, apud Dauidem *cui hæc sunt,* sed beatus qui Deum nouit, eique per fidem, spem, & charitatem placet.

Ioan. 14. 8. — *Ibid.* — *Ioan. 15. 15.*

III. *Dico enim vobis; quod multi Prophetæ, & Reges, voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ vos auditis, & non audierunt* Ex Scripturis liquet, quomodo Reges, & Prophetiæ diem Christi voluerunt. *Obsecro Domine*, ait Moyses.[a] *Mitte quē missurus es.* [b] *Inclina*, clamat Dauid, *cœlos, & descende,*[c] *Ostende faciem tuam, & salui erimus.* Salomon quoque. [d] *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.* Isaias, [e] *Emitte agnum Domine, dominatorem terræ.* &, [f] *vtinam dirumperes cœlos, ac descenderes.* [g] Iacob Patriarcha Christum vocat, *Desiderium collium*

a Exod. 4. 13.
b Psal. 143. 5.
c Psal. 79. 4.
d Cant. 2. 14.
e Isai. 16. 1.
f Isai. 64. 1.
g Gen. 49. 26

lium æternorum. Id eſt, magnorũ Sanctorum, ideoque & ipſe, & liberi eius, tam ſerio voluerunt in terra promiſſionis ſepeliri, vt ſaltem corpora ab ipſo benedicerentur, quę viui conſpicere nõ potuerant. Deſideraſſe veteris Teſtamenti Patres diem Chriſti & Petrus, & Paulus teſtantur, reſponſumque eis, gratiam hanc non ipſis ſed eorum poſteris reſeruatam. Diſce hic, quomodo piſcatores Deus Regibus præpoſuerit, & Prophetis concedens illis, quod his negarat. Nota etiam, Chriſtum de Regibus loqui, & Prophetis ſe prioribus, noui enim Teſtamenti Reges & Prophetæ, id eſt ſæculares, & Eccleſiaſtici Principes, hanc Apoſtolorũ habent beatitudinem, imo Chriſtiani omnes, quãtumlibet pauperes, indocti, ignobiles miſeri, ac rudes ſint. Non habemus Diſcipulis Chriſti, & eis qui illo viuebant tempore multo minus, quin quod minus videmur habere, hoc ipſo ſumus illis beatiores. Nõ vidimus Chriſtum corporaliter nec audiuimus docentem, nec cõuerſati ſumus cum illo aut locuti, quãdo fecit miracula: ſed his nec auditis, nec viſis. nihilominus credere maius multo eſt, & beatius quã ſi ea vidiſſemus: ita enim teſtatur Chriſtus. *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Certe ſi quis conditiones Eccleſiæ, præſtitataque ei à Chriſto beneficia recte examinarit, inueniet, nos non tantum Regibus, Prophetis, alijſque veteris Teſtamenti hominibus, beatiores; ſed nec his qui Chriſtum viderunt, & audierunt infeliciores: imo quadã tenus beatiores, vt pote qui plura accepimus, quam illi; quicquid autẽ habuerunt illi, habemus & nos, nec imperfectius. *Primo,* viderunt illi Chriſtum præſentem, videmus & nos in Venerabili Sacramento, in quo certa fide eum intuemur, nõ minus, & adoramus, quã ſi eum ſecundum humanã naturam videremus. Fateor, videmus quidẽ eum ſub ſpecie aliena, panis ſcil. & vini, ſed nunquid & Diſcipuli, eum, ſub ſpecie hominis pauperis, viderunt & deſpecti ab omnibus, quẽ nemo pene Filium Dei putabat. Imo quo ad hoc feliciores ſumus nos, quod Chriſtus in Euchariſtia, nunc à Chriſtianis omnibus toto terrarũ orbe credatur, & colatur Deus, ac homo verus, ideoque minorẽ habemus dubitãdi occaſionem, quã illi, qui eum videbã[illegible] omnibus, ac præcipue à Sacerdotibus, &

1. Pet. 1.
Hebr. 11.
Ioan. 20. 29.

Scribis reijci. si vero nunc quis non credat, quod vniuersus credit terrarum orbis, immensæ stultitiæ est, & vt Augustinus ait: *Quisquis adhuc prodigia quærit vt credat magnum est ipse prodigium qui mundo credente non credit*. Præterea, & in hoc beatiores sumus, quod Christum non apud nos tantum, & inter nos, sed & in nobis habeamus, imo corpori eius, sic vniamur; sicuti cibus nobis vnitur & potus neque id semel tantum, vt Apostolis contigit, viuente Christo; sed quoties volumus. Multi sunt ait Chrysostomus qui modo dicunt, Vellē formā & speciem eius (Christi) videre, vellem vestimēta ipsa, vellem calceamenta videre; ipsum igitur vides, ipsum tangis, ipsum comedis. Et, *Reges eum adorauerunt in stabulo, & in gremio matris constitutum; tu autem in altari supplex adora, quando illic à Sacerdote, immolatur, & sumitur. Secundo*, audiebant illi loquentem Christum, ac docentem turbas. Nos quoque etsi non videamus eum, minora tamen non habemus, idem enim, quod tunc loquebatur ipse, audimus & nos ex sacerdotibus quotidie, qui nobis non suam, sed Christi annuntiant doctrinam. Atque in hoc beatiores sumus, quod Euangelica nobis doctrina clarius multo, quam Discipulis proponitur. Loquebatur turbis vt plurimum Christus in parabolis, Discipuli vero apti necdum erant qui Euangelicam veritatem perciperent post resurrectionem aperuit quidem eis sensum Scripturæ, & misit Spiritum sanctum, qui doceret eos omnem veritatem; hanc tamen nos & discimus, & intelligimus plenius, quam ei qui Christum concionantem audierunt, nam licet Christum non audiamus corporaliter, audimus tamen frequenter spiritualiter, cum internè nos monet, & post SS. corporis sui susceptionem consolatur. *Tertio*, viderunt illi facientem miracula verbo, & manus attactu. Maiora autem miracula videmus nos quotidie, per eadem verba quæ non corporis tantum, sed & animi mutationem inducunt. Loquitur in Sacerdote Christus, & ecce panis mutatur in corpus, vinum in sanguinem. Iterum in absolutione Sacramentali loquitur, & peccata omnia remittuntur. In Baptismo aqua infantes tangit, & ex seruis diaboli fiunt filij Dei. Similia in alijs fiunt Sacramentis. Taceo miracula corporalia, quæ in fidei

Lib. 22. de ciuit Dei cap. 8.

Matth. 13. Ioan. 16. Luc. 24. Act. 2.

dei confirmationem quotidie, ad martyrum memorias, imagines, & reliquias fiunt. De quibus testantur scipiones, compedes, cerea vel argentea sanatorum membra ab infirmis in perpetuam rei memoriam, vt ante 1100. annos Theodoretus scripsit, suffixa. Multa inter Catholicos miracula facit Christus, & per discipulos, ac Apostolos plura quam per seipsum. In quibusdã, primis Christianis beatiores sumus. *Primo*, quod Ecclesiam videmus toto orbe diffusam, & fidem ab omnibus promiscue, paruis, ac magnis; Regibus, & Imperatoribus, doctis, & indoctis susceptam. *Secundo*, quod eadem fides, iam à 1590. annis, vna plane, & immutata nobis, quasi de manu ad manum, sit tradita: & licet à multis hæreticis, diuerso tempore, & loco impugnata, immaculata tamẽ perseuerat; iuxta id quod promiserat Christus, portas inferi, id est potentiam omnem, & sapientiam ei non præualituram. *Tertio*, quod fides, hæc tum à doctis per libros explicata, tum à sanctis per miracula confirmata sit. *Quarto*, quod Ecclesiæ officia, & Christianorum vita melius dirigatur etsi enim Apostolos suos Christus cum viueret, ac præcipue 40. diebus post resurrectionem, quando locutus est eis de regno Dei, id est, Ecclesia; præcipua docuerit, quæ à nobis fieri vellet, non tamen eadem illa, tunc statim impleta sunt; neque idem fuit Ecclesiæ ordo, quẽ nunc videmus. noli ergo te discipulis qui Christum viderunt putare infeliciorem, sed, cogita beatitudinem tuam frequentius, ac Deo gratias age. Non te abijcit Christus, licet miserum, pauperem, & stupidum: imo sicut discipulos suos rudes, & pauperes beatiores fecit Regibus, & Prophetis; ita & te Regibus præponet, ac Doctoribus; modo beneficia eius diligenter attendas. Quin & hoc, prô dolor, frequentius facit, diuites enim, nobiles, & docti neglecto Christo in sæcularibus occupantur, ideoque rarius de illo cogitant, vt merito eis dicere possit, quod Philippo dicebat. *Tanto tempore vobiscum sum & non me cognouistis*? quasi diceret, estis inter Christianos nati, ac enutriti, & tam pauca cognouistis de spiritualibus? *Qui ignorat*, ait Apostolus, *ignorobitur*, id est, Deo erit ignotus. Quisque

Lib. 5. affect. Græcar.
Ioan. 14.
Matt. 16. 18.
Actor. 1. 3.
Ioan. 14. 9.
1. Cor. 14. 38.

Scribis reijci. si vero nunc quis non credat, quod vniuersus credit terrarum orbis, immensæ stultitiæ est, & vt Augustinus ait: *Quisquis adhuc prodigia quærit vt credat magnum est ipse prodigium qui mundo credente non credit*. Præterea, & in hoc beatiores sumus, quod Christum non apud nos tantum, & inter nos, sed & in nobis habeamus, imo corpori eius, sic vniamur; sicuti cibus nobis vnitur & potus neque id semel tantum, vt Apostolis contigit, viuente Christo; sed quoties volumus. Multi sunt ait Chrysostomus qui modo dicunt, Vellē formā & speciem eius (Christi) videre, vellem vestimēta ipsa, vellem calceamenta videre; ipsum igitur vides, ipsum tangis, ipsum comedis. Et, *Reges eum adorauerunt in stabulo, & in gremio matris constitutum; tu autem in altari supplex adora, quando illic à Sacerdote, immolatur, & sumitur*. *Secundo*, audiebant illi loquentem Christum, ac docentem turbas. Nos quoque etsi non videamus eum, minora tamen non habemus, idem enim, quod tunc loquebatur ipse, audimus & nos ex sacerdotibus quotidie, qui nobis non suam, sed Christi annuntiant doctrinam. Atque in hoc beatiores sumus, quod Euangelica nobis doctrina clarius multo, quam Discipulis proponitur. Loquebatur turbis vt plurimum Christus in parabolis, Discipuli vero apti necdum erant qui Euangelicam veritatem perciperent post resurrectionem aperuit quidem eis sensum Scripturæ, & misit Spiritum sanctum, qui doceret eos omnem veritatem; hanc tamen nos & discimus, & intelligimus plenius, quam ei qui Christum concionantem audierunt, nam licet Christum non audiamus corporaliter, audimus tamen frequenter spiritualiter, cum internè nos monet, & post SS. corporis sui susceptionem consolatur. *Tertio*, viderunt illi facientem miracula verbo, & manus attactu. Maiora autem miracula videmus nos quotidie, per eadem verba quæ non corporis tantum, sed & animi mutationem inducunt. Loquitur in Sacerdote Christus, & ecce panis mutatur in corpus, vinum in sanguinem. Iterum in absolutione Sacramentali loquitur, & peccata omnia remittuntur. In Baptismo aqua infantes tangit, & ex seruis diaboli fiunt filij Dei. Similia in alijs fiunt Sacramentis. Taceo miracula corporalia, quæ in fidei

Lib. 22. de ciuit Dei cap. 8.

Matth. 13. Ioan. 16. Luc. 24. Act. 2.

dei confirmationem quotidie, ad martyrum memorias, imagines, & reliquias fiunt. De quibus testantur scipiones, compedes, cerea vel argentea sanatorum membra ab infirmis in perpetuam rei memoriam, vt ante 1100. annos Theodoretus scripsit, suffixa. Multa inter Catholicos miracula facit Christus, & per discipulos, ac Apostolos plura quam per seipsum. *Lib.5. affect. Græcar.* *Ioan.14.*
In quibusdã, primis Christianis beatiores sumus. *Primo*, quod Ecclesiam videmus toto orbe diffusam, & fidem ab omnibus promiscue, paruis, ac magnis; Regibus, & Imperatoribus, doctis, & indoctis susceptam. *Secundo*, quod eadem fides, iam à 1590. annis, vna plane, & immutata nobis, quasi de manu ad manum, sit tradita: & licet à multis hæreticis, diuerso tempore, & loco impugnata, immaculata tamẽ perseuerat; iuxta id quod promiserat Christus, portas inferi, id est potentiam omnem, & sapientiam ei non præualituram. *Tertio*, quod fides, hæc tum à doctis per libros explicata, tum à sanctis per miracula confirmata sit. *Quarto*, quod Ecclesiæ officia, & Christianorum vita melius dirigatur etsi enim Apostolos suos Christus cum viueret, ac præcipue 40. diebus post resurrectionem, quando locutus est eis de regno Dei, id est, Ecclesia; præcipua docuerit, quæ à nobis fieri vellet, non tamen eadem illa, tunc statim impleta sunt; neque idem fuit Ecclesiæ ordo, quẽ nunc videmus. noli ergo te discipulis qui Christum viderunt putare infeliciorem, sed, cogita beatitudinem tuam frequentius, ac Deo gratias age. Non te abijcit Christus, licet miserum, pauperem, & stupidum: imo sicut discipulos suos rudes, & pauperes beatiores fecit Regibus, & Prophetis; ita & te Regibus præponet, ac Doctoribus; modo beneficia eius diligenter attendas. Quin & hoc, prô dolor, frequentius facit, diuites enim, nobiles, & docti neglecto Christo in sæcularibus occupantur, ideoque rarius de illo cogitant, vt merito eis dicere possit, quod Philippo dicebat. *Tanto tempore vobiscum sum & non me cognouistis*? quasi diceret, estis inter Christianos nati, ac enutriti, & tam pauca cognouistis de spiritualibus? *Qui ignorat*, ait Apostolus, *ignorobitur*, id est, Deo erit ignotus. Quisque ergo

Matt.16.18. *Actor.1.3.* *Ioan.14.9.* *1. Cor.14.38.*

Scribis reijci. si vero nunc quis non credat, quod vniuersus credit terrarum orbis, immensæ stultitiæ est, & vt Augustinus ait: *Quisquis adhuc prodigia quærit vt credat magnum est ipse prodigium qui mundo credente non credit.* Præterea, & in hoc beatiores sumus, quod Christum non apud nos tantum, & inter nos, sed & in nobis habeamus, imo corpori eius, sic vniamur; sicuti cibus nobis vnitur & potus neque id semel tantum, vt Apostolis contigit, viuente Ghristo; sed quoties volumus. Multi sunt ait Chrysostomus qui modo dicunt, Vellē formā & speciem eius (Christi) videre, vellem vestimēta ipsa, vellem calceamenta videre; ipsum igitur vides, ipsum tangis, ipsum comedis. Et, *Reges eum adorauerunt in stabulo, & in gremio matris constitutum; tu autem in altari supplex adora, quando illic à Sacerdote, immolatur, & sumitur. Secundo*, audiebant illi loquentem Christum, ac docentem turbas. Nos quoque etsi non videamus eum, minora tamen non habemus, idem enim, quod tunc loquebatur ipse, audimus & nos ex sacerdotibus quotidie, qui nobis non suam, sed Christi annuntiant doctrinam. Atque in hoc beatiores sumus, quod Euangelica nobis doctrina clarius multo, quam Discipulis proponitur. Loquebatur turbis vt plurimum Christus in parabolis, Discipuli vero apti necdum erant qui Euangelicam veritatem perciperent post resurrectionem aperuit quidem eis sensum Scripturæ, & misit Spiritum sanctum, qui doceret eos omnem veritatem; hanc tamen nos & discimus, & intelligimus plenius, quam ei qui Christum concionantem audierunt, nam licet Christum non audiamus corporaliter, audimus tamen frequenter spiritualiter, cum internè nos monet, & post SS. corporis sui susceptionem consolatur. *Tertio*, viderunt illi facientem miracula verbo, & manus attactu. Maiora autem miracula videmus nos quotidie, per eadem verba quæ non corporis tantum, sed & animi mutationem inducunt. Loquitur in Sacerdote Christus, & ecce panis mutatur in corpus, vinum in sanguinem. Iterum in absolutione Sacramentali loquitur, & peccata omnia remittuntur. In Baptismo aqua infantes tangit, & ex seruis diaboli fiunt filij Dei. Similia in alijs fiunt Sacramentis. Taceo miracula corporalia, quæ in fidei

Lib. 22. de ciuit. Dei cap. 8.

Matth. 13. Ioan. 16. Luc. 24. Act. 2.

dei confirmationem quotidie, ad martyrum memorias, imagines, & reliquias fiunt. De quibus testantur scipiones, compedes, cerea vel argentea sanatorum membra ab infirmis in perpetuam rei memoriam, vt ante 1100. annos Theodoretus scripsit, suffixa. Multa inter Catholicos miracula facit Christus, & per discipulos, ac Apostolos plura quam per seipsum. In quibusdã, primis Christianis beatiores sumus. *Primo*, quod Ecclesiam videmus toto orbe diffusam, & fidem ab omnibus promiscue, paruis, ac magnis; Regibus, & Imperatoribus, doctis, & indoctis susceptam. *Secundo*, quod eadem fides, iam à 1590. annis, vna plane, & immutata nobis, quasi de manu ad manum, sit tradita: & licet à multis hæreticis, diuerso tempore, & loco impugnata, immaculata tamẽ perseuerat; iuxta id quod promiserat Christus, portas inferi, id est potentiam omnem, & sapientiam ei non præualituram. *Tertio*, quod fides, hæc tum à doctis per libros explicata, tum à sanctis per miracula confirmata sit. *Quarto*, quod Ecclesiæ officia, & Christianorum vita melius dirigatur etsi enim Apostolos suos Christus cum viueret, ac præcipue 40. diebus post resurrectionem, quando locutus est eis de regno Dei, id est, Ecclesia; præcipua docuerit, quæ à nobis fieri vellet, non tamen eadem illa, tunc statim impleta sunt; neque idem fuit Ecclesiæ ordo, quẽ nunc videmus. noli ergo te discipulis qui Christum viderunt putare infeliciorem, sed, cogita beatitudinem tuam frequentius, ac Deo gratias age. Non te abijcit Christus, licet miserum, pauperem, & stupidum: imo sicut discipulos suos rudes, & pauperes beatiores fecit Regibus, & Prophetis; ita & te Regibus præponet, ac Doctoribus; modo beneficia eius diligenter attendas. Quin & hoc, prô dolor, frequentius facit, diuites enim, nobiles, & docti neglecto Christo in sæcularibus occupantur, ideoque rarius de illo cogitant, vt merito eis dicere possit, quod Philippo dicebat. *Tanto tempore vobiscum sum & non me cognouistis?* quasi diceret, estis inter Christianos nati, ac enutriti, & tam pauca cognouistis de spiritualibus? *Qui ignorat*, ait Apostolus, *ignorabitur*, id est, Deo erit ignotus. Quisque

Lib. 5. affect. Græcar.
Ioan. 14.
Matt. 16. 18.
Actor. 5. 3.
Ioan. 14. 9.
1. Cor. 14. 38.

Scribis reijci. si vero nunc quis non credat, quod vniuersus credit terrarum orbis, immensæ stultitiæ est, & vt Augustinus ait: *Quisquis adhuc prodigia quærit vt credat magnum est ipse prodigium qui mundo credente non credit.* Præterea, & in hoc beatiores sumus, quod Christum non apud nos tantum, & inter nos, sed & in nobis habeamus, imo corpori eius, sic vniamur; sicuti cibus nobis vnitur & potus neque id semel tantum, vt Apostolis contigit, viuente Ghristo; sed quoties volumus. Multi sunt ait Chrysostomus qui modo dicunt, Vellē formā & speciem eius (Christi) videre, vellem vestimēta ipsa, vellem calceamenta videre; ipsum igitur vides, ipsum tangis, ipsum comedis. Et, *Reges eum adorauerunt in stabulo, & in gremio matris constitutum; tu autem in altari supplex adora, quando illic à Sacerdote, immolatur, & sumitur. Secundo*, audiebant illi loquentem Christum, ac docentem turbas. Nos quoque etsi non videamus eum, minora tamen non habemus, idem enim, quod tunc loquebatur ipse, audimus & nos ex sacerdotibus quotidie, qui nobis non suam, sed Christi annuntiant doctrinam. Atque in hoc beatiores sumus, quod Euangelica nobis doctrina clarius multo, quam Discipulis proponitur. Loquebatur turbis vt plurimum Christus in parabolis, Discipuli vero apti necdum erant qui Euangelicam veritatem perciperent post resurrectionem aperuit quidem eis sensum Scripturæ, & misit Spiritum sanctum, qui doceret eos omnem veritatem; hanc tamen nos & discimus, & intelligimus plenius, quam ei qui Christum concionantem audierunt, nam licet Christum non audiamus corporaliter, audimus tamen frequenter spiritualiter, cum internè nos monet, & post SS. corporis sui susceptionem consolatur. *Tertio*, viderunt illi facientem miracula verbo, & manus attactu. Maiora autem miracula videmus nos quotidie, per eadem verba quæ non corporis tantum, sed & animi mutationem inducunt. Loquitur in Sacerdote Christus, & ecce panis mutatur in corpus, vinum in sanguinem. Iterum in absolutione Sacramentali loquitur, & peccata omnia remittuntur. In Baptismo aqua infantes tangit, & ex seruis diaboli fiunt filij Dei. Similia in alijs fiunt Sacramentis. Taceo miracula corporalia, quæ in fidei

Lib. 22. de ciuit Dei cap. 8.

Matth. 15. Ioan. 16. Luc. 24. Act. 2.

dei confirmationem quotidie, ad martyrum memorias, imagines, & reliquias fiunt. De quibus testantur scipiones, compedes, cerea vel argentea sanatorum membra ab infirmis in perpetuam rei memoriam, vt ante 1100. annos Theodoretus scripsit, suffixa. Multa inter Catholicos miracula facit Christus, & per discipulos, ac Apostolos plura quam per seipsum. *Lib. 8. affect. Gracar.* *Ioan. 14.* In quibusdã, primis Christianis beatiores sumus. *Primo*, quod Ecclesiam videmus toto orbe diffusam, & fidem ab omnibus promiscue, paruis, ac magnis; Regibus, & Imperatoribus, doctis, & indoctis susceptam. *Secundo*, quod eadem fides, iam à 1590. annis, vna plane, & immutata nobis, quasi de manu ad manum, sit tradita: & licet à multis hæreticis, diuerso tempore, & loco impugnata, immaculata tamē perseuerat; iuxta id quod promiserat Christus, portas inferi, id est potentiam *Matt. 16. 18.* omnem, & sapientiam ei non prævalituram. *Tertio*, quod fides, hæc tum à doctis per libros explicata, tum à sanctis per miracula confirmata sit. *Quarto*, quod Ecclesiæ officia, & Christianorum vita melius dirigatur etsi enim Apostolos *Actor. 1. 3.* suos Christus cum viueret, ac præcipue 40. diebus post resurrectionem, quando locutus est eis de regno Dei, id est, Ecclesia; præcipua docuerit, quæ à nobis fieri vellet, non tamen eadem illa, tunc statim impleta sunt; neque idem fuit Ecclesiæ ordo, quē nunc videmus. noli ergo te discipulis qui Christum viderunt putare infeliciorem, sed, cogita beatitudinem tuam frequentius, ac Deo gratias age. Non te abijcit Christus, licet miserum, pauperem, & stupidum: imo sicut discipulos suos rudes, & pauperes beatiores fecit Regibus, & Prophetis; ita & te Regibus præponet, ac Doctoribus; modo beneficia eius diligenter attendas. Quin & hoc, prô dolor, frequentius facit, diuites enim, nobiles, & docti neglecto Christo in sæcularibus occupantur, ideoque rarius de illo cogitant, vt merito eis dicere possit, quod Philippo dicebat. *Tanto tempore vobiscum sum & non me cognouistis?* quasi *Ioan. 14. 9.* diceret, estis inter Christianos nati, ac enutriti, & tam pauca cognouistis de spiritualibus? *Qui ignorat*, ait Apo- *1. Cor. 14. 38.* stolus, *ignorobitur*, id est, Deo erit ignotus. Quisque

naturales eius ignorabant inclinationes, amorem ineffabilem, misericordiam, benignitatem, clementiam, &c. Apostoli vero hæc attributa discebant ex Christo. Cum diceret Philippus *Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis:* corripuit eum Christus, respondens, *Tanto tempore vobiscum sum, & non ME cognouistis? qui videt me, videt & Patrem meum.* Quasi diceret: ego, & Pater vnum sumus, eadem attributa habemus. Pater amat vos, benignus est, clemens est, & quicquid in me videtis perfectum, in ipso est; si ergo me noueritis, nostis & Patrem. Consecuti autē sunt notitiam hanc Apostoli, spatio triennij, quo aderant Christo. Porro multo pleniorem omnium notitiam habuit B. Virgo, ex conuersatione 30. annorum quibus ipsi adfuit sola, audiens quotidie verbum Dei, moresque eius sanctissimos videns; neque tribus postremis annis ab eo recessit, quin obseruabat diligentissime omnia verba eius, & & facta; in corde suo ea, Angelico suo intellectu, examinans, & multa ex eis colligens. *Quinto*, Multa discebant mysteria, quæ posteris, & Successoribus suis, ad Ecclesiæ instructionem, tradiderunt: vt sic de manu, quod aiunt ad manum perpetuarentur, ad finē vsque sæculi. Hinc dixit eis Christus aliquando. *Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Beati ergo Discipuli, quod viderent, & audirent Christum. Tu vero ex his in quo vera sit beatitudo discas, non in honore, diuitijs, forma, &c. etsi mundus beatum dicat populum, apud Dauidem *cui hæc sunt* sed beatus qui Deum nouit, eique per fidem, spem, & charitatem placet.

Ioan. 14. 8. — Ibid. — Ioan. 15. 15.

III. *Dico enim vobis; quod multi Prophetæ, & Reges, voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ vos auditis, & non audierunt.* Ex Scripturis liquet, quomodo Reges, & Prophetiæ diem Christi voluerunt. *Obsecro Domine*, ait Moyses.[a] *Mitte quē missurus es.* [b] *Inclina*, clamat Dauid, *cælos, & descende,* [c] *Ostende faciem tuam, & salui erimus.* Salomon quoque. [d] *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.* Isaias, [e] *Emitte agnum Domine, dominatorem terræ.* &, [f] *vtinam dirumperes cælos, & descenderes.* [g] Iacob Patriarcha Christum vocat, *Desiderium colli*

a Exod. 4. 13. b Psal. 143. 5. c Psal. 79. 4. d Cant. 2. 14. e Isai. 16. 1. f Isai. 64. 1. g Gen. 49. 26

lium æternorum. Id est, magnorũ Sanctorum, ideoque & ipse, & liberi eius, tam serio voluerunt in terra promissionis sepeliri, vt saltem corpora ab ipso benedicerentur, quẽ viui conspicere nõ potuerant. Desiderasse veteris Testamenti Patres diem Christi & Petrus, & Paulus testantur, responsumque eis, gratiam hanc non ipsis sed eorum posteris reseruatam. *1. Pet. 1.* *Hebr. 11.* Disce hic, quomodo piscatores Deus Regibus præposuerit, & Prophetis concedens illis, quod his negarat. Nota etiam, Christum de Regibus loqui, & Prophetis se prioribus, noui enim Testamenti Reges & Prophetæ, id est sæculares, & Ecclesiastici Principes, hanc Apostolorũ habent beatitudinem, imo Christiani omnes, quãtumlibet pauperes, indocti, ignobiles miseri, ac rudes sint. Non habemus Discipulis Christi, & eis qui illo viuebant tempore multo minus, quin quod minus videmur habere, hoc ipso sumus illis beatiores. Nõ vidimus Christum corporaliter nec audiuimus docentem, nec cõuersati sumus cum illo aut locuti, quãdo fecit miracula: sed his nec auditis, nec visis. nihilominus credere maius multo est, & beatius quã si ea vidissemus: ita enim testatur Christus. *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Certe si quis conditiones *Ioan. 20. 29.* Ecclesiæ, præstitataque ei à Christo beneficia recte examinarit, inueniet, nos non tantum Regibus, Prophetis, alijsque veteris Testamenti hominibus, beatiores; sed nec his qui Christum viderunt, & audierunt infeliciores: imo quadã tenus beatiores, vt pote qui plura acceperimus, quam illi; quicquid autẽ habuerunt illi, habemus & nos, nec imperfectius. *Primo,* viderunt illi Christum præsentem, videmus & nos in Venerabili Sacramento, in quo certa fide eum intuemur, nõ minus, & adoramus, quã si eum secundum humanã naturam videremus. Fateor, videmus quidẽ eum sub specie aliena, panis scil. & vini, sed nunquid & Discipuli, eum, sub specie hominis pauperis, viderunt & despecti ab omnibus, quẽ nemo pene Filium Dei putabat. Imo quo ad hoc feliciores sumus nos, quod Christus in Eucharistia, nunc à Christianis omnibus toto terrarũ orbe credatur, & colatur Deus, ac homo verus, ideoque minorẽ habemus dubitãdi occasionem, quã illi, qui eum videb[illegible] omnibus, ac præcipue à Sacerdotibus, &

dei confirmationem quotidie, ad martyrum memorias, imagines, & reliquias fiunt. De quibus testantur scipiones, compedes, cerea vel argentea sanatorum membra ab infirmis in perpetuam rei memoriam, vt ante 1100. annos Theodoretus scripsit, suffixa. Multa inter Catholicos miracula facit Christus, & per discipulos, ac Apostolos plura quam per seipsum. In quibusdã, primis Christianis beatiores sumus. *Primo*, quod Ecclesiam videmus toto orbe diffusam, & fidem ab omnibus promiscue, paruis, ac magnis; Regibus, & Imperatoribus, doctis, & indoctis susceptam. *Secundo*, quod eadem fides, iam à 1590. annis, vna plane, & immutata nobis, quasi de manu ad manum, sit tradita: & licet à multis hæreticis, diuerso tempore, & loco impugnata, immaculata tamẽ perseuerat; iuxta id quod promiserat Christus, portas inferi, id est potentiam omnem, & sapientiam ei non præualituram. *Tertio*, quod fides, hæc tum à doctis per libros explicata, tum à sanctis per miracula confirmata sit. *Quarto*, quod Ecclesiæ officia, & Christianorum vita melius dirigatur etsi enim Apostolos suos Christus cum viueret, ac præcipue 40. diebus post resurrectionem, quando locutus est eis de regno Dei, id est, Ecclesia; præcipua docuerit, quæ à nobis fieri vellet, non tamen eadem illa, tunc statim impleta sunt; neque idem fuit Ecclesiæ ordo, quẽ nunc videmus. noli ergo te discipulis qui Christum viderunt putare infeliciorem, sed, cogita beatitudinem tuam frequentius, ac Deo gratias age. Non te abijcit Christus, licet miserum, pauperem, & stupidum: imo sicut discipulos suos rudes, & pauperes beatiores fecit Regibus, & Prophetis; ita & te Regibus præponet, ac Doctoribus; modo beneficia eius diligenter attendas. Quin & hoc, prô dolor, frequentius facit, diuites enim, nobiles, & docti neglecto Christo in sæcularibus occupantur, ideoque rarius de illo cogitant, vt merito eis dicere possit, quod Philippo dicebat. *Tanto tempore vobiscum sum & non me cognouistis*? quasi diceret, estis inter Christianos nati, ac enutriti, & tam pauca cognouistis de spiritualibus? *Qui ignorat*, ait Apostolus, *ignorobitur*, id est, Deo erit ignotus. Quisque

Lib. 5. affect. Græcar.
Ioan. 14.
Matt. 16. 18.
Actor. 1. 3.
Ioan. 14. 9.
1. Cor. 14. 38.

ergo tempus præſens obſeruet, diemque ſalutis agnoſcat, vt per inchoatam hic beatitudinem, peruenire mereamur ad illam perfectam.

IV. *Et ecce; quidam Legiſperitus ſurrexit, tentans illum, & dicens.* Bonum eſt interrogare intẽtione bona, Apoſtolorum more: ſed multi ſunt, qui interrogatione ſua reprehenſionẽ merentur, rogant enim. *Primo*, vt reſpondentẽ corripiant; quemadmodum Legiſdoctor hic, & Phariſæi frequẽtius fecerunt. eſtque hoc exploratorũ proprium. *Secundo*, vt videantur boni, quemadmodum rogabat hic Legiſdoctor, *quis eſt meus proximus?* atque hoc hypocrytarum eſt. *Tertio*, vt docti videantur, quod Sophiſtarum eſt. *Quarto*, vt rideant, quemadmodum rogarunt Sadducæi Chriſtum, de mortuorũ reſurrectione, & quis ex ſeptem maritis habiturus eſſet vxorem? hoc modo hæretici multa riſoriè rogant, ſed, vt Sapiens ait, Deus quoque eos tandem ridebit. *Quinto*, vt fallant, ſic ſerpens rogabat Euam; & qui ſic rogant diaboli diſcipuli ſunt. *Sexto*, vt ſibi placentia audiant, ſic Roboam non acquieſcens conſilio ſenum, iuuenes conſuluit, & deceptus eſt. Multi ſunt de quibus Apoſtolus ait, *ſemper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes.* Quia Doctis, & pijs non credunt, alios quærunt qui vſuras extenuent, qui, vt Iſaias ait malum dicant bonum, & bonum malum, lucem tenebras, & tenebras lucem; amarum dulce, & dulce amarum. Talis erat adoleſcens ille, qui quærens viam ſalutis, & audiens *ſi vis perfectus eſſe, vade, & vende quæ habes, & da pauperibus*, triſtis domum abijt. Vellemus eſſe Sancti, ſed vitam mutare, & curioſum ac ſuperbum habitum deponere nolumus. optaremus cœlum, ſed ſine moleſtijs: ideoque eos querimus qui aures ſcalpant, &, vt Ezechiel ait, qui *ſub omni cubito manus puluillos conſuunt*, & faciunt ceruicalia ſub capite noſtro, vt commodius viuamus: ſic enim cœlum nobis promittimus. Quia vero apud Catholicos hi adulatores nõ ſunt, multi ad hęreticos abeunt, quorum via ad ſalutem latiſſima eſt, dum præter fidem, aliud nihil requirunt. Nolite decipi ô Chriſtiani; eos quærite qui veritatem dicant, & maiorum ſemitam demonſtrent. Noua hæreticorum via, ad hæreticorum ducit cœlum

Matt. 22. 24. & ſeq.
Prouerb. 3.
2. Tim. 3. 7.
Iſai. 5. 20.
Matth. 19. 21. 22.
2. Tim. 4. 3.
Ezech. 13. 18.

cœlum,ibi Simon Magus, Arrius, Macedonius, Nestorius,& Dioscorus habitat,cum Lucifero. Qui Christi cœlum quærit, inter Apostolos, Martyres, Doctores, Confessores, Virgines, aliosque Sanctos,antiquas vias, & semitas à maioribus statutas,ingredi debet. Viam quam illi triuerunt, nos sequi decet. nec quod nobis videtur bonum sed quod vere bonum est, illiq; crediderunt,nos credere debemus,& imitari. Sperabant Iudæi Messiam,non quem mittebat Deus;sed qui secundum vota ipsorum faceret,ac doceret: reijcientes autem Messiam verum,nullum alium accipiunt,manentq; decepti. Sic & tu, nisi doctrinam sequaris, quæ vera est, & talis ab Ecclesia probatur,manebis in erroribus,& ad infernum descendes. *Ierem.6. Prouerb.22.*

V. *Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo?* Vtile est viam salutis quærere.nemo enim est,qui salutem non optet,& beatitudinem,post hanc vitam.ideoque concederet frequentius hanc quæstionem numinare,ac de ea colloqui.Solemus conferre cum sodalibus, res alicuius momenti, & quæ nobis sint cordi:nihil autem maioris est momenti, quam quomodo ad æternam vitam perueniamus,præ hac quæstione reliqua nulla sunt,si enim bona sint,huc referri debent;sin huc non referantur,nocent. Cum ergo de hoc rarius cogitamus,signũ est parum illud nobis esse cordi,quodque brutorum magis,quã hominum vitam agamus.hæc enim brutorum ab hominibus differentia est,quod illa tantum præsentia, hi vero etiam futura attendant,ac proin,qui præsentia tantum spectat,neglectis futuris,brutum potius videtur,quam homo.*Nota* Doctorem hunc non quærere,*quid cogitando*,vel *quid loquendo*,sed *quid faciendo vitam æternam possidebo?* vt enim vitam hanc consequamur,nõ sufficit multa cogitare, vel dicere,sed facere oportet. Meditatio frequens meritorum Christi,excitatio fidei, propositum emendandæ vitæ, & faciendæ restitutionis, locutio sancta,disputatio de sacris literis,nõ saluabunt te,si opera desint.audi quid dicat Christus. *Non omnis, qui dicit mihi Domine, &c.* *Matth 9.21.*

VII. *At ille dixit ad eum,in lege quid scriptum est,quomodo legis?* Conuenienter admodum Doctorem hunc Christus,in quęstione tanti mométi,ad libros ablegat docens.*Primo*.Neminem debere officiũ Doctoris administrare, nisi aptus sit.Periculosius

multo est officium Pastoris, Confessarij, Concionatoris suscipere, sine eruditione requisita, quã Medici; hic enim corpori solum, illi vero animæ quoq; nocent. *Secundo.* Debere nos, in rebus salutem spectantibus, conscientiæ iudicium præ omnibus attẽdere: hæc enim naturæ lex est; ita, vt Apostolus testetur, etiã eos qui legem externam nõ habebant, per hanc naturaliter, quę legis sunt fecisse. præterea, conscientia liber est, ex quo, vt in Apocalypsi legim⁹, iudicabimur. Hãc si attẽdas frequenter, nõ egebis alio cõsultore. Deliberas de statu vitæ, cõscientiã cõsule, quis tibi ad seruiendum Deo cõmodior sit, & cogita quid in hora mortis, aut cũ stabis ante tribunal Christi, optatur⁹ sis te fecisse, quid alteri secũdũ conscientiã cõsuleres de simili negotio rogat⁹. Hoc si in dubijs sequeris, vt deliberet primum recta ratio, secundũ fidei Catholicæ regulas, exclusis passionũ motibus, in multis feliciter, & breuiter resolues. *Tertio.* Ne vitam alijs conformemus, etiam si eiusdem nobiscũ cõditionis sint, neq; enim in iudicio rogabit Christus, quid alij fecerũt; quia scit, mundũ, vt Ioannes loquitur, *in maligno* esse: sed *in lege quid scriptum*? Scriptura, vitę nostrę regula esse debet, &, vt S. Iacobus dixit, speculum ad quod ornemur. *Quarto.* Vt Scripturam debitè, & reuerenter legamus; ideoq; non quærit Christus solũ quid scriptũ sit, sed *quomodo legis*? Quidã eam ita cursim legunt, vt nihil intelligãt, &, quod in Prouerbio est, vt canis ad Nilũ. Alij iuxta propriũ sensum, omissa SS. PP. vnanimi expositione Ecclesiæ tradita, eã explanant; cũ maximo hæreseos periculo, quę solũ inde nascitur, quod propriũ ingeniũ quis toti Ecclesiæ proponat. Docet S. Petrus, quod Scriptura nõ fiat *propria interpretatione*, sed ab eo explicari debeat, quo *inspirati, locuti sunt Sancti Dei homines.* Nemo est de quo cert⁹ sim, quod Spiritum S. assistentẽ habeat; soli Ecclesiæ hoc promisit Christus, cũ post cœnã dixit. *Ego rogabo Patrem et aliũ paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiscũ in æternũ spiritũ veritatis,* &c. Adeoq; nulla est Scripturæ explanatio certa, nisi quam Ecclesia proponit. hanc sequere, & non errabis, fuge vero hæreticorũ priuatas nouitates, quas non tam internus, quam infernus Spiritus, male sano eorum cerebro insusurrat.

[Margin notes: Rom. 2. 14. — Apoc. 20. 12. — Ioan. 5. 19. — Iac. 1. 23. — 2. Pet. 1. 20. — Ioan. 14. 16. & 17.]

VII. *Ille respondens dixit: Diliges Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, & ex*

& ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, et ex omni mente tua. Discimus ex hoc pręcepto, amorē Dei erga nos, quia tam serio præcepit, se à nobis amari. Sicuti enim nullis molestijs parcit mater, sed diu laborat, & noctu, vt filiũ promoueat, aliquãdo quietem interrumpens, & tamen nihil à filio petit, nisi amorē, ita vt vel vno osculo omnia dulcescãt; sic & Deus, hominũ vtilitati omnia creauit, triginta tres annos maximo labore nos docuit, tãdē pretioso sanguine suo, & ineffabili dolore nos ab æterna morte redemit, & pro omnibus his, nihil, nisi amorē à nobis reposcit. Videtur certe Deus, si præceptũ hoc examinemus, ridere nos, aut iniuria afficere. Nam si potens quis Imperator, mulierē videret in plateis proiectã, fœdã, & præ sordib⁹ ac pauperie moribundã, eamq; tolleret, sanaret, omni ornatu decoraret ac tandē vxorem duceret, posita ei hac lege, diliges me, alioqui cōbureris; nunquid eam videretur ridere? nũquid spōsa iubetur amare sponsum, & quidē talem, qui beneficijs, & dignitate sui amorem promeruit? Credo ego, graue fore, si præciperetur nō amare, sicuti graue est marito, vxorem; & patri, filios relinquere. Cur ergo Deus se amari procipit? Duabus omnino de caussis. *Prima* est stupiditas nostra, & socors negligentia, in recogitãdis Dei beneficijs, quæ si vt decet examinarentur diligentius, non tantũ lumen fidei, sed naturę dictamē quoq;, quantũ diligendus sit Deus, doceret. Peccata excęcant intellectũ, & inordinatus nostri ipsorũ amor, diabolus quoq; obnubilat, & occupationes, & voluptates externæ auertunt, à beneficiorũ cōsideratione. Ac propter ea præcepto debemus (cum magna nostri ignomina) vrgeri, ad hoc ad quod natura nos ducit, quodq; nō debeamus omittere. *Secunda* est vt amoris hui⁹ discamus modũ. nō sufficit Deo amor tenis, nec verba tantũ, nec externa opera; sed prę omnibus animã petit, & cor, quę principia sunt omnis boni. Cor ex superiore sui parte latũ est, ex inferiori verò angustum, & cuspidatum, puncto ea, quæ infra se sunt tangit; quo significatur voluntatem in rebus Diuinis dilatari, in terrenis vero cōtrahi debere. quod autem latus sit Dei amor, mundi contra angustus Dauid docet, *Omnis consummationis vidi finem: latũ mandatum tuum nimis*, quasi dicat, omne quod in mundo etiam cōsummatissimæ perfe- *Psal. 118. 96.*

ctionis

ctionis est, finem habet; mandatum vero tuum, finiri nequit. Debemus enim, amare te diligẽter, super omnia, atq; in amore hoc quotidie, sine termino proficere. Cor, id est, voluntatẽ, in qua subiectatur amor, proximè anima, id est, vita sequitur, quam Deo totam sacrare debemus; ita vt mortem potius, quam offensam honoris ipsius, per peccatũ mortale velimus. Non sufficit Deo, si aliquos pro nomine eius cruciatus feras, ac tandem metu mortis deficias, sed vult vt mortem quoque patiaris, si vitam, nisi ipsum abnegãdo, seruare non possis. Sic amauerũt eum martyres, qui læti ibant ad supplicia. Post animam, vires sequuntur, id est, quicquid valemus: interiores, & exteriores animi sensus, membra corporis, robur, diuitiæ, honor, dignitas, nobilitas, authoritas, & quicquid sub dominio nostro habem⁹, etenim si nec vitæ parcere licet, multò minus eis quæ inferiora sunt. Vult ergo Deus, vt pecuniæ potius, & corporis iacturam, quã amoris faciamus: item vt, in rerũ iam enumeratarum vsu, honorem ipsius spectemus. Concedebat Moysi Pharao, vt viri, & fęminæ cũ liberis suis, in desertũ exirent, Deum adoraturi; bobus interim, & ouibus domi manẽtibus. Moyses autem respondebat, etiam his se indigere ad sacrificia, nec quicquam posse in Ægypto remanere, vsq; ad vngulam. sic & in nobis nihil esse debet, quod ad Dei amorem non referatur. *Benedic*, clamabat Dauid, *anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius.* Demum exigit Deus, totum intellectum, qui est altera animæ nostræ potentia. Voluntas, quæ prima potentia est, prima quoq; recensetur, quia fons amoris est, & ab ipsa ad alias potentias deriuatur, atque ipsa illis ad Dei honorẽ vtitur. Intellectus autem vltimus recensetur, quia cognitione, & meditatione sua amorem perficit. Vult ergo Deus, vt intellectus amorem promoueat, ac voluntatem meditationibus ad amorẽ accendat, conseruet, adiuuet, vt nihil velit, vel in alijs membris exequatur, nisi ad honorem, & amorem Dei, atq; in his, ad finem vsq;, perseueret. Inter quatuor hæc, quæ diuino amori consecrantur, cor præcipuum est, sine quæ cætera nihil prosunt, ipso autem amante, alia quoq; necessario amant, qui enim ex toto corde amat, nec corpori, nec bonis, nec viribus suis, nec intellectui parcit, contrà

Exod. 10. 25.

Psal. 102. 1.

contrà qui tempore necessitatis eisdem parcit, sine dubio ex toto corde non amat. ideoq; quoties Scriptura de Deo amando loquitur, cordis meminit: reliqua vero nonnunquam tacet. sic in Deuteronomio non exprimitur intellectus; Matheus tacet vires; Marcus autem, & Lucas omnia quatuor exprimunt, vt clari⁹ significent, quomodo Deus ex toto corde, amari debeat, nimirum ex tota anima, ex totis viribus, & ex toto intellectu, vt iam dictum est. *Illud quoque aduertendum* est præceptũ hoc *tribus modis* exponi, & impleri posse, quia enim maximum est, & primum vtriusque Legis mãdatum, ad multa extenditur, habetque in se magnam perfectionem. *Primus modus est*. Vt actu Deus sic ex toto corde diligatur, vt omnis nostra cogitatio semper, in ipso sit; atq; hoc modo hic impleri non potest, neque impleuit illud Beata Virgo, cum ad naturę necessitatẽ somnus necessarius sit, & cibus, aliæque corporis indigentię, per quas impedimur. Perficiunt vero Beati in cœlo, qui sine intermissione laudant Deum: si tamen hunc modum quis præceptum putet, sic explicari debet, vt præcipiamur laborare pro cœlesti gloria, vt illic Deum perpetuo laudemus, ita tamen vt si quis in hoc negligentior sit, nõ propterea committat speciale, & ab alijs distinctum peccatum. *Secũdus modus est* vt non quidem præcipiamur actu semper Diuina cogitare, sed vetemur aliquid in nobis habere, quod amoris feruorem minuat, vel totum tollat. Atque hoc modo inter homines, sola B. Virgo illud impleuit, quæ fomitem non habuit nec peccatum, etiam veniale, in verbo, cogitatione, aut opere. Reliqui omnes fomitem habent, & saltem venialiter peccant adeoq; hoc modo præceptum non implent. Fateor, hanc explicationem poni à S. Augustino, nusquam tamẽ addit, mortaliter eos peccare, qui sic illud non implent; vt nunc delirant hæretici, præcepta Dei clamantes impossibilia, propter concupiscentiam, quæ in nobis pugnat, cum lege Dei. nempe ne cogantur laborare solliciti, & pugnare contra tentationes; sed oportebat eos cogitare Apostoli cum illud *nihil damnationis est, eis qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant*, neque enim peccatum est, sentire concupiscentiam, sed ei consentire. Ideoque addit Augustinus, præceptum hoc nobis

Deut. 6. 13. Matth. 22. Marc. 12. Luc. 10.

Psal. 83. 5.

Lib. de perfectione Iustitia.

Rom 8. 1.

nobis dari, tanquam indicem qui demonstret, quo eundũ sit, & tanquam scopum, ad quem ferimus. sicuti enim qui ad scopum iaculatur, eum non semper tangit, nec tam vicinus accedit, quã possit, mouetur tamen ad hoc verbis circumstãtium, aduigila, tange scopum &c. & nihilominus præmium non amittit. si sit alijs vicinior, sic in vita Christiana, ostẽdit per hoc præceptum Deus, quo debeamus tendere, etsi in hac vita nõ possimus eo, propter infirmitates nostras, peruenire. neq; tamen gloriæ coronam amittimus, (nisi lapsi in peccatum mortale) sed plus meretur quisque, pro vt est perfectioni vicinior, id est, concupiscentias habet magis subactas. *Tertius modus est*, vt Deum iubeamur amare, nihilque amori contrarium facere, atque ad hoc necessarium est, vt quis sit in statu gratiæ, ac Dei mandata seruet; iuxta quod dixit Christus: *Si quis diligit me sermonem meum seruabit.* Nam vt recte Gregorius, *Probatio dilectionis exhibitio est operis,* id est, qui legem Dei seruat, se Deum amare manifestat, vt enim Ioannes ait, *qui dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit,* &c. Atque hoc modo non possibile tantum sed & necessarium est præceptum hoc implere, nihil enim pręcipitur aliud, quam vt ex amore Dei omnia eius pręcepta impleamus, atq; ita præceptum hoc generale est, comprehendens sub se reliqua omnia, vt proin bene dicat Apostolus, *plenitudo legis est dilectio.* Ideo cum ab adolescente illo rogaretur Christus, quænam Dei præcepta seruare deberet, ad consequendam salutem non respondit idem quod hic *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,* &c. sed vt ei apertè explicaret quomodo diligendus sit Deus, distinctius dixit, *non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices. honora patrem tuum & matrem tuam, & diliges proximum tuum sicut te ipsum.* quasi explanans præceptum hoc dilectionis, cum responderet ille. *Omnia hæc custodiui à iuuentute mea.* addit Marcus, *Iesus intuitus eum dilexit eum.* ostendens mãdata Dei, quæ ad salutem necessaria sunt seruari posse. Noli ergo putare, quasi, vt hæretici nũc somniant, præceptum hoc seruare non possis, sed labora vt illud impleas, alioqui non saluaberis. & cum audis Deum ex toto corde, anima, viribus, & intellectu diligendum, ne cogites, maiora tibi imponi, quam

Marginal notes: *Ioan. 14.* — *Ioan. 2. 4.* — *Rom. 13. 10.* — *Matth. 19. 18* — *Marc. 10. 21.*

quam præstare possis; sed hoc cogita, exigere Deum à te amorem verum, quo eum diligas, *non verbo* tantum, *neque lingua* vt S. Ioannes ait, *sed opere & veritate.* Et sicuti is qui serio rem aliquam suscipit, illam cordi habet, seque quasi impedit, vt perficiatur, sicuti viator, omnia ad iter componit, reliquis vero quæ eo non faciunt, non diu immoratur: sic vult Deus, præcipuum tuum opus esse, sui dilectionem; atque mandatorum obseruantiam, vt quicquid facias, ad honorem ipsius dirigas, quodque eo non spectat, omittas, vel saltem obiter transeas. Neque hoc molestum est, facis enim quotidie similia, causa temporalis lucri, imo frequenter aliquid tentas, quod vires superet idque vt mundo placeas, quæstum facias temporalem, & Deum peccando offendas. quod pro mundo facis, & ad Dei offensam, pro Deo facias, ad eius gloriam: *sicut exhibuisti membra seruire iniquitati* ita nunc exhibeas ea *seruire iustitiæ in sanctificationem, & vitam æternam.* *1. Ioan. 3. 18.* *Rom. 6. 19.*

VIII. *Et proximum tuum, sicut te ipsum.* Non sufficit Deo à nobis amari, vult & amari proximum cum à Deo non sit, quam nos remotior, & tam ipsi, quam nobis condiderit mundum, fuderit sanguinem, obierit mortem. Proximus gemma est Deo amata, carè emta, vult ergo hanc non odio à nobis haberi, sed amari. Præceptum hoc dupliciter intelligi potest, *Primo.* Iuxta legem naturæ, nempe vt diligamus proximum, sicuti nos ipsos naturaliter diligimus, ipsi faciamus, quod nobis velimus fieri, & non faciamus, quod nobis nolimus. hæc enim duæ sunt naturæ leges, quarum alteram Christus, alteram Thobias expressit, præcipimur ergo amare proximum, non verbis, & vocibus; sed reipsa, vt ei nihil faciamus, aut optemus mali, sed bonum omne, quod nobis ipsis optamus, atque ad hoc eum adiuuemus, *Secũdo,* iuxta legem Diuinam, quæ, amorem proximi vult oriri, ex amore Dei, imo vt vnus sit, & idem amor, quo Deus propter se, & proximus ametur propter Deum. Atque hic præcepti huius legitimus est sensus, propterea enim subijcitur statim, post præceptum de amando Deo. Præcipitur autem nobis. *Primo* vt diligamus omnes; bonos, malos, inimicos, amicos, viuos, & defunctos. *Secundo* vt amor hic sit amor *Matth. 7.* *Thob. 4.*

Dei,

Dei, id est, amemus ideo eos, quia Deum amamus, cuius illi sunt, & à quo amantur, sicuti filium amamus, propter patrem quem amamus. *Tertio* vt amemus eos, non quantum, sed sicut nos ipsos; eodem scilicet modo, & ratione, quo nos ipsos. Volumus nobis summum bonum, non benefacimus nobis, nec amamus nos propter aliorum vtiilitatem; aut iucunditatem; sed propter nos, nec debemus nobis ipsis consentire in malis, sed tantum in bonis. sic & proximus amari debet, vt ei optemus summum bonum, & ad hoc eum promoueamus, non amemus eũ caussa nostræ vtilitatis, quomodo equos amemus, aliasq; res vtiles, aut iucundas, sic enim non amaremus proximum, sed nos ipsos, Demum vt non consentiamus ei in malis, sic enim non vere optaremus ei summum bonum, sed extremum malum; eumque odissemus. Quærit Augustinus cur non dederit Deus præceptum diligendi nosipsos. Respondere possumus, id à natura satis præscribi, cui non raro nimium obedimus, dum nos plus quam decet amamus, ideo nõ tam amor, quam amoris moderatio præcipi debuit: quod Christus fecit, cum diceret. *Qui non accipit crucem suam non est me dignus: qui amat animam suam* (id est vitam) *perderet eam, & si quis vult venire post me abneget semetipsum*, id est, vt peregrinum se habeat seque in me cognoscat.

Epist. 52.

Matth. 10. 38. *Ioan. 12. 25.* *Luc. 9. 23.*

Disce hic, quomodo erga Deum, proximum, & teipsum affectus esse debeas; docent enim hoc duo hæc pręcepta, quę explicuisse videtur Michæas cum dixit. *Iudicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te. vtique facere Iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo.* quasi dicat, Deum honora, ac sollicitus caue, ne eum offendas, quicquid facis, dicis, cogitas, quasi ipso spectante fac, certus omnia ei esse præsentia, & ab eo obseruari, vt secundum illa postmodum iudiceris. Cum proximo sis misericors, adiuua eum in omnibus. Te ipsum iudica, peccata corripe, passiones subijce, ac duriter tecum age. nam, vt Apostolus ait, *si nosmetipsos dijudicaremus non vtique iudicaremur.* Vides ergo quomodo Deus debeat amari sollicitè, proximus misericorditer, tu ipse duriter, vt tibi non parcas hic, sed parcat postea Deus. Eodem quoque modo, Apostolus explicuit dicens. *Sobrie, iustè,*

Mich. 6. 8.

1. Cor. 11. 31.

Tit. 2. 12.

iustè, & piè viuamus in hoc sæculo. cum Deo pie, amantes eum super omnia, nihil ei præferentes, nihil æque ac ipsum timentes amittere. cum proximo *iuste* sine iniuria vt quod volumus nobis velimus etiam ipsi. nobiscum *sobriè* non in cibo tantum, & potu, sed in omnium rerum vsu vt iuxta regulam rectæ rationis, & Dei, pecunijs, honore, & iucunditate vtamur.

Dixitq; illi, recte respondisti, hoc fac, & viues. Salus non est in scientia, sed vita. primo disce scientiam Diuinæ legis, dein adiunge vitam. ignorantia eorum quæ scire debes, & ex hac orta omissio faciendorum, non excusat apud Deum. Verum interim est, eos qui multa sciunt, & malè viuunt, grauius cruciandos, secundum illud Christi *seruus ille qui cognouit voluntatem Domini sui & non fecit &cæt.* interim & qui nescit voluntatem Domini sui, operaque facit plagis digna *vapulabit* sed *paucis.* Qui tamen affectant ignorantiam, vt liberius mandata, quæ nesciunt, violent non minus, quam scientes, vapulabunt. affectare enim ignorantiam, peccatum est. Vides hic non fidem tantum, necessariam esse ad salutem, sed opera quoq; ex charitate facta, & legem hanc de Deo ex toto corde &c. diligendo, non esse impossibilem. Quod enim hæretici dicũt, Christum verba illa *hoc fac & viues* ironicè dixisse, quasi diceret, non potes facere, ea phrasi, qua nos dicimus sume alas & vola, Christum facit hominum irrisorem, ac oscitantem eorum prodit inscitiam, qui non cogitant Christum verba hæc frequentius dixisse, & serio; adolescenti nimirum, & Discipulis suis, quæ si semper dixit ironice, sequitur doctrinam eius in ironijs fundari, vt merito dubitare possimus quid serio, & quid ironice dictum, quidue credendum, quid non. Obedias ergo Christo, & facias quod hic mandat, vt cum obieris, audire merearis, recte respondisti, ac fecisti, veni, vt mecum viuas in æternum. IX.

Marginal notes: *Luc. 12. 4.* — *Luth. ad gal. 3. Calu. 3. Instit. 18.* — *Matth. 19. Ioa. 13. & 15.*

Ille autem, volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: & quis est meus proximus? Non quærebantur Iudæi de obseruantia primi præcepti, (vt pro in falso hæretici nostri calumnientur illud esse impossibile) sciebant enim parentum suorum multos implesse illud vt [a] Dauid [b] Iosaphat [c] Ezechiam [d] Iosiam &c. vt scriptura testatur sed de *proximo* dubitabant quis eo nomine signi- X.

Marginal notes: a *Psal. 118.* b *2. Para. 17.* c *4 Reg. 21.* d *2. Para. 34.*

ficaretur, nemo omnes homines credebat esse proximos, eò quod impossibile videretur, omnes amare, sicut nosipsos; pauperes abijcimus, vt terræ vermes; inimicos odimus, & mala tolerare, quam eos amare malumus; peregrinis vix afficimur, vt in Nabal patet, cùm dixit *Tollamne panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum meorum*, id est cibum & potum *& dabo viris quos nescio vnde sint?* Propter hæc ergo, & similia, quærit Doctor *Quis est meus proximus?* idque vt se iustificaret, id est, ob quæstionem adeo piam Christo, & omnibus præsentibus, iustus videretur. Sed dum voluit iustificare se iniustus mansit, solus enim Deus est, qui iustificat per fidem, & veram contritionem. Si nunc inter Christianos quis hanc moueret quæstionem, certè etsi Christus eam resoluerit, mirabiles tamen audiret responsiones. quidam amicos, quidam homines eiusdem secum conditionis dicerent proximos; horum enim caussa, nulli sumtui, aut labori parcimus, in donis, epulis, superbia & cæt. Nemo pauperes putat proximos, ideoque mille quæruntur argumenta, ne iuuentur, quorum aliqua citat & dissoluit Sanct. Chrysostomus. Allegant *Primo* multos pauperum fraudulenter agere, dum morbos fingunt, & colore superinducto pingunt. Respondet, vel ex eo diuitum colligi tyrannidem, qui tam immisericordes sint, vt ad impetrandam eleemosynam, pauperes mendacio egeant. Certe inclemens esset pater, cuius filius ad impetrandum panis frustum, morbos deberet fingere. *Secundo* Pauperes abligurire suas eleemosynas, & opipare viuere. Respondet, Non debere nos, conseruorum expensas, tam rigide subducere, qui enim duriter agit, & rigide cum conseruo suo, Deus quoque cum eodem durius aget. *Tertio* Pauperes esse malos. Respondet. Nisi certus sis, noli iudicare proximum, & licet mali sint, eleemosynæ nihil decedit, quæ non datur eorum malitiæ, sed Christo: nuntius malus literas portat. malus fuit Iudas, accepit tamen, & seruabat eleemosynas Christo, & Apostolis datas. Si quem nosti malum, oportunitatem habes duplicis eleemosynæ, corporalis scilicet, & spiritualis. Nam sicuti canes famelicos, & escam sperantes, instruis ad artem vt posterioribus pedibus ambu-

1. Reg. 25. 11.

Argumēta auarorum.

Hom. 35. & 37. ad pop. Antioch.

ambulent, pileum portent &cæt. sic, audient te pauperes melius, in his quæ animam concernunt si corporalem eis pastum præstes. *Quarto.* Pauperes foueri debent bonis Ecclesiasticorum, quæ in hunc vsum Ecclesijs, & Religionibus collata sunt. Placet hoc argumentum supra modum nostri temporis hæreticis, qui sub prætextu iuuandorum pauperum Ecclesias violant, & monasteria spoliant. Respondet. Quid ad te quid facere debeant alij, eleemosynis meis tu non saluaberis, nec redimentur peccata tua eleemosynis Ecclesiasticorum. Si te putes à dandis eleemosynis excusatum, quia dare eas debent Ecclesiastici, consequens erit te ab oratione quoque excusatum, & ieiunijs, quia ad hæc illi tenentur. Nescis non institutas à Deo eleemosynas, propter pauperes, quos alio modo potuisset iuuare: sed propter diuites, vt cœlum emant? Sunt hæc & similia, etiam nunc Christianorum contra eleemosynas argumenta: vt sic re ipsa ostendant, se pauperes non habere pro proximis, quasi non obligarentur eis, tanquam proximis succurrere. Augustinus, ad quæstionem initio propositam, respondet creaturas omnes rationales, esse nostros proximos, quamdiu vel nos, ipsos iuuare possumus, vel ipsi nos, atque hi non dicuntur vicini, nec propinqui, nec propiores, sed proximi, vt commendetur mutua quæ intercedit necessitudo, atque ita firmius, & diligentius inuicem amemus, nec vnus extollatur supra alterum. Sumus enim pariter omnes ab eodem Deo conditi, Dei Filio per sanguinis eius pretium redemti, ad eandem cœli hæreditatem vocati. Quemcunque ergo videris, quantumlibet miserum, noli contemnere; sed proximum cogita, & vt fratrem iuua. idem enim habet ius, Deum communem omnium creatorem appellandi Patrem, & orandi *Pater noster, qui es in cœlis*, &c.

Homil. 86. in Matth.

Quis Aug. Proximus.

Libr. 1. de doctr. Christ. cap. 30.

XI. *Suscipiens autem Iesus, dixit.* Susceptio hæc quæstionem significat Christo gratam fuisse, ad quam respondere velit; & simul pulcherrima documenta inserere: in sequenti enim parabola (vel, vt alijs placet, historia) non tantum docet illum esse proximum, vel quem nos iuuare possumus, vel qui

ficaretur, nemo omnes homines credebat esse proximos, eò quod impossibile videretur, omnes amare, sicut nosipsos; pauperes abijcimus, vt terrę vermes; inimicos odimus, & mala tolerare, quam eos amare malumus; peregrinis vix afficimur, vt in Nabal patet, cùm dixit *Tollamne panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum meorum*, id est cibum & potum *& dabo viris quos nescio vnde sint?* Propter hæc ergo, & similia, quærit Doctor *Quis est meus proximus?* idque vt se iustificaret, id est, ob quæstionem adeo piam Christo, & omnibus præsentibus, iustus videretur. Sed dum voluit iustificare se iniustus mansit, solus enim Deus est, qui iustificat per fidem, & veram contritionem. Si nunc inter Christianos quis hanc moueret quæstionem, certè etsi Christus eam resoluerit, mirabiles tamen audiret responsiones. quidam amicos, quidam homines eiusdem secum conditionis dicerent proximos; horum enim caussa, nulli sumtui, aut labori parcimus, in donis, epulis, superbia & cæt. Nemo pauperes putat proximos, ideoque mille quæruntur argumenta, ne iuuentur, quorum aliqua citat & dissoluit Sanct. Chrysostomus. Allegant *Primo* multos pauperum fraudulenter agere, dum morbos fingunt, & colore superinducto pingunt. Respondet, vel ex eo diuitum colligi tyrannidem, qui tam immisericordes sint, vt ad impetrandam eleemosynam, pauperes mendacio egeant. Certe inclemens esset pater, cuius filius ad impetrandum panis frustum, morbos deberet fingere. *Secundo* Pauperes abligurire suas eleemosynas, & opipare viuere. Respondet, Non debere nos, conseruorum expensas, tam rigide subducere, qui enim duriter agit, & rigide cum conseruo suo, Deus quoque cum eodem durius aget. *Tertio* Pauperes esse malos. Respondet. Nisi certus sis, noli iudicare proximum, & licet mali sint, eleemosynæ nihil decedit, quæ non datur eorum malitiæ, sed Christo: nuntius malus literas portat. malus fuit Iudas, accepit tamen, & seruabat eleemosynas Christo, & Apostolis datas. Si quem nosti malum, oportunitatem habes duplicis eleemosynæ, corporalis scilicet, & spiritualis. Nam sicuti canes famelicos, & escam sperantes, instruis ad artem vt posterioribus pedibus ambu-

1. Reg. 25. 11.

Argumēta auarorum.

Hom. 35. & 87. ad pop. Antioch.

ambulent, pileum portent &cæt. sic, audient te pauperes melius, in his quæ animam concernunt si corporalem eis pastum præstes. *Quarto*. Pauperes foueri debent bonis Ecclesiasticorum, quæ in hunc vsum Ecclesijs, & Religionibus collata sunt. Placet hoc argumentum supra modum nostri temporis hæreticis, qui sub prætextu iuuandorum pauperum Ecclesias violant, & monasteria spoliant. Respondet. Quid ad te quid facere debeant alij, eleemosynis meis tu non saluaberis, nec redimentur peccata tua eleemosynis Ecclesiasticorum. Si te putes à dandis eleemosynis excusatum, quia dare eas debent Ecclesiastici, consequens erit te ab oratione quoque excusatum, & ieiunijs, quia ad hæc illi tenentur. Nescis non institutas à Deo eleemosynas, propter pauperes, quos alio modo potuisset iuuare: sed propter diuites, vt cœlum emant? Sunt hæc & similia, etiam nunc Christianorum contra eleemosynas argumenta: vt sic re ipsa ostendant, se pauperes non habere pro proximis, quasi non obligarentur eis, tanquam proximis succurrere. Augustinus, ad quæstionem initio propositam, respondet creaturas omnes rationales, esse nostros proximos, quamdiu vel nos, ipsos iuuare possumus, vel ipsi nos, atque hi non dicuntur vicini, nec propinqui, nec propiores, sed proximi, vt commendetur mutua quæ intercedit necessitudo, atque ita firmius, & diligentius inuicem amemus, nec vnus extollatur supra alterum. Sumus enim pariter omnes ab eodem Deo conditi, Dei Filio per sanguinis eius pretium redemti, ad eandem cœli hæreditatem vocati. Quemcunque ergo videris, quantumlibet miserum, noli contemnere; sed proximum cogita, & vt fratrem iuua. idem enim habet ius, Deum communem omnium creatorem appellandi Patrem, & orandi *Pater noster, qui es in cœlis*, &c.

Homil. 86. in Matth.

Quis Aug. Proximus. Libr. 1. de doctr. Christ. cap. 30.

XI. *Suscipiens autem Iesus, dixit.* Susceptio hæc quæstionem significat Christo gratam fuisse, ad quam respondere velit; & simul pulcherrima documenta inserere: in sequenti enim parabola (vel, vt alijs placet, historia) non tantum docet illum esse proximum, vel quem nos iuuare possumus, vel qui nos

ficaretur, nemo omnes homines credebat esse proximos, eò quod impossibile videretur, omnes amare, sicut nosipsos; pauperes abijcimus, vt terrę vermes; inimicos odimus, & mala tolerare, quam eos amare malumus; peregrinis vix afficimur, vt in Nabal patet, cùm dixit *Tollam ne panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum meorum*, id est cibum & potum *& dabo viris quos nescio vnde sint?* Propter hæc ergo, & similia, quærit Doctor *Quis est meus proximus?* idque vt se iustificaret, id est, ob quæstionem adeo piam Christo, & omnibus præsentibus, iustus videretur. Sed dum voluit iustificare se iniustus mansit, solus enim Deus est, qui iustificat per fidem, & veram contritionem. Si nunc inter Christianos quis hanc moueret quæstionem, certè etsi Christus eam resoluerit, mirabiles tamen audiret responsiones. quidam amicos, quidam homines eiusdem secum conditionis dicerent proximos; horum enim caussa, nulli sumtui, aut labori parcimus, in donis, epulis, superbia & cæt. Nemo pauperes putat proximos, ideoque mille quæruntur argumenta, ne iuuentur, quorum aliqua citat & dissoluit Sanct. Chrysostomus. Allegant *Primo* multos pauperum fraudulenter agere, dum morbos fingunt, & colore superinducto pingunt. Respondet, vel ex eo diuitum colligi tyrannidem, qui tam immisericordes sint, vt ad impetrandam eleemosynam, pauperes mendacio egeant. Certe inclemens esset pater, cuius filius ad impetrandum panis frustum, morbos deberet fingere. *Secundo* Pauperes abligurire suas eleemosynas, & opipare viuere. Respondet, Non debere nos, conseruorum expensas, tam rigide subducere, qui enim duriter agit, & rigide cum conseruo suo, Deus quoque cum eodem durius aget. *Tertio* Pauperes esse malos. Respondet. Nisi certus sis, noli iudicare proximum, & licet mali sint, eleemosynæ nihil decedit, quæ non datur eorum malitiæ, sed Christo: nuntius malus literas portat. malus fuit Iudas, accepit tamen, & seruabat eleemosynas Christo, & Apostolis datas. Si quem nosti malum, oportunitatem habes duplicis eleemosynæ, corporalis scilicet, & spiritualis. Nam sicuti canes famelicos, & escam sperantes, instruis ad artem vt posterioribus pedibus ambu-

1. Reg. 25. 11.

Argumēta auarorum.

Hom. 35. & 37. ad pop. Antioch.

ambulent, pileum portent &cæt. sic, audient te pauperes melius, in his quæ animam concernunt si corporalem eis pastum præstes. *Quarto.* Pauperes foueri debent bonis Ecclesiasticorum, quæ in hunc vsum Ecclesijs, & Religionibus collata sunt. Placet hoc argumentum supra modum nostri temporis hæreticis, qui sub prætextu iuuandorum pauperum Ecclesias violant, & monasteria spoliant. Respondet. Quid ad te quid facere debeant alij, eleemosynis meis tu non saluaberis, nec redimentur peccata tua eleemosynis Ecclesiasticorum. Si te putes à dandis eleemosynis excusatum, quia dare eas debent Ecclesiastici, consequens erit te ab oratione quoque excusatum, & ieiunijs, quia ad hæc illi tenentur. Nescis non institutas à Deo eleemosynas, propter pauperes, quos alio modo potuisset iuuare: sed propter diuites, vt cœlum emant? Sunt hæc & similia, etiam nunc Christianorum contra eleemosynas argumenta: vt sic re ipsa ostendant, se pauperes non habere pro proximis, quasi non obligarentur eis, tanquam proximis succurrere. Augustinus, ad quæstionem initio propositam, respondet creaturas omnes rationales, esse nostros proximos, quamdiu vel nos, ipsos iuuare possumus, vel ipsi nos, atque hi non dicuntur vicini, nec propinqui, nec propiores, sed proximi, vt commendetur mutua quæ intercedit necessitudo, atque ita firmius, & diligentius inuicem amemus, nec vnus extollatur supra alterum. Sumus enim pariter omnes ab eodem Deo conditi, Dei Filio per sanguinis eius pretium redemti, ad eandem cœli hæreditatem vocati. Quemcunque ergo videris, quantumlibet miserum, noli contemnere; sed proximum cogita, & vt fratrem iuua. idem enim habet ius, Deum communem omnium creatorem appellandi Patrem, & orandi *Pater noster, qui es in cœlis*, &c.

Homil. 86. in Matth.

Quis Aug. Proximus. Libr. 1. de doctr. Christ. cap. 30.

XI. *Suscipiens autem Iesus, dixit.* Susceptio hæc quæstionem significat Christo gratam fuisse, ad quam respondere velit; & simul pulcherrima documenta inserere: in sequenti enim parabola (vel, vt alijs placet, historia) non tantum docet illum esse proximum, vel quem nos iuuare possumus, vel qui

ficaretur, nemo omnes homines credebat esse proximos, eò quod impossibile videretur, omnes amare, sicut nosipsos; pauperes abijcimus, vt terrę vermes; inimicos odimus, & mala tolerare, quam eos amare malumus; peregrinis vix afficimur, vt in Nabal patet, cùm dixit *Tollamne panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum meorum*, id est cibum & potum *& dabo viris quos nescio vnde sint?* Propter hæc ergo, & similia, quærit Doctor *Quis est meus proximus?* idque vt se iustificaret, id est, ob quæstionem adeo piam Christo, & omnibus præsentibus, iustus videretur. Sed dum voluit iustificare se iniustus mansit, solus enim Deus est, qui iustificat per fidem, & veram contritionem. Si nunc inter Christianos quis hanc moueret quæstionem, certè etsi Christus eam resoluerit, mirabiles tamen audiret responsiones. quidam amicos, quidam homines eiusdem secum conditionis dicerent proximos; horum enim caussa, nulli sumtui, aut labori parcimus, in donis, epulis, superbia & cæt. Nemo pauperes putat proximos, ideoque mille quæruntur argumenta, ne iuuentur, quorum aliqua citat & dissoluit Sanct. Chrysostomus. Allegant *Primo* multos pauperum fraudulenter agere, dum morbos fingunt, & colore superinducto pingunt. Respondet, vel ex eo diuitum colligi tyrannidem, qui tam immisericordes sint, vt ad impetrandam eleemosynam, pauperes mendacio egeant. Certe inclemens esset pater, cuius filius ad impetrandum panis frustum, morbos deberet fingere. *Secundo* Pauperes abligurire suas eleemosynas, & opipare viuere. Respondet, Non debere nos, conseruorum expensas, tam rigide subducere, qui enim duriter agit, & rigide cum conseruo suo, Deus quoque cum eodem durius aget. *Tertio* Pauperes esse malos. Respondet. Nisi certus sis, noli iudicare proximum, & licet mali sint, eleemosynæ nihil decedit, quæ non datur eorum malitiæ, sed Christo: nuntius malus literas portat. malus fuit Iudas, accepit tamen, & seruabat eleemosynas Christo, & Apostolis datas. Si quem nosti malum, oportunitatem habes duplicis eleemosynæ, corporalis scilicet, & spiritualis. Nam sicuti canes famelicos, & escam sperantes, instruis ad artem vt posterioribus pedibus ambu-

1. Reg. 25. 11.

Argumēta auarorum.

Hom. 35. & 37. ad pop. Antioch.

ambulent, pileum portent &cæt. sic, audient te pauperes melius, in his quæ animam concernunt si corporalem eis pastum præstes. *Quarto*. Pauperes foueri debent bonis Ecclesiasticorum, quæ in hunc vsum Ecclesijs, & Religionibus collata sunt. Placet hoc argumentum supra modum nostri temporis hæreticis, qui sub prætextu iuuandorum pauperum Ecclesias violant, & monasteria spoliant. Respondet. Quid ad te quid facere debeant alij, eleemosynis meis tu non saluaberis, nec redimentur peccata tua eleemosynis Ecclesiasticorum. Si te putes à dandis eleemosynis excusatum, quia dare eas debent Ecclesiastici, consequens erit te ab oratione quoque excusatum, & ieiunijs, quia ad hæc illi tenentur. Nescis non institutas à Deo eleemosynas, propter pauperes, quos alio modo potuisset iuuare: sed propter diuites, vt cœlum emant? Sunt hæc & similia, etiam nunc Christianorum contra eleemosynas argumenta: vt sic re ipsa ostendant, se pauperes non habere pro proximis, quasi non obligarentur eis, tanquam proximis succurrere. Augustinus, ad quæstionem initio propositam, respondet creaturas omnes rationales, esse nostros proximos, quamdiu vel nos, ipsos iuuare possumus, vel ipsi nos, atque hi non dicuntur vicini, nec propinqui, nec propiores, sed proximi, vt commendetur mutua quæ intercedit necessitudo, atque ita firmius, & diligentius inuicem amemus, nec vnus extollatur supra alterum. Sumus enim pariter omnes ab eodem Deo conditi, Dei Filio per sanguinis eius pretium redemti, ad eandem cœli hæreditatem vocati. Quemcunque ergo videris, quantumlibet miserum, noli contemnere; sed proximum cogita, & vt fratrem iuua. idem enim habet ius, Deum communem omnium creatorem appellandi Patrem, & orandi *Pater noster, qui es in cœlis*, &c.

Homil. 86. in Matth.

Quis Aug. Proximus. *Libr. 1. de doctr. Christ. cap. 30.*

XI. *Suscipiens autem Iesus, dixit.* Susceptio hæc quæstionem significat Christo gratam fuisse, ad quam respondere velit; & simul pulcherrima documenta inserere: in sequenti enim parabola (vel, vt alijs placet, historia) non tantum docet illum esse proximum, vel quem nos iuuare possumus, vel qui

Dei, id est, amemus ideo eos, quia Deum amamus, cuius illi sunt, & à quo amantur, sicuti filium amamus, propter patrem quem amamus. *Tertio* vt amemus eos, non quantum, sed sicut nos ipsos; eodem scilicet modo, & ratione, quo nos ipsos. Volumus nobis summum bonum, non benefacimus nobis, nec amamus nos propter aliorum vtiilitatem; aut iucunditatem; sed propter nos, nec debemus nobis ipsis consentire in malis, sed tantum in bonis. sic & proximus amari debet, vt ei optemus summum bonum, & ad hoc eum promoueamus, non amemus eũ caussa nostræ vtilitatis, quomodo equos amemus, aliasq; res vtiles, aut iucundas, sic enim non amaremus proximum, sed nos ipsos, Demum vt non consentiamus ei in malis, sic enim non vere optaremus ei summum bonum, sed extremum malum; eumque odissemus. Quærit Augustinus cur non dederit Deus præceptum diligendi nosipsos. Respondere possumus, id à natura satis præscribi, cui non raro nimium obedimus, dum nos plus quam decet amamus, ideo nõ tam amor, quam amoris moderatio præcipi debuit: quod Christus fecit, cum diceret. *Qui non accipit crucem suam non est me dignus: qui amat animam suam* (id est vitam) *perderet eam, & si quis vult venire post me abneget semetipsum*, id est, vt peregrinum se habeat seque in me cognoscat.

Epist. 52.

Matth. 10. 38.
Ioan. 12. 25.
Luc. 9. 23.

Disce hic, quomodo erga Deum, proximum, & teipsum affectus esse debeas; docent enim hoc duo hæc pręcepta, quę explicuisse videtur Michæas cum dixit. *Iudicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te. vtique facere Iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo.* quasi dicat, Deum honora, ac sollicitus caue, ne eum offendas, quicquid facis, dicis, cogitas, quasi ipso spectante fac, certus omnia ei esse præsentia, & ab eo obseruari, vt secundum illa postmodum iudiceris. Cum proximo sis misericors, adiuua eum in omnibus. Te ipsum iudica, peccata corripe, passiones subijce, ac duriter tecum age. nam, vt Apostolus ait, *si nosmetipsos dijudicaremus non vtique iudicaremur.* Vides ergo quomodo Deus debeat amari sollicitè, proximus misericorditer, tu ipse duriter, vt tibi non parcas hic, sed parcat postea Deus. Eodem quoque modo, Apostolus explicuit dicens. *Sobrie, iustè,*

Mich. 6. 8.

1. Cor. 11. 31.

Tit. 2. 12.

iuste, & pie viuamus in hoc sæculo. cum Deo pie, amantes eum super omnia, nihil ei præferentes, nihil æque ac ipsum timentes amittere. cum proximo *iuste* sine iniuria vt quod volumus nobis velimus etiam ipsi. nobiscum *sobrie* non in cibo tantum, & potu, sed in omnium rerum vsu vt iuxta regulam rectæ rationis, & Dei, pecunijs, honore, & iucunditate vtamur.

Dixitq; illi, recte respondisti, hoc fac, & viues. Salus non est in IX.
scientia, sed vita. primo disce scientiam Diuinæ legis, dein adiunge vitam. ignorantia eorum quæ scire debes, & ex hac orta omissio faciendorum, non excusat apud Deum. Verum interim est, eos qui multa sciunt, & male viuunt, grauius cruciandos, secundum illud Christi *seruus ille qui cognouit voluntatem Domini sui & non fecit &cæt.* interim & qui nescit voluntatem Domini sui, operaque facit plagis digna *vapulabit* sed *paucis.* Qui tamen affectant ignorantiam, vt liberius mandata, quæ nesciunt, violent non minus, quam scientes, vapulabunt. affectare enim ignorantiam, peccatum est. Vides hic non fidem tantum, necessariam esse ad salutem, sed opera quoq; ex charitate facta, & legem hanc de Deo ex toto corde &c. diligendo, non esse impossibilem. Quod enim hæretici dicũt, Christum verba illa *hoc fac & viues* ironice dixisse, quasi diceret, non potes facere, ea phrasi, qua nos dicimus sume alas & vola, Christum facit hominum irrisorem, ac oscitantem eorum prodit inscitiam, qui non cogitant Christum verba hæc frequentius dixisse, & serio; adolescenti nimirum, & Discipulis suis, quæ si semper dixit ironice, sequitur doctrinam eius in ironijs fundari, vt merito dubitare possimus quid serio, & quid ironice dictum, quidue credendum, quid non. Obedias ergo Christo, & facias quod hic mandat, vt cum obieris, audire merearis, recte respondisti, ac fecisti, veni, vt mecum viuas in æternum.

Luc. 12. 4.
Luth. ad gal. 3. Calu. 3. Instit. 18.
Matth. 19. Ioa. 13. & 15.

Ille autem, volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: & quis est meus proximus? Non quærebantur Iudæi de obseruantia primi X.
præcepti, (vt pro in falso hæretici nostri calumnientur illud esse impossibile) sciebant enim parentum suorum multos impleſſe illud vt [a] Dauid [b] Iosaphat [c] Ezechiam [d] Iosiam &c. vt scriptura testatur sed de *proximo* dubitabant quis eo nomine significare-

a Psal. 118. b 2. Paral. 31. c 4 Reg. 21. d 1. Paral. 22.

ambulent, pileum portent &cæt. sic, audient te pauperes melius, in his quæ animam concernunt si corporalem eis pastum præstes. *Quarto*. Pauperes foueri debent bonis Ecclesiasticorum, quæ in hunc vsum Ecclesijs, & Religionibus collata sunt. Placet hoc argumentum supra modum nostri temporis hæreticis, qui sub prætextu iuuandorum pauperum Ecclesias violant, & monasteria spoliant. Respondet. Quid ad te quid facere debeant alij, eleemosynis meis tu non saluaberis, nec redimentur peccata tua eleemosynis Ecclesiasticorum. Si te putes à dandis eleemosynis excusatum, quia dare eas debent Ecclesiastici, consequens erit te ab oratione quoque excusatum, & ieiunijs, quia ad hæc illi tenentur. Nescis non institutas à Deo eleemosynas, propter pauperes, quos alio modo potuisset iuuare: sed propter diuites, vt cœlum emant? Sunt hæc & similia, etiam nunc Christianorum contra eleemosynas argumenta: vt sic re ipsa ostendant, se pauperes non habere pro proximis, quasi non obligarentur eis, tanquam proximis succurrere. Augustinus, ad quæstionem initio propositam, respondet creaturas omnes rationales, esse nostros proximos, quamdiu vel nos, ipsos iuuare possumus, vel ipsi nos, atque hi non dicuntur vicini, nec propinqui, nec propiores, sed proximi, vt commendetur mutua quæ intercedit necessitudo, atque ita firmius, & diligentius inuicem amemus, nec vnus extollatur supra alterum. Sumus enim pariter omnes ab eodem Deo conditi, Dei Filio per sanguinis eius pretium redemti, ad eandem cœli hæreditatem vocati. Quemcunque ergo videris, quantumlibet miserum, noli contemnere; sed proximum cogita, & vt fratrem iuua. idem enim habet ius, Deum communem omnium creatorem appellandi Patrem, & orandi *Pater noster, qui es in cœlis*, &c.

Hom. 86. in Matth.

Quis Aug. Proximus.

Libr. 1. de doctr. Christ. cap. 30.

XI. *Suscipiens autem Iesus, dixit.* Susceptio hæc quæstionem significat Christo gratam fuisse, ad quam respondere velit; & simul pulcherrima documenta inserere: in sequenti enim parabola (vel, vt alijs placet, historia) non tantum docet illum esse proximum, vel quem nos iuuare possumus, vel qui

nos vt supra ex Augustino diximus; sed, vt Ambrosius, Hieronym. Augustinus, alijq; testantur, pulcherrima innuit mysteria de lapsu hominis in peccatum de reparatione per Christum, de iustificatione, Sacramentis & Ecclesiæ regimine. Nota ergo, quod semper plura quam petis, docebit te Deus, modo vere doceri petas. ideoque libenter, & diligenter pios, ac doctos consule, in his quæ ad salutem spectant; vt doceant te hi ex Dei verbo exterius, Deus vero illuminabit animum tuum interius: vt ex illorum dictis, tu plura colligas, quam illi significent. Iosaphat filius magni Christianorum persecutoris, & tyranni Auennir Regis Indorum, à tenera ætate pulcherrimo fuit inclusus palatio, ne exiens videret aliquid, vel audiret, quo ad Christianam fidem inclinaretur. atque in eo omnis ei fuit exhibita recreatio, sine vlla alicuius tristitiæ mētione. ita vt de morbis, ægritudine, senectute, & morte nihil audiret vnquam, vel sciret. Cum ergo ad vsum rationis venisset, ambulansque in horto videret extra muros aerem alium, & locum; voluit egredi, vt eum videret. Concessit id ei pater, procurans interea, ne quis morbidus ei in via occurreret, ex quo contristaretur, aut alteraretur. Sed contigit eum ingredi per aliam viam, in qua primo claudum vidit, dein leprosum: quærit quæ essent hæc animalia? respondet Pedagogus, esse homines afflictos. vidit iterum, senen caluum, lippis oculis, tremulum, & incuruum præ senio; quærit quod istud sit animal, respondent, hominem esse præ senio sic affectum. quærit, vtrum homines omnes, & etiam ipse malo illi sint obnoxij? & quod illud absit annorum millibus? Respondent, nec mille, nec centum annis abesse, cum pauci ad centenariam ætatem perueniant. quærit, quid fiat dein? respondent, mors sequitur, tunc ille, & quid est mors? separatio, respondent, corporis ab anima, quando corpus in terram vertitur, anima autem quo abeat nescimus. quærit iterum, num & ipse moriturus sit? & an aliquod antidotum mortis? respondent, moriturum: lex enim hæc omnium est, tempus incertum, remedium nullum. Erant hæ quæstiones vtiles, & veræ responsiones: operabatur interim Deus in adolescentis animo mirabiliter, & aliter multo, quam respondentes opinabantur. tristabatur

Damasc. in histor.

ſtabatur enim quod audiſſet ſe moriturum, nullum eſſe remedium morti, horam mortis,& animæ locum, incerta eſſe, nec ſedari à ſuis vllo modo poterat. Agebat tunc in ſolitudine Eremita,nomine Barlaam,qui cum intellexiſſet, Regis filium quærere remedium aduerſus mortem;ſimulat ſe mercatorem, & ingreſſus palatium, petijt admitti ad colloquium cum filio regis, tanquam qui haberet gemmam mortis amolitricem.Pedagogus petit ſibi illam oſtendi. Barlaam vero reſpondit,mihi quidem id inconſulto videris petere; quantum enim conijcio, impudicè viuis,quiſquis vero talis gemmam adſpicit,protinus excœcatur,porro filius Regis, vt audio adhuc virgo eſt,ideoque non nocebit ei,ſed proderit. Atque ita admiſſus eſt ad Ioſaphat, qui multum ſibi de remedio illo gratulabatur. Barlaam autem dixit, quod primum ipſe diſponi deberet,& præparari. incipit ergo ex ſcripturis aperire originem mortis & paulatim quomodo Chriſtus incarnatus, paſſus,mortuus,& ſepultus ſit pro nobis, dederitque remedium contra mortem æternam, temporalem vero mortem portam fecerit æternæ vitæ, atque hoc pacto explicabat ei fidem omnem & Chriſtianæ fidei myſteria, vt ſic paulatim in Chriſtum crederet. Deus autem efficaciſſime in animo iuuenis operabatur: intellexit enim ſtatim quo Barlaam tenderet,neque iam amplius de corporali gemma quærebat. Factus eſt Chriſtianus, & baptizatus tantam ſenſit rerum diuinarum ſuauitatem, vt Deo, ad honorem B. Matris Mariæ, virginitatem voueret perpetuam, ciliciumque peteret Barlaami quo diu pariter, & noctu induebatur ſuper nudo. Multas à Patre conſtantiſſime tolerauit perſecutiones, & tandem patrem, cùm integro regno conuertit,& patre defuncto, ac fide iam vbique propagata,ac firmata, alium ſibi pium virum, nomine Barachiam,ſubſtituit Regem, ipſe vero in ſolitudinem abijt ſolus,ad magiſtrum ſuum Barlaam, apud quem vitam ducens eremiticam, tandem miraculis in vita, & poſt mortem clarus obijt. Docet hoc exemplum diligentem, ac deuotam vitæ emendationem; & verbi Dei ſedulam auditionem: ita fiet, vt Chriſtus indies te magis,ac magis inſtruat,ac tandem ad magnam perfectionem adducat.

Proinde cum vis luxuriæ indulgere, furtum committere, ebrietatem consectari, vindictam, aut aliud aliquod peccatum lethale committere, cogita quod in longinquam regionem proficiscaris, atq; prius etiam excogita diligẽter, quibus rationibus mouearis ad huiusmodi vitia: voca in consilium amicos tuos, Angelum nimirum Sanctum, qui pia quæq; suggerere tibi solet, Confessarium tuum, qui nouit conscientiam tuam, Sanctos Dei, & præcipuè Sanctam matrem Dei Mariam, qui omnes benè tibi volunt, atq; à te relinquentur: ausculta primum, quidnam tibi dicturi & consulturi sint. Admonebunt enim te, atq; probabunt rationes tuas vanas & iniustus esse, neq; sufficere ad statum virtutum relinquẽdum, teq; collocandum in statu æternæ damnationis: quia ista non aliam ob causam facere desideras, nisi vt concupiscentiæ tuæ satisfacias: quæ digna non est, vt eam semel exaudias, quia pericula magna sunt, & status iste miserabilis, quandoquidem ex filio Dei, mancipium diaboli fies, atq; esca inferni. Quæ si diligenter ponderare velis, non facilè in peccatum aliquod lethiferum prolaberis.

Et incidit in latrones. Incipit hic status peccatorum, in quem primus noster parens delapsus est, transgrediendo mandatum Dei, in quem statum semper nos decidimus, quando lethaliter Deum offendimus. Latrones isti sunt dæmones, qui latronum proprietates habẽt. Nam *inprimis*, quemadmodum latrones expulsi sunt patria sua, atq; priuati amicis, omnibusque fortunis, vnde grassatores & prædatores fiunt. viatoribus summè noxij: ita quidem dæmones ex sua patria regni cœlestis extrusi, omnibusq; suis bonis spiritualibus orbati, venerũt in hanc terrã, vt hominẽ etiam ad cœlum tendentem, ab hoc itinere impediant, lædant, & in infinitas miserias deijciãt. *Deinde*, quemadmodum latrones ex præda viuunt, ita dæmones nihil aliud desiderant, quam prædari, nocere, & trucidare, tanquam si istis rebus impijs desideria sua famelica lenire & explere possent. *Tertio*, quemadmodum latrones rectè quidem insidias ponunt, atque subinde se tanquam amicos applicant ad viatorem, nonnunquam etiam socios itineris esse velle insinuant, vt hoc modo incautum decipiant:

XIII. Status Adami iam in peccatum prolapsi.

1\. Dæmones quas latronum proprietates habeant.

2\.

3\.

ita & Dæmones transfigurant se in Angelos lucis, (vt ait S.
2.Cor.11.13. Paulus) vt ita subtegumento quodam virtutum aut alicuius
boni, te decipere queant, & omnibus bonis tuis euertere.
4. *Quartò*, quemadmodum latrones nunquam ex omnibus suis latrocinijs & prædationibus ditescunt: ita & dæmon nihil boni inde percipit, neque etiam vel hilo fit beatior, aut fortunatior, aut deniq; minora tormenta patitur, quod tanta mala hominibus inferat. Cùm igitur sciamus latrones huiusmodi in via esse, per quam incedimus, cauendam nobis est, ne in manus illorum deueniamus. Non enim habent illi manus hominum aut digitos quos effugere, & ex quibus nos extricare possimus; sed diabolicas vngulas, quibus firmiter tenent, quicquid habent, atque fortiter admodum premunt. Vnde
Apoc.12.12. rectè S. Ioannes: *Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam*. Scito ergo aerem hunc plenum esse dæ-
Collat.8. monibus, quemadmodum Abbas Seren. apud Cassianum
Athanas. in eius vita. dicebat; & etiam San. Anthonius videndo tot dæmonum laqueos in terra extensos, admirabatur, si aliquis hominum eosdem effugere posset. Vnde sapienter admodum facit, quisquis rectam ac certam viam ingreditur, quæ est vita religiosorum: ad quam vtique viam certiorē cæteris, latrones isti haud facilè aditum habent, propter arma fortissima, & probos socios, qui in via illa nobiscum eunt, quique suo consilio, solatio, monitis, exemplis, orationibusque nos defendunt. Nam voluntaria paupertas, virginalis castitas, perfecta obedientia,
Mundanis hominibus quid obseruandum. sunt arma inexpugnabilia, quibus omnes diabolicæ tentationes superantur, & conteruntur. Quisquis autem in hac via cū ista societate esse nō potest, sed cogitur in periculosa illa mun-
1. di huius via iter suum facere, is duo hæc obseruet. *Imprimis* quærat sibi fidelem socium, cui omnes viæ, sicut Angelo Raphaeli probè notæ sint, tum loca ipsa, in quibus hostes insidiosè aggredi quenquam conantur, obseruet. Socius autē hic tuus erit Confessarius, cuius consilium in omnibus sequeris.
2. *Deinde* celerrimè transcurrat viam illam, sicuti canes Ægyptia-
Simile. ci: Quoniam dum canes aduertunt, quod in flumine Nilo sint multi Crocodili, aquis innatantes, & ad prædam inhiantes, si quis hominum aut animantium propius accedat, hinc

canes

canes ſitibundi non diu illic morantur, ſed cum ſumma feſtinatione iam hic, iam ibi aquam lambentes ocyſſimè currunt vias ſuas: ne ab iſtis venenatis beſtijs capiantur, & conſumantur. Similiter & tu agas, nec quicquam de mundo accipias, niſi quantum neceſſarium eſt, nec ad vllam rem cor tuum apponas, ſed potius Sanct. Pauli conſilium ſequaris, ita dicentis: *Tempus breue eſt: reliquum eſt vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint: & qui flent, tanquam non flentes; & qui gaudent tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non poſſidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi.* *1. Cor. 7. 31.*

Qui etiam deſpoliauerunt eum: & plagis impoſitis, abierunt ſemiuiuo relicto. Quatuor hic cernis à latronibus deſignata. *Inprimis*, deſpoliabant eum, & omnia quæ habebat, auferebant. *Deinde*, ſauciabant. *Tertio*, non occidebant, ſed tamen ita percutiebant, vt ſemimortuus relinqueretur. *Quarto*, hic omnibus peractis; diſcedunt, relicto interim miſero homine. Atque hæc eadem dæmones & primis noſtris parentibus fecerunt, dum mandatum Dei tranſgrederentur, & nobis faciunt, dum in peccata labimur. *Inprimis* enim protoparentes noſtri, mox vt peccarunt, priuati ſunt gratia Dei, & Originali illa iuſtitia, quæ animam cum Deo coniungebat, eoſque filios Dei faciebat, atque etiam inclinationem carnis rectæ rationi ſubijciebat: cui ſine vlla repugnantia obediebat, & in omnibus eam ſequebatur. Hanc nuditatem illi adeò ſentiebant, vt mutuò erubeſcerent, neque in conſpectum Dei creatoris venire auderent. Expelluntur quoque ex Paradiſo, priuantur pretioſis & admodum ſanis paradiſi fructibus, aere valdè temperato, & præcipuè arbore vitæ ſpoliantur, vt ita neque perpetuò, neque ſalubriter viuerent. Et nos etiam, dum lethaliter in Deum peccamus, Diabolus multis bonis ſpiritualibus priuat: quia aufert nobis *inprimis* gratiam Dei, quæ nos iuſtos facit. *Deinde*, virtutes omnes nobis infuſas cum hac gratia Dei, quæ in hominem iuſtum influunt. *Tertiò*, merita omnium præcedentium bonorum operum, quę nos iuuare non poſſunt ad conſequẽdum regnum Dei. *Quartò*, locum etiam ipſum quem nobis Deus in regno ſuo præpara-

XIV. Quatuor à latronibus hiſce deſignata. 1. 2. 3. 4

Eadem fecerunt dæmones protoparentibus noſtris. *Primo.*

Per peccatum multa nobis diabolus bona aufert. 1. 2. 3. 4.

quam boni præstare valeamus, neque etiam cogitare aut dicere, *Domine Iesu*, nisi per auxilium Dei. quod nobis præsto esse debet, vt bonum aliquod faciamus, aut desideremus. *Tertiò* homo fit semimortuus per peccatum: quia licet secundum naturam viuat, tamen secundum animam mortuus est: celer quidem ad res temporales & corporales, sed valdè tardus & iners ad perpetuas illas & spirituales. Et sanè omninò sic est. Nam cum audis verbum Dei, mox dormire incipis: dum vero audis vanitates, & detractiones, agilis es & expeditus. Quando etiam cogitas boni aliquid de passione Domini nostri, de morte, de iudicio Dei, de Inferno, aut cœlesti regno, non commoueris, licet hæc valdè magna sint & efficacia, ad hominem commouendum, ad amorem, timorem, & desideria: sed quando cogitas de aliqua luxuria, aut iniuria tibi facta, aut de aliquo temporali lucro, quod speras; subitò inflammaris, & mutaris ad res sordidas, ad iracundiam, & varia desideria. Item si quis pauperum ad te venit, qui à te petat eleemosynam, confestim turbaris, timens, ne ipse pauper fias; cogitando mox de necessitatibus vxoris tuæ, & filiorum: sed si inutiles facias sumptus in symposia, vestimenta splendida &c. non turbaris, neque huiusmodi cogitationibus, vel minimo timore percelleris. Item, si in Concione commotus paulidum, & nonnihil ad vitam in melius commutandam excitatus fuisti, infernalis gehennæ metu, vbi primò domum veneris, animum mutas, atque oblitus auditorum rursum vadis ad socios antiquos, cum illis agis, & mundana pertractas: verum si iniuria aliqua tibi facta est, non tam cito illius obliuisceris, sed illud nocte dieq; cogitas, & reuoluis, quibus te medijs ab eadem vindicare possis. Atq; ita semiuiuus es, & semimortuus: viuendo sc. in malo, quod ilicò sentis; moriendo in bono, q minimè sentis. *Quartò*, discedũt latrones isti atq; dæmones, postquã hominẽ spoliarũt, læserunt, atq; ad peccatum mortiferũ pertraxerũt. *Inprimis* quidem, q agnosci nolint, ac si huius ipsi mali authores essent. Atq; hoc ipsum est, q Christus in alia quadã parabola dixit, Diabolũ: sc. superseminasse zizania in medio tritici, & mox abijsse, ac si totus innocẽs fuisset. *Deinde*, vt te solum in malo relinquant, tuque pro te solum

Ioan. 15. 7.
2. Cor. 3. 5.
1. Cor. 12. 3.
Philip. 2. 4.
Tertiò.
Quartò.
Matt. 13

tum

tionem reddas. Quoniam priusquam pecces, videtur dæmon tecum esse, dum ad hoc vel illud peccatum instigat: sed vbi hoc eius consilium perfeceris, & peccatum compleueris, discedit à te, & ex amico repentè factus inimicus præparat se, vt apud Deum te accuset. *Tertiò*, quod sint securi de fuga tua, quia aufugere non possis, quando te lethalibus peccatorum vulneribus læserunt, ac in terram prostrauerunt: quia optimè norunt, quod omnia tua bona opera in peccato mortifero languescant, & absumantur, neq; te ad æternam beatitudinē iuuare ac promouere possint: tum etiam intelligunt, quod neque ex te ipso statum illum vitæ tuæ perniciosum & maledictum deserere possis. *Quarto* vt ruinam tuā supremo suo magistro Lucifero aperiant & annuntient, eumq; & hoc nuncio lætificent, & sua in te decipiendo ostensa diligētia, ab eodem collaudentur. San. Greg. scribit Iudæum quendam fuisse, qui per viam Appiam Romam proficiscens, ad vesperum venerit ad templum quoddam antiquum, Apollini dicatū, quod ingressus, vt de nocte inibi quiesceret, tandē pertimescere incepit, quod templū Idolo dedicatum sciret, atq; inde signans se signo Crucis Christi pro consuetudine Christianorum, quos contra tentationes dæmonū de signo huiusmodi munire aliquoties viderat, ibidē dormiuit. Intempesta aūt nocte multos dęmones vidit templū illud ingredi, atq; Luciferum principē illorum in medio sedentē, qui singulos examinabat, quidnam præclari egissent. Quilibet.n. dæmonū narrabat Lucifero sua facta; inter reliquos vero vnus erat, qui referebat se Episcopū Fūdanum Andream eò adduxisse, quod moniali cuidam sibi cohabitanti, ex sensualitate ictū leuē manu sua in dorso inflixisset, & eidē adblāditus fuisset: de quo à Lucifero vehementer laudabatur. Postea quidam dęmonū venit ad Iudęum, vt noceret ei, sed hoc facere non poterat, dicendo: *Vas vacuum sed signatum*. Iudæus spectris illis liberatus, mox ad pręnominatum Episcopum proficiscitur, eiq; narrat quid viderit, & à dæmonibus audierit. Ille vero Iudæo gratias agit, simulq; eum Baptismatis lauacro in Christianum hominem regenerat. Similes historias inuenire poteris apud [a] Cassianum, & [b] Euagrium. Quoniam dæmones libētissimè audiunt, si quod malū nobis acci-

Lib 3. dial. cap. 7.

a *Collat. 8.*
b *Lib. 2. de vit. Patrum.*

accidat, & præcipuè si Christiani in peccatum aliquod lethale ruant: longè vero lubētius audiunt, gaudentq; de lapsu Ecclesiasticorum & Religiosorũ, qui se perfectioni tradiderunt. Quin & Euagrius scribit de quodã solitario, homine videlicet sene, qui in regione Thebarum vitam duxit solitariam, quiq; ei suæ conuersionis causam enarrauit. Eram (ait solitarius) filius sacerdotis cuiusdam idololatræ, & dum quadam vice tēplum idoli istius ingrederer, vidi mox ibidem Luciferum inter multos dæmones sedentē; & ex reliquis suis complicibus interrogantē, quidnã mali hominibus per eos dies, intulisset. Quorũ vnus dixit: triginta dies occupatus fui, in tumultu grauissimo excitando in prouincia quadã, vnde plurima quæque homicidia perpetrata sunt. Alius vero dixit: In mari viginti his diebus violentã ac horridã tempestatem excitaui, ex qua plurimi submersi, & aquis suffocati sunt. Tertius deniq; intra decem hos dies, ait, in vrbe quadã ingentis fui seditionis author: vnde in nuptiali quodã conuiuio, plurimorũ hominũ sanguis & vita in discrimē adducta sunt, ipseq; sponsus per aduersum pectus lethaliter est transfixus. Lucifer his auditis, iraq; totus exardescens, iubet, tres istos insigniter castigari, eò quod tantum temporis, in rem tam exiguam quisq; impēdisset. His vero peractis superuenit alius, dicens: Quadraginta annos laboraui vt monachum quendam ad exitium præcipitarem, atq; illud tandem hesterna die effeci, quãdo illum induxi, vt cum muliere quadam libidinem exerceret. Quo audito consurgēs mox Lucifer, eundemq; exosculatus, in sedem suam collocat, hoc illi elogiũ dando: Tu certè rem præclaram, & omni laude dignã designasti, ideoq; insigne meritus es præmium. Quæ cũ viderem, mecũ ita cogitaui: status ille cœnobitarum si adeò magnus est, vt dæmon tãtum laboris insumat, quo vnum decipere, eodemq; exuere possit: atq; ille tãtis laudibus extollitur, quod tantò tēpore vnũ ex cœnobitis de sana mente in luxuriam deturbarit: certè melius est, vt me ad Christianorum fidem conuertam, meq; numero cœnobitarum aggregem.

Accidit autem, vt sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo, præteriuit. Postquã homo in peccatũ lapsus, & ex eo in omnes miserias deiectus est, Deus clemētissimus eum nõ dereliquit, neq; XV. De statu hominis post lapsum.

re poterant, immò ipsemet Ierosolyma ibant in Iericho, id est multos defectus habebant, ac magis retrocedebant, quàm procedebant, plus deficiebant quam proficiebāt. Discas hinc ad Christum confugere, neque tibi ipsi confidere, vel ab hominibus dependere.

Similiter & Leuita, cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit. Cum lex naturæ hominem iuuare non posset, sed ipsamet adhuc per peccatum obscuraretur, atque omnem cognitionē peccatorū amitteret, tum etiam virtutum scientiam, & rectos omninò modos Deo seruiēdi perderet: tunc Deus aliam legē ordinauit, eamq; per Moysen scripto hominibus tradidit, vt sic per scripta cognoscerent quid peccatū, quidue virtus esset, atq; inde peccatum vitare & virtuti adhærere discerent, Multas præterea cæremonias & sacrificia instituit, vt illos ab omnibus idololatrijs abduceret, & ad diuinum suum cultum attraheret. Quāquam neq; hoc ipsum quicquam iuuit, quia per infirmitatē corruptæ naturæ, homines magis ad peccata propensi fuerunt, dum interdictum diuinum scirent, quam cum non scirent: propterea quod ex naturali, prauaq; animi nostri propēsione, in vetitum plerumq; nitamur. Hoc significat Leuita, id est, Sacerdotes in lege Moysis, qui ex familia Leui erāt. Isti ergo vulneratum hunc hominē videbāt, id est, peccata & infirmitatem naturæ humanæ cognoscebāt, sed nihilominus transibant quia nullū remedium aduersus mala ista nouerāt. Neq; hoc mirū; quoniā Deus homines docere volebat, nullibi auxiliū inueniri, nec sperari posse, nisi in solo Christo; docere inquā volebat, vt illum vnū magno puroq; affectu inuestigarent, atq; ab illo opem & auxiliū flagitarent. Quin & nos idem facere monemur, qui in omnibus rebus plus intellectui nostro, Sapientiæ, diligentiæ, diuitijs, potentiæ, authoritati, ac nobilitati confidimus, aut auxilio humano magis innitimur, quam vt credamus Domino Deo nostro, eiq; fiduciam ferendi auxilij habeamus, qui tamen adeò sæpè in sacris litteris nos docet, idque quotidianis adhuc exemplis demonstrat, quod spes illa in creaturis vana sit ac lubrica; quod etiam nos ex nobis ipsis nihil efficere valeamus, quod deniq; in illo solo omne bonum sit, quod expetere debemus. XVI.

Samari-

XVII. *Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est.* Nemo ibidem erat, qui miserum istum hominem consolaretur. Lex enim naturæ in multis rebus cœcutiebat: Lex Moysis cognitionem quidem dabat, sed auxiliari non poterat: similis enim erat imperfecto alicui musico, qui audit facilè si errores in cantu contingant, sed errantes ad rectum reducere tonum nequit. Alius itaq; venire debebat, qui apertius & clarius veritatem doceret, quique gratiam daret, vt quis secundum cognitionem acceptam viuere posset. Nam lex naturalis ignorantiam nostram ostendebat, vt hinc quidem ad eruditionem quandam adspiraremus: lex vero Mosaica, nostram infirmitatem vt ita ardentius à Deo iuuari & sanari efflagitaremus. Igitur alia lex necessaria erat, quæ nobis virtutem daret, nosque ad voluntatem Dei perficiendam adiuuaret. Quæ quidem non aliundè nisi à Samaritano prouenire poterat, scilicet, à filio Dei, qui à Iudęis Samaritanus nominatur, & in veritate est etiam bonus Samaritanus (quod nomen custodem significat) qui dies omnes noctesque sua nos ope seruat (vt testatur S. Iob) nos in omnibus iuuat, omnes etiam creaturas regit, atque in sua essentia cõseruat. Homo ergo iste à solo Deo iuuari, à solo illo Samaritano filio Dei ex peccatis suis extrahi, atq; ad iustitiæ statum postliminio reuocari debebat. Modum autem illum quo hoc fieri oportebat, videbimus hic quidem in decem rebus positũ. *Inprimis*, Samaritanus hic eandem viam iuit, scilicet, ex vrbe Ierosolymitana, Iericho versus, hoc est, Filius Dei ex alto cœlo (quæ Hierosolyma vera est ac suprema) in hunc mundum venit, qui iure ob maximas illas mutationes, quæ in eo quotidiè fiunt, Iericho appellari potest. *Deinde*, venit ad hunc miserum hominem, humanam naturam assumendo. Certè quidẽ non poterat propior nobis esse, nisi quod eadem persona, quæ Deus erat, etiam verus homo fieret. *Tertiò*, misericordia motus est. Atque hoc principium nostræ iustitiæ & salutis est: quia reuera non nostra opera, neque nostræ virtutes nos iuuerunt, sed misericordia filij Dei. Qui videns nostras miserias, quod nemo mortalium saluaretur, quodq; nemo de æterna salute consequenda tum per ignorantiã, tum per debilitatem mentis

Iob 7.20.

Decem modis debuit homo post lapsum iuuari.

1. 2. 3.

mentis sollicitus esset, summam commiserationem habuit cum paupere ac miserabili homine: atque etiam tanto magis misericordiam nobis exhibere cupiebat, quantò minus nos ipsos miseraremur. Hunc ergo Samaritanum sequere, sis custos animæ tuæ, & curam habe de salute proximi tui, atque etiam accede eum, id est, applica animum tuum ad inclinationem suæ naturæ, vt ita animam ipsius lucrari possis, tum corpus quoque tuum apta & dispone secundum desideria animæ tuæ, & spiritus, & non animam ad inclinationem seu affectionem corporis tui. Neq; etiam semper in alto maneas, licet diues sis, magnus, altus, nobilis atq; potens: sed descendas interdum inferius, & intuearis necessitates proximi tui, cogitando te etiam hominem esse, atq; idem malum tibi euenire posse. Quando igitur ex templo domum vadis, tanquam ex Hierosolyma, Iericho versus, etiam pauperes intuearis ante valuas templi sedentes, neque illis quicquam ex cõsuetudine largiaris, aut ad importunos illorum clamores fugiendos, sed ex amore puro ad illorum necessitates subleuandas. Non ergo patiaris te superari ab illo gentili Samaritano, sed sequaris Christum, spiritualem illum Samaritanũ, qui nec sanguinem nec vitam suam pro te effundere dubitauit, sed & seipsum pro te morti tradidit.

Et appropinquans, alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinũ. XVIII.
Quartò, Samaritanus hic ad semiuiuum hominem venit, des- 4.
cendendo de equo suo, vt illum in omnibus iuuaret. Hoc quidem Christus fecit, quando eò se demisit, vt ignominiosam illam Crucis mortem pro nobis assumeret: non enim se magis demittere & abijcere poterat, quia peior iudicatus est quouis latrone, quin imò contemptus est, & conculcatus sicut vermis, & non homo. Equus, de quo descendit, san- *Psalm. 21. 7.*
ctum eius corpus erat, quod in morte sua relinquebat, vt moriendo pro nobis animas nostras sanaret. *Quintò*, vulnera
obligauit, vtens oleo & vino. Sacramenta hæc sunt, quæ has 5.
duas materias in se habent, atque ab his virtutem suam accipiunt, scilicet, ab oleo, hoc est ex gratia Spiritus Sancti, quæ in omnibus Sacramentis datur, & à vino, id est, ex sanguine & passione Christi, cuius merita in omnibus Sacramentis

continentur. Nonnulli sunt, qui per misturã hanc olei & vini, intelligunt doctrinam Euangelicam, quæ tanquam vinum pungit ac mordet vulnera, arguendo peccata, & hominibus minaciter incutiendo metum mortis, iudicij, & inferni: quæ etiam sicut oleum lenit, & sanat cum admonitione consolatoria, & significatione misericordiæ Dei; quæ nullum peccatorẽ, quantumuis maximũ, si modo se ex animo conuerterit ad sanctiorẽ vitã, reijciet. Quanquã etiam vulnera huius miseri hominis non statim sanabantur, sed obligabantur: quia malæ affectiones, non statim per Sacramenta, aut doctrinam Christi, nobis auferũtur, sed per gratiam Dei teguntur, & obuoluuntur, neq; ad nostram damnationem à Deo videntur, atq; culpa lethaliũ delictorũ nobis remittitur. Sed tamẽ turbulenti isti motus, paulatim sedantur assiduo vsu Sacramentorũ, & diligenti auditione verbi Dei, quẽadmodum vulnera sanantur, quæ quotidie ad chyrurgi tactum renouari solẽt. Quamobrem sæpè confitearis, sæpè etiã ad mensam Domini accedas: Confessio quidẽ videbitur mordere tanquã vinum, quia grauis tibi fit, sed certè absumit putredinem peccatorũ. Sacramentum altaris suauius est leniusq; quouis oleo, quod te etiam post acerbitatẽ, mirè consolabitur. Discas hic quoq; non semper oleum, aut semper vinum subditis tuis adhibere, id est, non eos semper leniter, aut duriter tractare, sed cum mistura quadam agere, (vt ait S. Gregorius) & dum opus est increpare, ac postea eos permulcere.

Part. 2. pastoral. cap. 9.

Li. 20 Moral. cap. 6.

XIX. *Et imponens eum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit.*
6. *Sexto,* Samaritanus hic hominem istum equo suo imposuit, pedes ipse incedens, equum per cœnum & aquã, per summa ac ima, non sine molestijs & magnis laboribus duxit. Hoc ipsum significat incõmoda illa, quæ Christus, verus Samaritanus, in hoc mundo, vt nos saluare posset, perpessus est. Nam vulneribus suis vulnera nostra sanauit, vinculis suis nostra vincula dissoluit, sanguine suo debita nostra exoluit, labore suo nostram quietem acquisiuit. Sic etiam equus suus, in quo commodissimè equitamus, corpus suum est: cui nos tanquam membra sua imponit, & gratia etiam sua, adeò leuiter portat, vt admodum suaue sit ita quidem equitare; quia suaui-

ſuauiter equitat, quem gratia Dei portat. Nemo hoc niſi expertus, credit. Ideo pij quiq; homines ſentiunt commodius eſſe cœlum aſcendere, ad altiſſima illa loca properare, quam in infimum ac profundum infernum deſcendere. Quoniam Matt. 11. 29.
Chriſti iugum valdè ſuaue eſt, quod nihilominus eleuat (vt Oſe. 11. 7.
ait Propheta) ſuper maxillas, teque etiam manibus ſuis portat, vt ſic tibi laborem molliat. *Septimò* ducebat eum ad diuerſorium, hoc eſt in Eccleſiam ſanctam mundi huius, quæ optimè diuerſorium appellatur, quod pro itinerantibus extructa ſit, ſcilicet pro omnibus iſtis, qui ad cœlum iter habent. 7.
Octauò, optimam huius curam habuit, quia Chriſtus habet in ſua Eccleſia, optimam ordinationem, mandata diuina, conſilia vtiliſſima, ſacrificium Miſſæ, merita Sanctorum, & multa alia media ac remedia, quæ in Eccleſia ſua reliquit, vt ijs omnibus miſerandus ille homo ex ſuis infirmitatibus liberari ac ſanari poſſit. Quare ſi vis curari ac ſaluari, in hac domo Eccleſiæ S. perſiſte, atq; cõſilia ſpiritualiũ medicorũ ſequere. Tũ etiã in hoc mundo te pro peregrino habeas, atq; nihil adeò diligenter facias, quã vulnera tua, id eſt, malas tuas affectiones ſanare, ac cœleſtem illam tuam patriã affectare, ſic enim ad illam tandem cum ſanitate animæ tuæ peruenies. 8.

Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Altera hæc dies tempus eſt reſurrectionis Chriſti, quæ noua & XX.
clara dies eſt à Domino facta, vt Dauid ait. Vnde cum tenebroſa dies pertranſijt Veteris legis, etiam tunc nouum lumẽ exortum eſt, faciendo nobis illud optabile tempus gratiæ. In hac die Samaritanus. *Nonò*, hoſpoti duos denarios ſoluit. Hoſpes ille, ſupremus Eccleſiæ paſtor, Chriſti Vicarius, & Sancti PETRI ſucceſſor eſt, à quo reliqui omnes Epiſcopi, Paſtores, & ſpirituales ſuperiores dependent, faciendo omnes vnum hoſpitem & ſuperiorem, per ſummam concordiam (vt dicit S. Cyprianus) & animorum vnitatem. Atque huic hoſpiti, id eſt, Antiſtitibus, Epiſcopis, & Sacerdotibus, numerat Chriſtus duos denarios, ad hominem ſanandum, ſacram ſcilicet Veteris ac Noui Teſtamenti ſcripturam, in qua imago Dei ſculpta eſt, eò quod nihil aliud nos doceat, quam Deum ſequi ac cognoſcere, vel poteſtatẽ & ſci- Pſal. 11. 24. 9. Lib. 4. Epiſ. 2.

entiam, quia omnes Sacerdotes habent diuinam quandam potestatem iuuandi te; quibus quoque incumbit, scientiam sufficientē habere, vt cōuenienter tibi queant opitulari. Hos autem duos denarios percepit ex thesauro cœlesti: quia Scriptura, potestas, authoritas, & sapientia Sacerdotum, & quicquid ad Christianorum ædificationem acceperunt, cœleste est, non terrestre. Ideo non conuenit, vt eos tanquam puros ac viles homines intuearis, sed tanquam pretiosa vasa, in quibus cęlestes, ac diuini thesauri, in vsum tuum reconditi sunt, honores. Nam Sacerdos, Vicarius Dei est, qui tibi in terris Deum ipsum repræsentat, atque cum potestate diuina tibi peccata remittit, quiq; corpus Christi consecrat, tibiq; illud in cibum porrigit, tum etiam qui alia Sacramenta tibi communicat, te instruit, voluntatē Dei tibi significat, pro te Deū orat, atq; Sanctum Missæ sacrificium offert. Quando igitur Sacerdotem vides, pro tali ac tanto eum habeas, reuerentiā illi exhibeas, consilium ab ipso quæras, audias eum, eique in omnibus auscultes, honorando Deum in ipso, & non intuendo hominem. Sanctus Franciscus nullum malum de Sacerdotibus audire volebat: sed dum Sacerdos illi aliquis fieret obuius, procidebat in genua ante illum, osculabaturque manus eius, vt quæ diuinum Christi corpus contrectassent. Tu autem, qui in hoc Sacerdotalis dignitatis gradu constitutus es, grato vicissim animo recognoscas oportet, hunc tibi thesaurum à Deo concreditum esse: ac proinde illud tecum sedulò perpendas, cuius locum teneas, atque ita vitam instituas, vt non Deus in te contemnatur. neque gratia Dei vituperetur, quam tibi Deus dedit in commodum & ædificationem proximorum tuorum.

XXI. *Curam illius habe: & quodcunque supererogaueris, ego cum rediero,*
10. *reddam tibi: Decimò,* Samaritanus saucium hunc hominem hospiti & familiæ eius commendat, addicens ac promittens, nō solum expensas victus, sed etiam omne quod in curationem ipsius exponeretur, se soluturū. Ita Christus nostris superioribus præcipit, ꝓ nobis summā curā habeant, ideoq; iustum est, vt eis vicissim obedientiam exhibeamus, atque in omnibus nos ijs subijciamus (vt S. Paulus admonet) quia ipsorum Heb.13.17.

est

est Deo pro nobis rationem reddere, vt cum gaudio, & non gementes hoc faciant. Certè omnes superiores deceret sæpè hæc Samaritani verba, *Curam illius habe,* secum perpendere: Non enim dicit, sana eum, (vt rectè D. Bernardus notat) sed *curam illius habe*: quia non semper in manu medici est sanare infirmum. Superior ergò pro viribus laborare tenetur, admonendo, arguendo, docendo, castigando, opportunè, importunè: (vt ait S. Paulus) infirmus autem tanquam medico animæ suæ obtemperare debet: quia quid proderunt tibi, exquisita pharmaca, si eis non vtaris? Hinc sanè accidit, quod in Ecclesia adeo multi sint infirmi secundum animam, pleni malis affectionibus, pleni defectibus, pleni denique peccatis, eò quod à se reijciant medicinam, & in suis morbis manere cupiant: quemadmodum pauper aliquis seruus, qui artem mechanicam recusat discere, eò quod maiorem vtilitatem, cum minori difficultate mendicando, quam laborando inueniat. Magna etiam merces hic superioribus, & Doctoribus Ecclesiæ addicitur, qui benè ac probè officio suo funguntur, qui paulò plus exponunt quam acceperunt, hoc est, qui Scripturam sacram expositionibus suis illustrant, varijsque similitudinibus, exemplis, & mille alijs huiusmodi modis populum instruunt, & ad misteria capienda idoneum reddunt. Vnde etiam Christus mandat eis, vt non tantum Scripturarũ textui inhæreant, sed verbum Dei etiam ex doctrina Veterũ Patrum, & traditione Ecclesiastica aperiant atque ita Christianos doceant. Similiter admonet eos, vt non solum præcepta Dei populo proponãt, (sed etiam qui ad hoc idonei sunt) vt homines ad perfectionem trahant atq; alliciant, virginitatem & castitatem laudent, mundum relinquere doceant, atque eis voluntariam paupertatem, & vitam religiosam, tanquam sacram quandam anchoram commendent. Quisquis hoc modò populum docet, is exponit aliquid suprà, quàm accepit: quia plus præstat, quam sub peccato præstare tenetur. Vnde qui hoc facit, magnam mercedem accipiet, scilicet singularem quandam gloriam in cœlo, quæ *Aureola doctorum.* nominatur, quæ corona est, à Deo danda Doctoribus Ecclesiæ, qui suo labore & eruditione Dæmonem è cordibus homi-

lib. 4. de consideratione.

Simile.

entiam, quia omnes Sacerdotes habent diuinam quandam potestatem iuuandi te; quibus quoque incumbit, scientiam sufficientẽ habere, vt cõuenienter tibi queant opitulari. Hos autem duos denarios percepit ex thesauro cœlesti: quia Scriptura, potestas, authoritas, & sapientia Sacerdotum, & quicquid ad Christianorum ædificationem acceperunt, cœleste est, non terrestre. Ideo non conuenit, vt eos tanquam puros ac viles homines intuearis, sed tanquam pretiosa vasa, in quibus cęlestes, ac diuini thesauri, in vsum tuum reconditi sunt, honores. Nam Sacerdos, Vicarius Dei est, qui tibi in terris Deum ipsum repræsentat, atque cum potestate diuina tibi peccata remittit, quiq; corpus Christi consecrat, tibiq; illud in cibum porrigit, tum etiam qui alia Sacramenta tibi communicat, te instruit, voluntatẽ Dei tibi significat, pro te Deũ orat, atq; Sanctum Missæ sacrificium offert. Quando igitur Sacerdotem vides, pro tali ac tanto eum habeas, reuerentiã illi exhibeas, consilium ab ipso quæras, audias eum, eique in omnibus auscultes, honorando Deum in ipso, & non intuendo hominem. Sanctus Franciscus nullum malum de Sacerdotibus audire volebat: sed dum Sacerdos illi aliquis fieret obuius, procidebat in genua ante illum, osculabaturque manus eius, vt quæ diuinum Christi corpus contrectassent. Tu autem, qui in hoc Sacerdotalis dignitatis gradu constitutus es, grato vicissim animo recognoscas oportet, hunc tibi thesaurum à Deo concreditum esse: ac proinde illud tecum sedulò perpendas, cuius locum teneas, atque ita vitam instituas, vt non Deus in te contemnatur. neque gratia Dei vituperetur, quam tibi Deus dedit in commodum & ædificationem proximorum tuorum.

XXI. *Curam illius habe: & quodcunque supererogaueris, ego cum rediero,*
10. *reddam tibi: Decimò,* Samaritanus saucium hunc hominem hospiti & familiæ eius commendat, addicens ac promittens, nõ solum expensas victus, sed etiam omne quod in curationem ipsius exponeretur, se soluturũ. Ita Christus nostris superioribus præcipit, ꝑ nobis summã curã habeant, ideoq; iustum est, vt eis vicissim obedientiam exhibeamus, atque in omnibus nos ijs subijciamus (vt S. Paulus admonet) quia ipsorum *Heb. 13. 17.*

est

eſt Deo pro nobis rationem reddere, vt cum gaudio, & non gementes hoc faciant. Certè omnes ſuperiores deceret ſæpè hæc Samaritani verba, *Curam illius habe,* ſecum perpendere: Non enim dicit, ſana eum, (vt rectè D. Bernardus notat) ſed *curam illius habe :* quia non ſemper in manu medici eſt ſanare infirmum. Superior ergò pro viribus laborare tenetur, admonendo, arguendo, docendo, caſtigando, opportunè, importunè: (vt ait S. Paulus) infirmus autem tanquam medico animæ ſuæ obtemperare debet: quia quid proderunt tibi, exquiſita pharmaca, ſi eis non vtaris? Hinc ſanè accidit, quod in Eccleſia adeo multi ſint infirmi ſecundum animam, pleni malis affectionibus, pleni defectibus, pleni denique peccatis, eò quod à ſe reijciant medicinam, & in ſuis morbis manere cupiant: quemadmodum pauper aliquis ſeruus, qui artem mechanicam recuſat diſcere, eò quod maiorem vtilitatem, cum minori difficultate mendicando, quam laborando inueniat. Magna etiam merces hic ſuperioribus, & Doctoribus Eccleſiæ addicitur, qui benè ac probè officio ſuo funguntur, qui paulò plus exponunt quam acceperunt, hoc eſt, qui Scripturam ſacram expoſitionibus ſuis illuſtrant, varijſque ſimilitudinibus, exemplis, & mille alijs huiuſmodi modis populum inſtruunt, & ad miſteria capienda idoneum reddunt. Vnde etiam Chriſtus mandat eis, vt non tantum Scripturarũ textui inhæreant, ſed verbum Dei etiam ex doctrina Veterũ Patrum, & traditione Eccleſiaſtica aperiant atque ita Chriſtianos doceant. Similiter admonet eos, vt non ſolum præcepta Dei populo proponãt, (ſed etiam qui ad hoc idonei ſunt) vt homines ad perfectionem trahant atq; alliciant, virginitatem & caſtitatem laudent, mundum relinquere doceant, atque eis voluntariam paupertatem, & vitam religioſam, tanquam ſacram quandam anchoram commendent. Quiſquis hoc modò populum docet, is exponit aliquid ſuprà, quàm accepit: quia plus præſtat, quam ſub peccato præſtare tenetur. Vnde qui hoc facit, magnam mercedem accipiet, ſcilicet ſingularem quandam gloriam in cœlo, quæ *Aureola doctorum.* nominatur, quæ corona eſt, à Deo danda Doctoribus Eccleſiæ, qui ſuo labore & eruditione Dæmonem è cordibus homi-

lib. 4. de conſideratione.

Simile.

entiam, quia omnes Sacerdotes habent diuinam quandam potestatem iuuandi te; quibus quoque incumbit, scientiam sufficientē habere, vt cōuenienter tibi queant opitulari. Hos autem duos denarios percepit ex thesauro cœlesti: quia Scriptura, potestas, authoritas, & sapientia Sacerdotum, & quicquid ad Christianorum ædificationem acceperunt, cœleste est, non terrestre. Ideo non conuenit, vt eos tanquam puros ac viles homines intuearis, sed tanquam pretiosa vasa, in quibus cęlestes, ac diuini thesauri, in vsum tuum reconditi sunt, honores. Nam Sacerdos, Vicarius Dei est, qui tibi in terris Deum ipsum repræsentat, atque cum potestate diuina tibi peccata remittit, quiq; corpus Christi consecrat, tibiq; illud in cibum porrigit, tum etiam qui alia Sacramenta tibi communicat, te instruit, voluntatē Dei tibi significat, pro te Deū orat, atq; Sanctum Missæ sacrificium offert. Quando igitur Sacerdotem vides, pro tali ac tanto eum habeas, reuerentiā illi exhibeas, consilium ab ipso quæras, audias eum, eique in omnibus auscultes, honorando Deum in ipso, & non intuendo hominem. Sanctus Franciscus nullum malum de Sacerdotibus audire volebat: sed dum Sacerdos illi aliquis fieret obuius, procidebat in genua ante illum, osculabaturque manus eius, vt quæ diuinum Christi corpus contrectassent. Tu autem, qui in hoc Sacerdotalis dignitatis gradu constitutus es, grato vicissim animo recognoscas oportet, hunc tibi thesaurum à Deo concreditum esse: ac proinde illud tecum sedulò perpendas, cuius locum teneas, atque ita vitam instituas, vt non Deus in te contemnatur. neque gratia Dei vituperetur, quam tibi Deus dedit in commodum & ædificationem proximorum tuorum.

XXI. *Curam illius habe: & quodcunque supererogaueris, ego cum rediero,*
10. *reddam tibi: Decimò,* Samaritanus saucium hunc hominem hospiti & familiæ eius commendat, addicens ac promittens, nō solum expensas victus, sed etiam omne quod in curationem ipsius exponeretur, se soluturū. Ita Christus nostris superioribus præcipit, ꝑ nobis summā curā habeant, ideoq; iustum est, vt eis vicissim obedientiam exhibeamus, atque in omni-
Heb. 13. 17. bus nos ijs subijciamus (vt S. Paulus admonet) quia ipsorum

est

est Deo pro nobis rationem reddere, vt cum gaudio, & non gementes hoc faciant. Certè omnes superiores deceret sæpè hæc Samaritani verba, *Curam illius habe,* secum perpendere: Non enim dicit, sana eum, (vt rectè D. Bernardus notat) sed *curam illius habe*: quia non semper in manu medici est sanare infirmum. Superior ergò pro viribus laborare tenetur, admonendo, arguendo, docendo, castigando, opportunè, importunè: (vt ait S. Paulus) infirmus autem tanquam medico animæ suæ obtemperare debet: quia quid proderunt tibi, exquisita pharmaca, si eis non vtaris? Hinc sanè accidit, quod in Ecclesia adeo multi sint infirmi secundum animam, pleni malis affectionibus, pleni defectibus, pleni denique peccatis, eò quod à se reijciant medicinam, & in suis morbis manere cupiant: quemadmodum pauper aliquis seruus, qui artem mechanicam recusat discere, eò quod maiorem vtilitatem, cum minori difficultate mendicando, quam laborando inueniat. Magna etiam merces hic superioribus, & Doctoribus Ecclesiæ addicitur, qui benè ac probè officio suo funguntur, qui paulò plus exponunt quam acceperunt, hoc est, qui Scripturam sacram expositionibus suis illustrant, varijsque similitudinibus, exemplis, & mille alijs huiusmodi modis populum instruunt, & ad misteria capienda idoneum reddunt. Vnde etiam Christus mandat eis, vt non tantum Scripturarũ textui inhæreant, sed verbum Dei etiam ex doctrina Veterũ Patrum, & traditione Ecclesiastica aperiant atque ita Christianos doceant. Similiter admonet eos, vt non solum præcepta Dei populo proponãt, (sed etiam qui ad hoc idonei sunt) vt homines ad perfectionem trahant atq; alliciant, virginitatem & castitatem laudent, mundum relinquere doceant, atque eis voluntariam paupertatem, & vitam religiosam, tanquam sacram quandam anchoram commendent. Quisquis hoc modò populum docet, is exponit aliquid suprà, quàm accepit: quia plus præstat, quam sub peccato præstare tenetur. Vnde qui hoc facit, magnam mercedem accipiet, scilicet singularem quandam gloriam in cœlo, quæ *Aureola doctorum.* nominatur, quæ corona est, à Deo danda Doctoribus Ecclesiæ, qui suo labore & eruditione Dæmonem è cordibus

lib. 4. de consideratione.

Simile.

entiam, quia omnes Sacerdotes habent diuinam quandam potestatem iuuandi te; quibus quoque incumbit, scientiam sufficientẽ habere, vt cõuenienter tibi queant opitulari. Hos autem duos denarios percepit ex thesauro cœlesti: quia Scriptura, potestas, authoritas, & sapientia Sacerdotum, & quicquid ad Christianorum ædificationem acceperunt, cœleste est, non terrestre. Ideo non conuenit, vt eos tanquam puros ac viles homines intuearis, sed tanquam pretiosa vasa, in quibus cęlestes, ac diuini thesauri, in vsum tuum reconditi sunt, honores. Nam Sacerdos, Vicarius Dei est, qui tibi in terris Deum ipsum repræsentat, atque cum potestate diuina tibi peccata remittit, quiq; corpus Christi cõsecrat, tibiq; illud in cibum porrigit, tum etiam qui alia Sacramenta tibi communicat, te instruit, voluntatẽ Dei tibi significat, pro te Deũ orat, atq; Sanctum Missæ sacrificium offert. Quando igitur Sacerdotem vides, pro tali ac tanto eum habeas, reuerentiã illi exhibeas, consilium ab ipso quæras, audias eum, eique in omnibus auscultes, honorando Deum in ipso, & non intuendo hominem. Sanctus Franciscus nullum malum de Sacerdotibus audire volebat: sed dum Sacerdos illi aliquis fieret obuius, procidebat in genua ante illum, osculabaturque manus eius, vt quæ diuinum Christi corpus contrectassent. Tu autem, qui in hoc Sacerdotalis dignitatis gradu constitutus es, grato vicissim animo recognoscas oportet, hunc tibi thesaurum à Deo concreditum esse: ac proinde illud tecum sedulò perpendas, cuius locum teneas, atque ita vitam instituas, vt non Deus in te contemnatur. neque gratia Dei vituperetur, quam tibi Deus dedit in commodum & ædificationem proximorum tuorum.

XXI. *Curam illius habe: & quodcunque supererogaueris, ego cum rediero,*
10. *reddam tibi: Decimò,* Samaritanus saucium hunc hominem hospiti & familiæ eius commendat, addicens ac promittens, nõ solum expensas victus, sed etiam omne quod in curationem ipsius exponeretur, se soluturũ. Ita Christus nostris superioribus præcipit, ꝑ nobis summã curã habeant, ideoq; iustum est, vt eis vicissim obedientiam exhibeamus, atque in omnibus nos ijs subijciamus (vt S. Paulus admonet) quia ipsorum Heb. 13. 17.

est

est Deo pro nobis rationem reddere, vt cum gaudio, & non gementes hoc faciant. Certè omnes superiores deceret sæpè hæc Samaritani verba, *Curam illius habe,* secum perpendere: Non enim dicit, sana eum, (vt rectè D. Bernardus notat) sed *curam illius habe*: quia non semper in manu medici est sanare infirmum. Superior ergò pro viribus laborare tenetur, admonendo, arguendo, docendo, castigando, opportunè, importunè: (vt ait S. Paulus) infirmus autem tanquam medico animæ suæ obtemperare debet: quia quid proderunt tibi, exquisita pharmaca, si eis non vtaris? Hinc sanè accidit, quod in Ecclesia adeo multi sint infirmi secundum animam, pleni malis affectionibus, pleni defectibus, pleni denique peccatis, eò quod à se reijciant medicinam, & in suis morbis manere cupiant: quemadmodum pauper aliquis seruus, qui artem mechanicam recusat discere, eò quod maiorem vtilitatem, cum minori difficultate mendicando, quam laborando inueniat. Magna etiam merces hic superioribus, & Doctoribus Ecclesiæ addicitur, qui benè ac probè officio suo funguntur, qui paulò plus exponunt quam acceperunt, hoc est, qui Scripturam sacram expositionibus suis illustrant, varijsque similitudinibus, exemplis, & mille alijs huiusmodi modis populum instruunt, & ad misteria capienda idoneum reddunt. Vnde etiam Christus mandat eis, vt non tantum Scripturarũ textui inhæreant, sed verbum Dei etiam ex doctrina Veterũ Patrum, & traditione Ecclesiastica aperiant atque ita Christianos doceant. Similiter admonet eos, vt non solum præcepta Dei populo proponãt, (sed etiam qui ad hoc idonei sunt) vt homines ad perfectionem trahant atq; alliciant, virginitatem & castitatem laudent, mundum relinquere doceant, atque eis voluntariam paupertatem, & vitam religiosam, tanquam sacram quandam anchoram commendent. Quisquis hoc modò populum docet, is exponit aliquid suprà, quàm accepit: quia plus præstat, quam sub peccato præstare tenetur. Vnde qui hoc facit, magnam mercedem accipiet, scilicet singularem quandam gloriam in cœlo, quæ *Aureola doctorum.* nominatur, quæ corona est, à Deo danda Doctoribus Ecclesiæ, qui suo labore & eruditione Dæmonem è cordibus homi-

lib. 4. de consideratione.

Simile.

continentur. Nonnulli sunt, qui per misturã hanc olei & vini, intelligunt doctrinam Euangelicam, quæ tanquam vinum pungit ac mordet vulnera, arguendo peccata, & hominibus minaciter incutiendo metum mortis, iudicij, & inferni: quæ etiam sicut oleum lenit, & sanat cum admonitione consolatoria, & significatione misericordiæ Dei; quæ nullum peccatoré, quantumuis maximũ, si modo se ex animo conuerterit ad sanctioré vitã, reijciet. Quanquã etiam vulnera huius miseri hominis non statim sanabantur, sed obligabantur: quia malæ affectiones, non statim per Sacramenta, aut doctrinam Christi, nobis auferũtur, sed per gratiam Dei teguntur, & obuoluuntur, neq; ad nostram damnationem à Deo videntur, atq; culpa lethaliũ delictorũ nobis remittitur. Sed tamẽ turbulenti isti motus, paulatim sedantur assiduo vsu Sacramentorũ, & diligenti auditione verbi Dei, quẽadmodum vulnera sanantur, quæ quotidie ad chyrurgi tactum renouari solẽt. Quamobrem sæpè confitearis, sæpè etiã ad mensam Domini accedas: Confessio quidẽ videbitur mordere tanquã vinum, quia grauis tibi fit, sed certè absumit putredinem peccatorũ. Sacramentum altaris suauius est leniusq; quouis oleo, quod te etiam post acerbitatẽ, mirè consolabitur. Discas hic quoq; non semper oleum, aut semper vinum subditis tuis adhibere, id est, non eos semper leniter, aut duriter tractare, sed cum mistura quadam agere, (vt ait S. Gregorius) & dum opus est increpare, ac postea eos permulcere.

Part. 2. pastoral. cap. 9.

Lib. 20 Moral. cap. 6.

XIX. *Et imponens eum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam*
6. *eius egit. Sexto,* Samaritanus hic hominem istum equo suo imposuit, pedes ipse incedens, equum per cœnum & aquã, per summa ac ima, non sine molestijs & magnis laboribus duxit. Hoc ipsum significat incõmoda illa, quæ Christus, verus Samaritanus, in hoc mundo, vt nos saluare posset, perpessus est. Nam vulneribus suis vulnera nostra sanauit, vinculis suis nostra vincula dissoluit, sanguine suo debita nostra exoluit, labore suo nostram quietem acquisiuit. Sic etiam equus suus, in quo commodissimè equitamus, corpus suum est: cui nos tanquam membra sua imponit, & gratia etiam sua, adeò leuiter portat, vt admodum suaue sit ita quidem equitare; quia suaui-

ſuauiter equitat, quem gratia Dei portat. Nemo hoc niſi expertus, credit. Ideo pij quiq; homines ſentiunt commodius eſſe cœlum aſcendere, ad altiſſima illa loca properare, quam in infimum ac profundum infernum deſcendere. Quoniam Christi iugum valdè ſuaue eſt, quod nihilominus eleuat (vt ait Propheta) ſuper maxillas, teque etiam manibus ſuis portat, vt ſic tibi laborem molliat. *Septimò* ducebat eum ad diuerſorium, hoc eſt in Eccleſiam ſanctam mundi huius, quæ optimè diuerſorium appellatur, quod pro itinerantibus extructa ſit, ſcilicet pro omnibus iſtis, qui ad cœlum iter habent. *Octauò*, optimam huius curam habuit, quia Chriſtus habet in ſua Eccleſia, optimam ordinationem, mandata diuina, conſilia vtiliſſima, ſacrificium Miſſæ, merita Sanctorum, & multa alia media ac remedia, quæ in Eccleſia ſua reliquit, vt ijs omnibus miſerandus ille homo ex ſuis infirmitatibus liberari ac ſanari poſſit. Quare ſi vis curari ac ſaluari, in hac domo Eccleſiæ S. perſiſte, atq; cõſilia ſpiritualiũ medicorũ ſequere. Tũ etiã in hoc mundo te pro peregrino habeas, atq; nihil adeò diligenter facias, quã vulnera tua, id eſt, malas tuas affectiones ſanare, ac cœleſtem illam tuam patriã affectare, ſic enim ad illam tandem cum ſanitate animæ tuæ peruenies.

Matt. 11. 29. *Oſe. 11. 7.* 7. 8.

Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Altera hæc dies tempus eſt reſurrectionis Chriſti, quæ noua & clara dies eſt à Domino facta, vt Dauid ait. Vnde cum tenebroſa dies pertranſijt Veteris legis, etiam tunc nouum lumẽ exortum eſt, faciendo nobis illud optabile tempus gratiæ. In hac die Samaritanus. *Nonò*, hoſpoti duos denarios ſoluit. Hoſpes ille, ſupremus Eccleſiæ paſtor, Chriſti Vicarius, & Sancti Petri ſucceſſor eſt, à quo reliqui omnes Epiſcopi, Paſtores, & ſpirituales ſuperiores dependent, faciendo omnes vnum hoſpitem & ſuperiorem, per ſummam concordiam (vt dicit S. Cyprianus) & animorum vnitatem. Atque huic hoſpiti, id eſt, Antiſtitibus, Epiſcopis, & Sacerdotibus, numerat Chriſtus duos denarios, ad hominem ſanandum, ſacram ſcilicet Veteris ac Noui Teſtamenti ſcripturam, in qua imago Dei ſculpta eſt, eò quod nihil aliud nos doceat, quam Deum ſequi ac cognoſcere, vel poteſtatẽ & ſcientiam

XX. *Pſal. 11. 24.* 9. *lib. 4. Epiſt.*

est Deo pro nobis rationem reddere, vt cum gaudio, & non gementes hoc faciant. Certè omnes superiores deceret sæpè hæc Samaritani verba, *Curam illius habe,* secum perpendere: Non enim dicit, sana eum, (vt rectè D. Bernardus notat) sed *curam illius habe*: quia non semper in manu medici est sanare infirmum. Superior ergò pro viribus laborare tenetur, admonendo, arguendo, docendo, castigando, opportunè, importunè: (vt ait S. Paulus) infirmus autem tanquam medico animæ suæ obtemperare debet: quia quid proderunt tibi, exquisita pharmaca, si eis non vtaris? Hinc sanè accidit, quod in Ecclesia adeo multi sint infirmi secundum animam, pleni malis affectionibus, pleni defectibus, pleni denique peccatis, eò quod à se reijciant medicinam, & in suis morbis manere cupiant: quemadmodum pauper aliquis seruus, qui artem mechanicam recusat discere, eò quod maiorem vtilitatem, cum minori difficultate mendicando, quam laborando inueniat. Magna etiam merces hic superioribus, & Doctoribus Ecclesiæ addicitur, qui benè ac probè officio suo funguntur, qui paulò plus exponunt quam acceperunt, hoc est, qui Scripturam sacram expositionibus suis illustrant, varijsque similitudinibus, exemplis, & mille alijs huiusmodi modis populum instruunt, & ad misteria capienda idoneum reddunt. Vnde etiam Christus mandat eis, vt non tantum Scripturarũ textui inhæreant, sed verbum Dei etiam ex doctrina Veterũ Patrum, & traditione Ecclesiastica aperiant atque ita Christianos doceant. Similiter admonet eos, vt non solum præcepta Dei populo proponãt, (sed etiam qui ad hoc idonei sunt) vt homines ad perfectionem trahant atq; alliciant, virginitatem & castitatem laudent, mundum relinquere doceant, atque eis voluntariam paupertatem, & vitam religiosam, tanquam sacram quandam anchoram commendent. Quisquis hoc modò populum docet, is exponit aliquid suprà, quàm accepit: quia plus præstat, quam sub peccato præstare tenetur. Vnde qui hoc facit, magnam mercedem accipiet, scilicet singularem quandam gloriam in cœlo, quæ *Aureola doctorum.* nominatur, quæ corona est, à Deo danda Doctoribus Ecclesiæ, qui suo labore & eruditione Dæmonem è cordibus homi-

lib. 4. de consideratione.

Simile.

hominum expulerunt. Proinde in hoc vnum neruos tuos omnes intende, vt proximum doctrina tua ad perfectioris vitæ semitam adducas: quia quò magis ei benè feceris, eo etiam maior merces tua futura est. Reditus vero Christi erit in hora
Matth.25.21. mortis tuę, dum te vocabit, dicens: *Euge serue bone & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.*

XXII. *Quis horum triū videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones?* Iudæi solebāt Samaritanos tanquā homines impios, summo odio prosequi, erantq; sibi mutuò adeo infensi, vt nullus alterius se societati adiūgeret: nihilominus tn̄ Christus Iudæū interrogat, quid ei de hoc facto Samaritani videatur. Quoniā virtus res est adeò pulchra, vt & ab hoste laudari debeat, præcipuè vero virtus misericordiæ, quæ tam clarè præfulget, vt
Tob.4.11. nunquā hominem in tenebris ire patiatur, Tobia teste. Proinde nō graueris benè operari: quia licet mundani homines, & tui etiam inimici ridere te videantur, in corde tamē & con-
Serm.73.de verb.Domini. scientia sua secus iudicāt. S. August. notat, Deum olim longè à nobis fuisse, sc. iustū & immortalē, cum nos iniusti & mortales essemus; sed Christū, vbi in hunc mundū venit, proximū nostrū factū esse, suscipiendo naturā mortalē, & loco iniustitiæ, quę in illo esse nō poterat, etiā pęnā iniustitiæ sustinendo. Et tu similiter notare poteris, hic solūmodo tres fuisse, qui ad læsum ac miserum hunc hominē venerunt, eumq; aspexerūt, atq; inter tres illos vnū duntaxat extitisse, qui miserrimo isti homini misericordiā faceret, gratiamq; & amorē exhiberet. Nam sępius apud nos Christianos, centū persępè sunt & plures, qui visis pauperibus transeant, & vix vnus aut alter reperitur interdū, qui eleemosynā dat, & adeo quidē exiguam, vt ex auaritia magis, quam commiseratione data videri possit. Tu aūt loculos tuos laxè aperies, eos omnibus temporalibus pecunijs euacua, vt sic à Deo omni bono spirituali repleаris.

XXIII. *At ille dixit: Qui fecit misericordiā in illū.* Non hic dicitur, alios duos, qui viso miserrimo hoc homine transierāt, nō fuisse idcirco proximos illius: sed eos hoc illū loco nō habuisse. Christus enim in sua quæstione, & Doctor in suo responso, hoc tantum significare volūt, omnes illos nostros esse proximos,
& nos

& nos illorum, quos aliquo modo iuuare possumus: tum etiã quisquis aliquẽ suis facultatibus iuuat, vt re ipsa eum esse proximum suum ostendat. Ex quo sequitur, solos Dæmones, & damnatos homines, non esse proximos nostros, neq; à nobis diligi debere; tum quod eos nec possimus, nec debeamus adiuuare, multo minus, vel in modico illorũ misereri, (nemo.n. est qui Dęmonis misereatur) tum quoq; ꝙ peccatũ adeò profundè & firmiter illis sit impressum, vt in naturã illorũ quasi transîsse videatur, adeò, vt ab illis nunquã tolli possit. Quoniã dum diabolũ nominas, nõ tantũ prauã eius naturã intelligis, sed & peccatum significas naturæ eius impressum. Idem est cum cæteris damnatis, quorũ vnus & idem status est cum dęmonibus in inferno. Atq; his iam exclusis, credendum est, oẽs creaturas esse proximos nostros, quæ nimirũ ratione præditę sunt, siue Angeli, siue homines, siue viui, siue mortui sint. Etenim, in hoc mundo, mutuis nos auxilijs iuuare possumus, iuuamus etiam animas in Purgatorio nostris eleemosynis, orationibus, sacrificijs, ac pijs operibus, quæ quidẽ animæ suis etiã orationibus nobis opitulantur. Sic Angeli sancti, alijq́ue cęlites pro nobis orãt, nobis astãt, iuuantq; nos in necessitatibus nostris diuersis modis, cùm tñ illis prodesse, atq; in vlla re præstò esse nequeamus, vt qui operâ nostrâ non indigeãt, eò ꝙ omni bono & beatitudine sint repleti. Possumus tamẽ illis honorẽ aliquem præstare, eosq; ex corde, propter ipsorũ virtutes & gloriam diligere. S. Ambrosius notat, quod Christus in prædicta quæstione, *Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse,* &c. significare voluerit, seipsum proximum esse, quem Scriba iste amare debebat: quia Christus est, qui & scribæ, & nobis omnibus misericordiam impartitur, quique amorem suum abundanter nobis ostendit. Causa igitur iustissima est, vt eum ante omnia diligamus, qui maiorem amorem, & misericordiam nobis, quam vlli creaturæ, præstitit.

Et ait illi Iesus: vade, & tu fac similiter. Hæc est conclusio huius Euangelij, in cuius cõsideratione omnia etiã Euangelia cõsistũt, facere sc. voluntatẽ, & non audire tantũ. Vnde & Scriba iste admonetur mutare suam opinionem, ac discere, nõ solũ XXIV.

 bonos,

bonos proximos esse nostros, sed malos quoq; & incredulos. Docemur ergo hinc, *Inprimis*, quomodo historias legere, & exempla audire, quę nobis vel pro concione, vel alijs in locis referuntur, consentaneum sit: nimirum, non fabulas, aut aniles loquacitates, vt aliqui curiosi, & nasutuli homines faciunt, sed tanquam bonas admonitiones, quibus doceamur, non impossibile esse idipsum opere complere, quod Deus verbo suo nos facere hortatur. Nam quod alius per gratiam Dei efficere potuit, sperandum etiam est, id neque tibi per eandem gratiam factu impossibile fore, modo talem te exhibueris, & cum simili industria, quali alij isti, operatus fueris.

Tria documenta.

1.

2. *Deindè*, quod non sufficiat Deum orare atque in rebus diuinit, aut meditationibus occupari, sed præterea requiratur, vt etiam exeamus ad auxiliandum proximo. Quemadmodum enim mercatori longè gratius est, quando famulus officinam & negotiationem curat, diligenterque obseruat, atque ex illa quęstum magnum facit, quam si cum illo multum loquatur, & versetur, licet talis conuersatio mercatori non sit ingrata: ita & Deo longè gratius est, vt ei animas lucreris, in quibus maxima eius mercatura consistit; ad quod faciendum te vocauit & conduxit, quam vt tantùm in templo sis, teque cogitationibus diuinis occupes. Nam qui proximum iuuat, seipsum etiam iuuat, ac in virtutibus proficit: Ideo hic dicit, *Vade, & fac tu similiter*, id est, simile quid effice, & ibis de virtute in vertutem, atque quotidie iustior, & ditior in virtutibus fies.

Simile.

3. *Tertio*. vt non aduertamus, cui benè faciamus, siue bono, siue malo, quin immò vt propensiores ac liberatiores simus in peregrinos, illosque qui in sua incredulitate miserè oberrant. Quoniam ex solo amore Dei, & non proprio, ad amorē peregrinorum excitamur, vt hominem incredulum, siue Gentilem, siue Iudæum, siue hæreticum, ex sua incredulitate liberemus, atque ab extremo malo erutum: ad summum bonum perducamus. Proinde semper virtutum studijs incumbens, de alijs benè mereri labora: non enim deerit tibi vnquam occasio, siue domi sis, siue foris, & quicquid tibi occurrit, cogita Deum id in tuum commodum disponere. Sis ergo diligens in hâc vitâ, quia in altero sæculo, nec causam, nec media benè agendi inuenies.

ORA-

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, summum nostrum bonum, & suprema salus, cuius aspectus iucūdissimus est, cuius auditus suauissimus est, cuius possessio summæ sunt diuitiæ, tu nobis Christianis fecisti, & dedisti, quod Venerandis Patriarchis, Sanctis Prophetis, & potentibus Regibus Veteris testamenti recusasti, scilicet, quod te nunc videamus, audiamus, apud nos, & in nobis habeamus, qui diuinum tuum verbum nos docere possint: pro quo nihil à nobis aliud exigis, quam vt ex toto corde, anima, intellectu, ac viribus te amemus, & proximum nostrum tāquam nos ipsos: ad quod tamen vt nos excitares, tu ipse præiuisti, qui cum esses Deus infinitus, præpotens, & immortalis, multum te demisisti, adeo vt nostram mortalem naturam assumeres, & proximus noster fieres, vt ita nos omnibus nostris malis eriperes, & ad summum illud ac supremum bonum perduceres. Oramus te, da nobis gratiam, & illumina intellectū nostrum, ad nostram fœlicitatem cognoscendam, & ad gratias inde tibi agendas: incēde nos amore tuo ardenti, vt te solum, & præter te nihil aliud diligamus: excita nos ad misericordiā proximo faciendam: aperi oculos nostros vt te in omnibus pauperibus intueamur: moue etiam voluntatem, vt te suscipiamus & alamus in ipsis. Da quoque spiritualibus nostris superioribus gratiam ac desiderium huiusmodi, vt non minus pauperibus & abiectis hominibus præstò sint & subueniant, quam potētibus & diuitibus. Mitte in hunc mundum multos Samaritanos, qui suos ærumnosos proximos ex corde consolentur & iuuent: da pauperibus etiam, patienter suas miserias ferre, vt ita quilibet ad suum destinatum finem, & supremam salutem peruenire queat, Religiosi per misericordiam, & bonam instructionem: Diuites per liberales eleemosynas, & Pauperes per perfectam patientiam, quemadmodum tu in omnibus nobis præiuisti, Iesu Christe, qui nunc, & in æternum cum Patre & Spiritu Sancto ab omnibus creaturis, laudibus, gratijs, & honoribus venerari ac coli dignissimus es,

Amen.

DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Luc. 17.



N illo tempore, dum Iesus iret in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cum ingrederetur quodam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longè, & leuauerũt vocem suam dicentes: Iesu præceptor miserere nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos Sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus dixit: Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, quia fides tua te saluum fecit.

Compendiosa Euangelicæ enarrationis explicatio.



Ostquam tempus illud iam propinquaret, quo Christus culpam generis humani grauissimam, passione sua redempturus esset, atque iam Capharnao Ierosolymam proficisceretur, transeundo regiones Samaritano-

ritanorum,& Galilæorum(qui à Iudæis pro gentilibus,& infidelibus habebantur)ad castellum,aut oppidulum quoddam diuertit, vbi decem leprosos à longè stantes aduertit,neque enim propter contagionem vel in vrbes,vel in villas aut pagos ingredi audebant. Atque hi omnes contenta voce clamabant: *Iesu præceptor miserere nostri.* Neque enim requirebant à Christo temporale munus, vtpote quē sciebant pauperem esse,& aliorum eleemosynis viuere: sed implorabant tantum ipsius misericordiā, quam afflictis tribuere talem decebat preceptorem, qui à Deo toti mundo datus in magistrum erat.Qua in re,omnes sanè magnam suam fidem ostendebāt, Christum,scilicet, nobis missum & donatum esse pro præceptòre,qui nos instrueret, & omni malo eriperet, quique suam diuinam doctrinam externis miraculis nobis confirmaret. Ostendebant etiam bonam illam opinionem, quam de misericordia ipsius iam mentibus suis conceperant, nec non & fiduciam illam, qua maximè ad illam misericordiā consequendam,nitebantur. Iesus itaque dum ingenitam diuinæ suæ nature misericordiam nominari & inuocari audiret, benignissimo vultu istos leprosos aspicit, eisque omnem clementiam impartitur, Sed hic aspectus non tam corporeus,quam verè diuinus fuit,misericoricordiæ plenus: quo licet in momento eos sanare potuisset, tamen æquè benè totos adhuc lepra impuros ad Sacerdotes mittit, vt eò magis fidem illorum tentaret, alijsque manifestiorem redderet. Et quia Sacerdotes Iudæorum nullam omnino potestatem habebant curandi leprosos (quod solius Dei est) neq; hac in parte aliud

offi-

officium administrabant, quã vt viderēt, & exploratè iudicarent, an homo corpore mundus an immūdus esset, tum mundum ab immundo secernerent, mundum autem ad communitatem admitterent; & pro eo certa quædam sacrificia in testimonium recuperatæ sanitatis, in templo offerrent; & hi quidem leprosi nondum sanati, meritò apud se murmurare, & Christo dicere potuissent: Quare nos mittis ad Sacerdotes, qui nos iuuare non possunt? non enim isti nostris medebuntur morbis, neque nos pro mundis suscipient. Sed nihil horum Christo obiecerunt. verum magna ac constanti fide confestim ad Sacerdotes ire perrexerunt, & cęca quadã obedientia mandatum Christi perfecerunt, certò credentes, quod prius, quam ad Sacerdotes venirent, à lepra curandi forent. Quod etiam factum fuit; quia dum omnes vno animo & consensu irent, sanati sunt. Huc vsque pares in fide fuerunt. Sed longè impares in gratificatione erga *CHRITVM*; nam vnus eorum sentiens se curatum esse, solus reuertitur, & Christum tanquam verum *DEVM* laudat, eique de beneficio redditę sanitatis gratias agit, humili etiã animo, multaque reuerentia, se totum ad pedes eius prosternit, clara voce contestans summam voluptatem, ob recuperatam munditiam corporis. Nam sanus iam factus, non timuit Christum propius accedere, qui alioquin lepra infectus, à longè stabat. Hic autem Samaritanus fuit, in confusionem & ignominiam Iudæorum, qui ratione religionis suæ maiorem gratitudinem ostendere obligati erant. Sed illi multa verba, exigua autem opera habebant: multa bona docebant, quæ alij reipsa præstabant. Christus igitur cum videret hunc Samaritanũ gratissimum

tiſſimum in omnibus, & ſimul demonſtrare vellet ſe minimè ignarum eſſe, quidnam leproſſis in via contigiſſet, vellet etiam crimen ingratitudinis Iudæorum deteſtari,& nos omnes docere,nihil gratius eſſe Deo grato animo, dixit ad Samaritanum: Nonne & alij nouem vna tecum ſanati ſunt? vbi ergo manſerunt? cur non pariter huc tecum ad gratias agendas acceſſerunt? Sed quia Samaritanus non venerat ad Chriſtum, vt ſuos complices de aliquo accuſaret, ſed magis vt benefactori ſuo gratias ageret,nihil ad hoc reſpondit. Vnde Chriſtus vertendo ſe ad turbam circumſtantem, ait: *Non eſt inuentus, qui rediret,& daret gloriam Deo, niſi hic alienigena:* laudando quidem verbis iſtis Samaritani gratitudinem,& oſtendendo ſolicitudinem ſuam, quam de honore Patris ſui cæleſtis haberet. Licet enim Samaritanus,non ſolum Deum collaudaret,ſed Chriſto etiam reuerenter gratias ageret, tamen Chriſtus non eſt ei conqueſtus de ingratitudine Iudæorum erga ſe,ſed potius de ingratitudine erga Deum: ad docendum nos, vt magis honorem Dei,quam noſtram laudem,& vtilitatem, deſideremus & affectemus. Ad extremum vertens ſe Chriſtus ad Samaritanum dixit:*Surge & vade,quia fides tua te ſaluum fecit.*quaſi diceret; Tu quidem ſanitatem tuam mihi adſcribis,& gratias agis,vnde bene facis; ſed ego te quoque aſſero hac in re nonnihil cooperatum fuiſſe. Magna enim fides veſtra, quam habuiſtis,apud me hoc effecit, vt vos omnes ſanitati reſtituerem: quia vis illa humilis & obedientis fidei, tanta quidẽ eſt tamque magna,vt quiduis apud Deum impetrare valeat.

DOCV-

Documenta Concionis Decimætertiæ.

I. DVm iret Iesus in Ierusalem. Monstratum est præced[illegible] Euangelio, quomodo vulneratam naturam hum[illegible] & semiuiuam Christus, sub typo Samaritani, sanarit, eiq[illegible] medium dederit. hic discimus, vbi remedium illud qu[illegible], & qua ratione eo vti debeamus. Ponuntur hic decem l[illegible] si, & ad Sacerdotes mittuntur, vt peccati discas fœdita[illegible], eaque cognita, remedium à Sacerdotibus quęras, Christi [illegible] carijs, & custodibus Sacramentorum, per quæ virtus san[illegible] nis eius, nobis applicatur. Docebat quidem lex vetus m[illegible] bos, & ægritudines nostras, sed, in noua Lege, dedit Christus certa, & diuina remedia, per passionem suam, aduersus omnia totius mundi peccata. Hoc significatur in præsenti, cum Christus à Capharnaum vbi habitare solebat, decedit Ierosolymam petens, vt ibi Patris sui impleat voluntatem, & pro nobis moriatur, ac in itinere decem leprosos sanat. quo numero, vtpote perfecto, omnes homines continētur, per Christi mortem à peccatis liberandi, quemadmodum enim hic simul sanat decē homines, atq; ita vno verbo decem facit miracula, (cui simile nusquā legimus) sic vno corporis sui sacrificio, pro mundi totius peccatis satisfecit. Confide itaque in eum, & cum leprosis his, ab ipso remedium pete.

Heb. 9. 28.

II. *Transibat per mediam Samariam, & Galilæam.* Non multum quieuit Saluator noster, sed transibat benefaciendo omnibus domi pariter, ac foris. Nos cum proficiscimur, arbitramur licitam bonorum operum, ad quæ consueuimus, omissionem, & animi effusionem, ad leuandum itineris tædium. cessamus ab oratione, ieiunio, Missa, templi visitatione, &c. Christus vero nihil intermisit. cum Apostolis, vt Euangelistæ testātur, ieiunabat, orabat, docebat plebem, sanabat infirmos, nihil denique negligebat. Eunuchus Reginæ Candaces, legebat Isaiam in itinere, & lectionis istius occasione, à Philippo Diacono conuersus est, ac baptizatus. Solenne erat S. Hugoni Lincolniensi Episcopo, qui circa 1200. annum obijt, vt vbicunque esset siue domi, siue peregre, ordinarias preces suis horis recitaret. contigit, vt cum alijs antistitibus, vespere ad hospi-

Matt. 11.
Ioan. 4.
Act. 8.
In eius vita c 22. apud Surium. to 6.

hoſpitium deflectens, intellexerit, quod ſequenti die per ſyluam latronibus, ac furibus obſeſſam iter facturi eſſent. Conſulebant omnes, vt primo mane ſurgerent, ac taciti periculoſum illud iter abſoluerent, ac dein ſimul, & ſecuri horas legerent. Permiſit ille, ego tamen, aiebat, conſuetum orandi, & horas recitandi tempus non negligam. Et ecce inciderunt illi in latrones, ipſe vero cum ſuis, abſolutis orationibus, profectus, liber perrexit. Cum ergo proficiſceris, conſultum omnino eſt, vt peccata confitearis, atq; Euchariſtia te quaſi armes, & confirmes. Solet enim Sacramentũ hoc, à PP. vocari *viaticum* non ideo tantum, quia in vltima noſtra profectione ſuſcipi debet, cum ex hoc mundo in alium migramus, vt ſic diaboli declinemus inſidias, qui tunc captiuitati noſtræ, totis viribus inſidiatur; ſed & quia in alijs profectionibus nos cuſtodit. Ideo ſolent olim Chriſtiani, cum proficiſcerentur, ſacramentum hoc ſecum conferre; vt patet in [a] S. Tharſitio Acolytho, [b] Maximiano Epiſcopo Syracuſano, [c] S. Laurentio Epiſcopo Dublinenſi [d] & Satyro, S. Ambroſij fratre adhuc catechumeno. Quod quia iam nec decet, nec licet, cõſultius erit, venerabile hoc Sacramentum corpore, & animo ſuſcipere, vt per illud à viſibilibus pariter, & inuiſibilibus aduerſarijs defendaris. Noli, cum proficiſceris, ſolitas orationes negligere; neque enim moleſtius eſſe debet cum Deo, & Sanctis, oratione, colloqui, quam cũ itineris comitibus, de vanis nugari. Excuſat quidẽ viatores pedites, aut qui magnã patiuntur corporis iactationem, Eccleſia à ieiunio, & ab obligatione audiendi, Dominicis ac feſtis diebus, ſacri ſi illud ſine notabili damno, aut comitum qui expectare nolint ſubtractione audire non poſſint: qui tamen legitimum impedimentum non habent, non poſſunt perſuadere ſibi, quaſi, ob hoc ſolum quod proficiſcantur, ab Eccleſiæ præceptis excuſati ſint. Anni iam ſunt circiter 400. quod in Epiſcopatu Leodienſi, pago Elſelo, vir fuerit (vt refert Cæſarius) nomine Winandus, qui in Palæſtinam profectus, poſtquam loca ſacra inuiſiſſet cum comitibus ſuis, voluerunt omnes redire domum. Paſcha erat; orat ergo Winandus, illo die maneant, & Eccleſiæ officio interſint: illi abnuunt,

Euchariſtia viaticum. 26. quæſt. 6. cap. ſi q[...] ſeqq.

a Martyrol. 15. Auguſti.
b Greg. 3. dialog. c. 36.
c In vita eius c. 28.
d Amb. orat. funeb.

Lib. 10. c. 4.

abnuũt, eo quod ventus esset maxime secundus. Manet ergo ipse Ierosolymis solus, & pro pietate sua festum celebrat. Postridie discedenti occurrit in via eques, qui, quo solus tendat, quærit. Respondet: Ad socios meos, qui me hesterna die hic reliquerunt. Ait ille, ascende retro me, & facile eos assequemur. Eadem die vexit eum in pagum suum Elselo, ac ex equo depositum rogat, num locum norit? Respondit Winãdus, optime se locum nosse, nescire tamen, quomodo illuc venerit. Ait eques, Ego Dei Angelus sum, ad te missus, vt huc te adueherem, eo quod Christum honoraris, & speraueris in Domino. Vade & narra magnalia Dei, quæ facta sunt in te. Abijt ergo domum, seque eodem die Ierosolymis fuisse, narrabat. dein, viatico eodem, iter Compostellanum ingreditur eoque absoluto rursum redierat domum, antequam socij eius Ierosolyma redirent. Disce hinc ante omnia Deum colere, ac in eum, plus quam in humana auxilia sperare.

Quod Ierosolymam Christus eat, transita Samaria, & Galilea, modum figurat, quo in spiritualem Ierusalem ire debemus. *Samaria*, custodiam significat, *Galilaa*, migrationem, vel rotam: si ergo in cœlum is, *omni custodia* teipsum custodi, mũdus enim hic migratio est, & rota transiens, quæ nunquam in eodem statu permanet, exerce te in contemplatione simul, & vita actiua, nec dies transeat, quo non ad Deum adscẽdas, te ipsum custodiens, in Samaria, & ad bonum opus te moués, vt proximum iuues, in Galilea. Præterea c to omnia prætercurras: nulli rei inhærens; mundus enim fallacijs plenus est, & infidelitate. Hæreticorum multi sunt, vt Samaritani; multi Catholicorum, vt Galilæi, qui verbis dicunt se habere fidem, factis autem negant.

Prou.4.23.

III. *Et cum ingrederetur quoddam castellum.* Necdum ingressus erat Dominus castellum, leprosi enim nec vrbes, nec castella ingredi poterant. Vis sanari à Christo, & peccata tibi remitti? festina, ne tardes, donec introierit. tardarunt quinque virgines fatuæ, & quantumlibet postea pulsarint, ac clamarint, exauditæ non sunt. Dum viuis, Christus foris est, in mundo: post mortẽ tuam, iam intrauit. Expectat te hic, vt simul ad gloriam introeas. Fac ne remoreris eum, neq; enim decet,

Matth.25.10.

decet, vt seruum Dominus præstoletur. Et si esset Dominus quis ita benignus, vt in via seruum expectaret, an propterea ille moras necteret, & ad hospitia, inebriaturus se, declinaret? nunquid festinaret tanto celerius, etiam his qui detinere eũ vellent respondens. Dominus meus pręcessit, expectat me, non decet vt moras faciam. Tam benignus est Christus, vt te expectet, festina ergo, quia si absque te intrauerit, id ęst, extra gratiæ statum moreris, non noscet te vt suum, neque offensam in æternum remittet. Multi sunt serui mali, qui Christum relinquunt expectantem, & quia patiens est, se ipsos ad omne voluptatis genus profundunt. Sed sentient hi, quid sit abusum esse diuina patientia, scripsit enim de eis Apostolus, *Ignoras quoniam benignitas Dei, ad pœnitentiam te adducit? Secundum autẽ duritiam tuã & impœnitens cor, &c.* Peccator enim qui hodie mortaliter peccat, & quotidie peccata noua adijcit, multiplicat sibi infernos cruciatus, adeoq; si vel vnũ mortale peccatũ, plures mereatur pœnas, quàm homo possit concipere, vt vere meretur: quantas merebuntur illi, quorum peccata numerum nesciunt? Vide ô Christiane hæc, & ad Christum fuge, priusquam te deserat, teq; cum peccatis tuis omnibus excludat. Rom. 2. 4.

I V. *Occurrerunt ei decem viri leprosi.* Lepra ob analogias multas, & proportiones, mortale peccatum communiter significat. *primo*, Lepra inter morbos est quos homines maxime fugiũt, & præ illa alium fere quemuis morbum optãt. peccatum mortale res ita fęda est, vt nihil ei comparari possit, imo pœna inferni maxima, minus est malum, quam tale peccatum vnicũ, puta adulterium, impudicitia, vsura, furtũ, periurium, ebrietas aut aliud etiam minimum peccatũ mortale. est enim peccati huius malitia infinita, vtpote qua lædat infinitam Dei maiestatem; mala cætera in se finita sunt, & infinitatem suam, à peccati infinitate ducunt, quod etiam de inferni pœnis intelligo, quæ ideo tantum infinitę sunt, quia infinitam culpæ malitiam mundare non possunt. Lepra peccatum mortale. 1.

Secundo, Nemo medicus præter Deum sanat lepram; & à peccato nullus pręter Deum mundat. 2.

Tertio, Lepra speciem hominis tollit, eumque deformem 3.

Peccati fœditas. reddit, imo abominabilem, ita vt vel contingere horreamus, quicquid leprosus tetigit. Peccatum ita deforme est, vt ex Angelis speciosissimis, fœdissimos fecerit dæmones. Animas hominum pulcherrimas, mutat in tenebras, vt proin à SS. Literis non tenebrosa tantum, sed tenebræ dicantur. Hieremias talium facies dicit exustas, quasi carbones. ac propterea belluarum quoque, quas detestamur, nominibus insignuntur, vt serpentum, viperarum, scorpionum. *Peccatori dixit Deus quare tu enarras iustitias meas? & assumis testamentum meum per os tuum. Sacrificia vestra & incensum abominatio est mihi, multitudinem victimarum vestrarum, holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui.*

Ephes. 5. Thren. 4. 8. Psal. 49. 16. Isa. 1. 11.

4. Peccati fœtor. *Quarto*, est morbus fœtens, ita vt anhelitum quoque fœtentem reddat peccati fœtor, à peccatoribus ipsis sentitur, & damnatur; quanto magis à pijs? Itura aliquando, ad ciuitatem aliquam celebrem, S. Catharina Senensis, fœtorem eius ad quadraginta milliaria sensit, addens nullum ei fœtorem parem esse. Scribit Gregorius virum diuitem, sed impudicum in templo S. Faustini Brixiæ sepultum fuisse, apparuisseque S. Faustinum custodi præcipientem vt Episcopum accederet dicens, vt cadauer illud fœtidum peccatoris istius, è templo proijciat, alioqui intra triginta dies moriturus. Ex animæ fœtore corpus quoque inficitur, & in inferno cadaueris instar vermibus pleni fœtebit. Vnde Isaias *Vermis*, ait, *eorum non moritur & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.* id est, tam erunt abominabiles, vt nemini lubeat eos adspicere. Spiritus quoque seu anhelitus peccatorum fœteat, necessum est, *ex abundantia enim cordis os loquitur*, imo hinc eorum execrationes, rixæ, blasphemiæ, conuitia, calumniæ, laus propria, detractiones, proximi vituperia, cõsilia mala, & quicquid linguâ peccatur vbi enim boni nihil est nihil promi potest.

4. dial. c. 53. Isaia. 66. 24. Matt 12. 34.

5. Peccati cõtagio. *Quinto*, est morbus contagiosus, ideoque vitandas, propter quod leprosi olim ciuitatibus arcebantur. Nullus vero morbus peccato contagiosior, tum propter sui delectationẽ, tum propter nostram infirmitatem. Dupliciter enim aliquis ab alio

ab alio inficitur; vel quia morbus ex se contagiosus est, qui aerem, & corpora inficiat, vt pestis, & venenum: vel quia corpus tenerum est, & facile læditur. Peccatum vero vtrunque habet, nam & ipsum in se delectabile est, habetque boni speciem; & nos infirmi sumus, ad malum potius inclinati, quam bonum. ideo fit nobis quod in nauibus videmus, quę sine difficultate fluuios descendunt, summo autem cum labore adscendunt, minima oportunitate in malum prouocamur, sed reuocare gradum, hoc opus hic labor, hinc, malus vnus facilius centum peruertet bonos, quam hi illum conuertent. sicuti infectus peste, facilius centum inficiet sanos quam ab eis curetur: Aceti gutta integrum vas vini vitiat, si tamen vini plurimum, in vnum infundas vas aceti, vinum corrumpitur, acetum vero nihil melioratur. Docent hæc, exemplo suo omnium sæculorum hæretici, Arrius, Nestorius, Eutyches, Lutherus, Caluinus, &c. qui etsi pessime vixerint, plurimos tamen alios ad se, & æternam perditionem traxerunt. *Simile.*

Sexto, Leprosi semper sitiunt, sic & peccatores. sicuti enim in leprosis, non refrigerat potus æstum hepatis, sed auget, sic & concupiscentia peccato non sopitur, sed fouetur. *Insatiabilis est oculus hominis*, ait Sapiens, & ignis eo ardet luculentius, quo plus aggeritur ligni, sic ambitiosum nullus honor satiat, sed ad maiora prouocat. idem est in auaris, impudicis, gulosis, iracundis, nam sicut virtutes, sic & vitia exercitijs augentur. 6. Peccati sitis. Prou. 27. 20.

Septimo, Lepra paulatim corpus totum reddit ineptum, maculat sensus omnes, & membra, oculos, aures, os, faciem. Peccatum si in eo diu hæreas, excæcat intellectum: vt neque maiestatem Dei, neque impendentem mortem, nec iudicij rigorem, nec cœli gaudia, nec æternæ pœnæ cogites grauitatem: obturat aures, vt minas & promissiones Dei non audias, implet nares; ne suauitatem diuini odoris sentias; fœdat, & ligat manus, ne bonum facias; sapientiam tollit, & prudentiam; ingerit inobedientiam, spoliat omnibus virtutibus, & ad omne bonum hominem ineptum reddit. 7. Peccati maculæ.

Potest hic denarius leprosorum numerus præuarica- Decem quid.

Figuræ prę- uaricationis Decalogi. tionem figurare decalogi; etenim si quis vel vnicum præuaricetur Dei præceptum, lepram animæ contrahit. Figuratur hoc multis in Scriptura exemplis. *Primi* namque mandati
4.Reg.5. transgressionem, figurabat lepra Naaman hominis gentilis.
Luc.7.39. *Secundi*, Simon leprosus, qui non sine blasphemia de Christo dixit, *si esset hic Propheta sciret vtique qua & qualis est mulier qua*
2.Parab.26. *tangit eum*. *Tertij*, Ozias Rex leprosus, qui thus in templo adolere voluit, & Sacerdotum sibi officium vendicare. *Quarti*,
Num.12. Maria, quę cum aduersus Moysem fratrem, & Superiorem suum murmurauit, leprosa facta est. *Quinti*, Moyses, cuius ma-
Exod.4. nus, quæ Ægyptium occiderat, lepra fuit percussa. *Sexti*, Gie-
4.Reg.5. zi, qui mendacio Naami bona iniuste abstulit, se ab Elisæo missum mentiens. *Cæterorum quatuor* præceptorum transgres-
4.Reg.7. sionem figurarunt quatuor illi leprosi, qui noctu ingressi castra Syrorum; abstulerunt quicquid concupiscebant. Nume-
Serm.3.de paschate. rat Bernardus septem lepræ species, quibus cum Naaman mundari debemus: duas in corde, iudicium proprium, &
Septem species lepræ. propriam voluntatem, duas in ore; laudem sui, & impatientem sermonem: tres in corpore; bona iniusta, vestium luxum, & voluptatem carnis. quibus singulis si vnam adhuc
Aliæ tres adhuc. addas, cordi suspiciones, ori, detractiones, corpori, gestum superbum, efficientur decem. Habes & in veteri Testamento
Leuit.13.& 14. decem lepræ genera quibus distincta peccata significantur.
Alię decem species. *Prima* est in cute; partim munda partim maculata, quæ hæresin significat, quæ veris dogmatibus falsa permiscet. *Secunda* in capite, peccata superiorum. *Tertia* in barba, peccata eorum qui robore, viribus, aut sanitate abutuntur. *Quarta* in crine capitis, malas cogitationes. *Quinta*, in pustulis, inflationem animi, & Superbiam. *Sexta*, in cicatrice vulnerum, inconstantiam recidiuantium. *Septima*, in domo, peccata familiæ, quæ impedire teneris. *Octaua* in veste linea, adulationem dum moliter loqueris & ad os. *Nona* in veste linea, hypocrisin. *Decima* in veste pellicea, carnalem gulam & impudicitiam signat.

V. *Qui steterunt à longe, & leuauerunt vocem dicentes*. *Tria*, fecerunt hi leprosi. *Primo*. Iu erunt Christo obuij, neque expectant, donec ille accedat, sed ipsi ad eum accedunt opportunitatem

tatem nacti. Oportunitas tibi eſt, quam diu viuis cum vita quoque illa perit. Qui magna alicui Principi deſiderant loqui, omnes quos poſſunt modos indagant. tu modos hic habes ſufficientes, vide ne negligas, alioqui cum fatuis virginibus venturus ſerò. *Matth.25.*

Secundo, Steterunt à longè. Quod ſtent peccatorem ſignificat, ſi ſanari velit, in peccatis ſiſtere debere, nec ad plura progredi. quod autem à longe ſtent, humilitatis indicium eſt, & verecundiæ. Superbi ad aram vſque accedunt, intrepidi; illic ſe putantes exaudiri, ſed à longè videt Deus. Stetit in *Luc.18.* templi penetralibus, ad aram Phariſæus, ſtetit à longe Publicanus, hic deſcendit iuſtificatus ab illo. Qui peccati videt turpitudinem, magnum ducit coram Deo apparere, etiamſi remotus abſit. Si aſſumpta à Rege vxor, ex vili, dilectiſſima, deprehendatur cum ſcurris Regi inimicis adultera, & corpus habeat vlceribus plenum, nunquid audebit ſe Regi ſiſtere, ſi modo peccati ſui videat grauitatem, & maieſtatem Regis? Quod tam inuerecundi coram Deo ſtemus, ex inaduertentia oritur turpitudinis noſtræ, & dignitatis diuinę. Etſi corpore ſis Deo proximus, animo tamen abes remotior quam cœlum à terra: ſicuti enim à Deo omne bonum, ſic à peccatrice anima oritur omne malum. Hinc ſapienter in Lege veteri cautum fuit, ne leproſi ciuitates ingrederentur, aut vicos: vt diſcant tam ſæculares, quam Eccleſiaſtici Eccleſiæ Principes non admittere in Chriſtianam Rempublic. peccatores publicos, ſed eoſdem vel conuertere, vel arcere. Similiter vt populus diſcat, peccatores illos peſtis inſtar deuitare.

Qui corporali morbo contagioſo laborant, nolint eo amiciſſimos ſibi inficere: imo vrgent ne ei accedant, cibum vel potum ſimul ſumant. At vero in animi morbis, vt qui que eſt magis amicus, tanto magis ad peccati communionem inuitatur: ad aleam, choreas, epulas, impudicitiam, ebrietatem, detractionem, & omne malum. Ac propterea quanto fuerint tales cognatiores, tanto ſunt magis fugiendi; malum enim animi, corporis malo deterius eſt.

Tertio, clamauerunt leuantes vocem, id eſt, cum deſiderio

magno. Sicuti enim qui vocem leuat, ducit profunde spiritum: sic enim qui ad Deum clamat, & exaudiri desiderat, de profundis clamare debet. Multi de indeuotione sua queruntur, sed habent huius mali caussam in se ipsis, quia malum quo laborant, non sentiunt nec bonum, quod postulant. Si maritus periclitaretur de laqueo, relicturus te cum quinque filijs, sine pecunia, agris aut vllis adminiculis, & sperares eum, pro iudicis misericordia, posse exorari, qui te non repellet, quo gestu & modo eum deprecareris; credo non egeres monitoris, aut instructoris externi, ad gestibus prodendum animi dolorem: ipsa sibi natura sufficiens magistra, quoties periculi considerat grauitatem. Mæror, metus, & animi angustia in genua te coram iudice protruderent, vt leuatis manibus, vultu miserabili, lachrymantibus oculis, singultiente voce, misericordiam ab eo impetrares. non tunc Demosthenis vel Ciceronis Rhethorica opus, necessitas affectum excitat, & affectus membra externa, ad alios emolliendos. Vbi vero necessitas hæc non est, vel saltem non cognoscitur, affectus non excitatur. Hinc est cur Deum sine affectu, quotidie ores, etsi necessitate premaris maiore, quam illæ temporales esse possunt. Ora vt tibi Spitum suum S. infundat, quo mala cognoscere, & ardenter discas orare *ipse* enim, vt Apostolus ait, *adiuuat infirmitatem nostram, & postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.*

Cur homo non oret deuote.

Rom. 8. 26.

VI. *Iesu Præceptor, miserere nostri.* Breuis hęc & vtilis oratio est, quæ in corde nostro frequenter, & ore haberi debeat: ne à Deo diuinisque cogitationibus alienemur. Sicuti enim pictor qui faciem hominis delineat, oculos in eum frequenter figit, ac deinde in tabulam: sic in medio etiam negotiorum, debet Christianus cor leuare in Deum, eumque breui aliqua oratione inuocare; quod factum olim ab Eremitis sub opere suo: sic enim cogitationes noxias repellebant, deoque manebant coniuncti, sine notabili distractione. Habent singula orationis huius verba vim suam. *Iesu.* Hoc est nomen illud à Gabriele primum B. Virgini, deinde Iosepho indicatum, cui omnem debemus honorem, nec nominare illud oporteret sine interiori saltem reuerentia, vt quidam, qui ex minima occasione

Simile.

Iesu.

Luc. 1. Matth. 1.

occasione clamant IESVS quoties noui aliquid vident; vel audiunt. Tantum nomini hinc honorem S. Fráciscus habuit; vt non solum nunquam illud sine exteriori reuerentia audiret, sed chartulas quoque quibus inscriptum erat, colligeret, & in honesto loco reponeret. Est enim nomen magnum *in quo*, sicut Apostolus ait, *omne genu flectitur cælestium, terrestrium, & infernorum* in quo Apostoli, miracula, iuxta Christi promissionem, fecerunt, & præter quod *non est aliud in quo oportet saluos fieri credentes.* Gaudet diabolus quoties eo abutimur, & interiectionis loco, quasi admirationis signum, adhibemus *Præceptor.* Est hic proprius Christi titulus, qui non voluit vt fieremus plures magistri, quia ipse est vnus magister noster, nos autem discipuli. Quantumcunque alios doctrina, & sapientia præcedas, scripto, vel viua voce instruas, adhuc non nisi discipulus Christi es, à quo quicquid scis didicisti, ac condiscipulis tuis impartis, sicuti in scholis pueri condiscipulis suis suggerunt, & succurrunt. Noli ergo de eruditione extolli, noli alium à Christo magistrum quærere. Minerual non petit aliud, quam vt & verbo, & opere diligenter te in eius schola profecisse demonstres. *In hoc*, ait, *cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Dilectio enim, perfectissima huius scholæ lectio est. *Miserere.* Magnam habet hæc vox energiam, si serio dicatur. *primo* enim humilitatis nota est, quia propriam agnoscis miseriam, & necessariam tibi Dei misericordiam, ac opem. *Secundo*, desiderium in te manifestat seruiendi Deo, dum nec honores postulas, nec opes, sed misericordiam Dei, qui dabit tibi, quod saluti animę tuæ nouerit vtilius. *Tertio*, Magnam ostendit in Deum fiduciam, dum nihil præter misericordiam petis, illius permittens arbitrio, quicquid dare velit: certus quod non nisi salutem dabit & s uti vtilia. *Quarto*, Significat te non proprijs inniti meritis, d Diuinæ bonitati, etsi enim iusti bona mereantu rtemporalia, augmentum gratiæ, & gloriam, tu tamē nō nisi misericordiam petas. *Primo*, quia incertus de meritis, & iustitia tua es *nescit enim homo, vtrum amore vel odio dignus sit.* *Secundo*, Quia etiamsi bona habeas merita, tamen & hæc misericordiæ Dei dona sunt: ex te ipso nihil præter de-

Philip. 2. 10.
Marc. 16. 20.
Act. 4.
Præceptor.
Matt. 23. 8.
Christus magister omnium.
Ioan. 13. 35.
Miserere.
Eccl. 9. 1.

 fectum

fectum habes,& peccata: quod autem in operibus tuis bonum est,à Spiritu S.est. Sicuti,si rustici manum peritus scriptor ducat,scribit ille bene,quamdiu manu ducitur,sed desertus pessime scribit ruditatemque suam, & defectum manifestat. *Tertio*,quia boni omnis initium gratia est, quam misericorditer tibi Deus, sine tuo merito,dedit. Ideo Apostolus, Rom.6.23. *stipendium*,ait,*peccati mors* hoc enim nostrũ est; *Vita* vero *aeterna gratia Dei*,seu donum gratuitum est, quia iustificatio à qua virtutum actus procedunt,vere gratuita est. sicuti si diues famulo suo gratis pecuniam det, & iustum pretium quo dein domum emat,ipsam domum vere gratis dat,quia dedit pretium domus,& tamen simul eandem vendit,quia pecuniam recipit *nostri*. Nostri. Discis hinc *primo* gratum Deo,vt singuli non tãtum pro se,sed & pro proximis orent,nos autem indignamur si mendicus accepta eleemosyna etiam pro vxore aliquid, & pro liberis domi relictis petat,Deus misericordior est, & liberalior,mauult vt simul pro alijs,quam pro nobis solis oremus. ideoque in oratione quam instituit *nos*, & *nobis* posuit, non *me* & *mihi*. *Secundo*, orationem multorum communem, efficaciorem esse ad impetrandum;quod enim vnius attentioni deest,ab altero suppletur.Ideoque libenter Ecclesias visites,vbi communis funditur oratio. nam etsi solus non merearis exaudiri,offeretur tamen cum caeteris oratio tua Deo.

III. *Quos vt vidit,dixit*. Nota *primo* Christi misericordiã vix protulerunt quatuor verba leprosi, & conuersus eos non torue sed vt verus *Iesus*, & Saluator oculis misericordiae intuetur. Quoties tu pauperum audis clamorem, nec moueris, imo torue eis loqueris. Disce hic ex Christo benignitatem. *Secundo*, Quod Christus homines aspexerit, in quibus nullus erat decor,sed leprosa solum scabies,vt te doceret. *Primo*,vt non deseras proximum tuum, etsi morbo laboret tibi ob naturae mollitiem horribili. Horrebat leprosos valde S. Franciscus, cumque adhuc in saeculo, eques aliquando proficisceretur, obuius ei fit leprosus multum horribilis,ac stipẽ petit. Horruit Franciscus tam subitum hominis tam luridi cõspectum, substitit tamen,initium cogitans perfectionis, victoriam sui. ac tandem facta sibi vi, equo desilit, leprosum osculatur

eleemo-

eleemosynamque ei liberalem dat. & ita abiens, cum haud longe discessisset, respexit sed neminem vidit: fuerat enim Christus, qui sub leprosi specie apparuerat vt occasionem ei præberet spiritualis profectus, per victoriam suiipsius, & misericordiam. Magno tenebatur desiderio S. Catharina Senensis (quæ ad Dominũ migrauit anno ætat. 33. Christi 1380.) vt Christo in membris suis ministraret. Fuit tunc Senis mulier Tecca nomine quam in domum maternã assumpsit, vt ei ministraret: illa autem præter infirmitates priores lepra quoque laborare cepit, & superbe in Catharinam frequenter inuehebatur & amare, quasi illa non ex charitate sed ex obligatione ei inseruiret. Timebat mater filiam lepra laboraturam, nec frustra, nam manus eius lepram contraxit. illa tamen, nihil de officio prætermisit. Paulo post Tecca moritur, eamq; Catharina omni sedulitate lauit, & sepeliuit, quo facto manus virginis mundata est, maioremque quam ante nitorem habuit. Ita refert Confessarius huius virginis Raymundus, cui omnia eius secreta patebant. *Secundo*, Quod qui tam benigne intuitus est leprosos, te quoque non repellet, etsi peccatis fœdum, accede ad eum, leua vocem, opem quære, IESVS Christus heri, & hodie in cœlis æque benignus, æque clemens. Non te metus impediat, vel verecundia: paratus enim est ad auxilium tuum, nec desperes, si non statim perfectam sentias à vitijs omnibus sanitatem; neq; leprosos statim curauit, sed adspexit, allocutus est, & dixit quid facerent. nec mireris si cum ad seruiendum Deo te componis, non statim libereris ab omnibus malis, non est exiguum quod vel aspiciat te Christus, & alloquatur, ꝙ oculos tuos aperiat, vt peccati videas fœditatem, & virtutum decorem, quodque inspirationes bonas tibi mittat, & animi pacem. Passiones malæ paulatim per Dei auxilium, & cooperationem tuam extinguentur. Non vult illas subito tollere Deus, sed relinquit nobis ad pugnam, vt victores veniamus ad coronam.

Ite ostendite vos Sacerdotibus. Mittit leprosos semper Christus ad Sacerdotes, vt doceat in noua Lege, sine Sacerdotibus non dimitti peccata. Fuit ergo hæc Sacramenti Pœnitentiæ figura, sed imperfecta: Sacerdotes enim illi tantum lepram VIII. Differentia Sacerdotũ N. & V. legis.

 exa-

examinabant corporalem, neque eam sanabant; Sacerdotes vero nouæ legis lepram tractant spiritualem, quæ magis noxia est, eamque non exanimant tantum, sed & sanant, vti inter cæteros pulcherrime docet Chrysost. Missio autem hæc ad Sacerdotes, duo nos docet in Sacramento Pœnitentiæ. Primo, Quod Sacramentum hoc non sit ab hominum instituto, sed Dei: sicut in lege veteri ex præcepto Dei ostendebāt se leprosi Sacerdotibus, & Christus illos semper ad hos misit. hæretici vero nostræ ætatis, hominibus persuadent non esse necessarium, vel à Deo institutum, confiteri Sacerdotibus, sed inuentum esse humanum. Sed debebant hi ostendere simul, quis, vbi, quando, præceptum hoc tam graue instituerit, quo in Ecclesia grauius nullum est, cum homini mortali peccata omnia enumeramus, coram illo humiliter nos ipsos accusamus, sordesque interiores, & vitia detegimus. Quis hoc onus mundo imposuit? quis Imperatores, Reges, Principes primus ad confessionem coegit? certe res est tam onerosa, vt, nisi præcepto Dei, introduci non potuerit. In his quæ Ecclesia instituit si alicuius modo momenti sint, ex historijs locum scimus, & tempus, & authorem institutionis. Confessio vero tantæ antiquitatis est, vt nemo aliud sciat initium quā Christum qui insufflans in Apostolos dixit. *Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remissa sunt eis, & quorum retinueritis*, id est, nō remiseritis *retenta erunt*. Intellexerunt hoc Apostoli, ideoque Christianos confessionem docebant, quæ iam per 1500. annos ad nos vsq; durauit. In Actis Apostolorum confitentur fideles acta sua & qui curiosa fuerant sectati libros comburunt valentes 50000. denariorū monet S. Iacobus Apostolus, vt si quis infirmetur non Deo tantum, sed & homini, nempe Sacerdoti, qui etiam homo est confiteatur. Docuit S. Petrus S. Clementē discipulū suū, q̄ etiā peccaminosas cogitationes, Christiani debeant cōfiteri. Dionysius Areopagita S. Pauli discipulus Demophilū Monachū reprehendit, quod peccatorem Sacerdotis pedibus aduolutū abiecerit, nec permiserit absoluere confessionē. Pleni sunt hac re omnes antiquorū libri Tertulliani, Cypriani, Origenis, Basilij, Ambrosij, Chrysost. Paciani, Hieron. Augustin. Leonis Papæ, qui [illegible] docent,

Lib. 3. de Sacerdotio. Missio ad Sacerdotes. *Ioan. 20. 23.* *Act. 19. 18.* *Iacob. 5. 16.* *Clemens epist. 1. citat. in conc. 1. Vasensi cap. 6.* *Epist. 8. ad Demophilum.*

docent, quam deuote suis temporibus Christiani coram Sacerdotibus fuerint confessi: vtpote certi, peccata non aliter à Deo remittenda. imo vt confessio esset commodior, fuerunt semper in Ecclesia deputati ab Episcopis Sacerdotes Pœnitentiarij, homines pij, prudētes, docti, & (vt Sozomenus ait) secreti, qui ob cōfitentium multitudinē, habebāt septimanas suas, quibus in Ecclesia expectabāt confessuros, q̃ etiamnum apud Catholicos fit ac præcipue Romæ, vbi S. Simplicius Papa circa annum 480. Pœnitentiarijs septimanas distinxit.

lib. 7. cap. 16.

Anastas. Biblioth. in Simplicio.

Cur vero Christianis confessionem Christus præceperit, ratio est, maxima vtilitas, quæ tam in temporalibus, quā spiritualibus ex ea nascitur. *Primo* .n. Dei manifestatur bonitas, qui peccata tam facile remittit, vt læsus transferat ius suum in alium, qui nec peccati grauitatem, nec Dei maiestatem comprehendit, imo qui etiam ipse nonnunquā offendat. Regem imitatur, qui sciens omnes seruos suos furti reos, quibusdam tamen eorum, potestatem facit remittendi furtum, & restitutionem procurandi. *Secundo*, Dei discimus iustitiam, quia .n. in omni peccato superbia est, voluit vt humiliter, flexis genibus, corā simplici Sacerdote confiteamur, ab eo moneamur, & satisfactionē accipiamus impositā. *Tertio*, Audimus in confessione consilia, & remedia aduersus peccata. *Quarto*, Sentimus ex ea leuamē sicut ægri, eiectis humoribus noxijs, qui stomachū grauabāt, aut apostemate, q̃ sanie intumuerat eosque grauabat, aperto & sordibus egestis. sentim⁹ .n. quotidie, post cōfessionem, gaudiū animi, & cōscientiæ quietē. *Quinto*, Exigua quā in cōfessione subimus verecundia, multum vtilis est; impedit .n. multa peccata, est pars satisfactionis, liberat ab æterna illa cōfusione quæ in iudicij die alioqui futura est, corā mūdo vniuerso. *Sexto*, Resp. quoq; ex cōfessione multū boni sentit, multaq; mala impediuntur, quę alias curari nō possēt. restituuntur iniusta, cōciliantur animi odia, & inimicitiæ deponūtur, impediūtur mutuæ cędes, dātur eleemosynæ, imo boni nihil est, q̃ nō ex cōfessione possit oriri. Docet. 2. hęc figura modū cōfitēdi, debebāt .n. leprosi mēbra oīa Sacerdotib⁹ exhibere nuda vt videre possēt, nū aliquid in eis resideret, ideoq; nō tātū vestib. debebant exui, sed & crines radi, vt etiā cutis

Cur confessio instituta.

2.

3.

4.

5.

6.

Modus cōfessionis.

cutis

cutis examinari posset. Videbant præterea Sacerdotes leprã vestium, & ædium. erat enim ipsorum inspicere omnes lepras. Docemur per hoc Sacerdoti conscientiam plane nudare, si sanari velimus. Ideoque debemus

1. *Primo* confiteri peccata omnia mortalia, nullo scienter omisso: omittit autem non tantum qui se omittere scit, sed & qui conscientiam negligenter examinat; sic enim videtur procurare ignorantiam

2. peccatorum suorum. *Secundo*, Explicare numerum singulorum mortalium, si possimus; sin minus numerus certus poni debet, pro incerto, verbi gratia feci plus minus centies, integro anno, singulis mensibus, septimanis, semel, vel bis &c.

3. *Tertio*. Aperire circumstantias quæ speciẽ mutant, vel aggrauant. sic in furto si quis vi rapiat, vel ex loco sacro, non furatur solum, sed rapinam committit, & sacrilegiũ. Sunt qui ex peccato veniali, vel ex eo quod peccatum non est, statim mortale faciunt crimen. verbi gratia acum alienam tollere per se non est peccatum mortale, si tamen à sartore tollas, qui aliam non habet, ea intentione, vt ipsum à labore impedias, ad execrationem prouoces mortale est. Sunt qui peccata sua multiplicant, dum duo, vel tria vno actu committunt. verbi gratia, qui vestes alienas pretiosas furantur, vt eis superbiant, & alias ad impudicitiam prouocent, hi enim furtum, impudicitiam, & superbiam committunt. Ætatis nostræ hæretici persuadent hominibus impossibile vt omnia peccata sua cognoscant, & confiteantur quia dixit Dauid *delicta quis intelligit*? quasi diceret; nemo. Verum respondemus eis. *Primo*, Deũ nihil præcepisse impossibile quia non posset præcepti talis violatores iuste punire. cum ergo iam ostenderimus confessionem esse à Deo præceptam, blasphemant qui eam dicunt impossibilem. *Secundo*, Qui talia docent peccatis mortalibus se plenos significant, quorum nec initium, nec finem inueniunt, præterea alios omnes putant sui similes. Qui vulnera habet læthalia, & numerum nescit, credo vel infinita habet, vel nihil sentit. *Tertio*, Qui conscientiam non minus serio examinat, quam computus suos Domino exhibendos, facile numerum inueniet. Percurrat decalogum, septem peccata capitalia, præcepta Ecclesiæ, & peccata aliena, facile inueniet diuersas

An possimus omnia peccata cõfiteri.

Psalm. 18. 13.

uersas commissorum à se peccatorum species, & si certus de numero non sit, tamen facile tantum coniectura probabili assequetur, vt Confessario satisfaciat. *Quarto*, Qui frequenter, vt singulis mensibus, aut (quod præstat) septimanis confitentur, & communicant, iuxta primitiuæ Ecclesiæ consuetudinem, impossibilitatem hanc, & confessionis difficultatem non sentiunt, sed gaudium, & consolationem animi. Hos imitare, & disces quam sit præceptum confessionis facile. *Quinto*, Cum dixit Dauid *delicta quis intelligit?* non de mortalibus dixit. quia non dicit *crimina*, sed *delicta* seu negligentias [a] Gregorius cogitationes, [b] Epiphanius illapsus mentis, alij venialia peccata intelligunt. Atque hæc sine dubio plurima sunt, & numeratu difficilia cum in ea etiam *iustus* quotidie *cadet septies*. De his non agimus, cum peccatorum numerus quæritur, sed de mortalibus, quæ per lepram figurantur, venialia cum scabie potius comparantur, & sine confessione possunt deleri, quanquam & consultius sit, ea confiteri, propter certitudinem remissionis. quæ per absolutionis verba datur, non tamen scrupulosè, & anxie numerus inquiri debet: sufficit enim eum declarasse in genere, & confuse.

a 22. Mor. 23. b Hæres. 64. Prou. 24. 16.

IX. *Et factum est dum irent mundati sunt.* Sacerdotes Legis Veteris non sanabant lepram, sed sanatos iam quibusdam sacrificijs, & ceremonijs mundabant, etsi enim leprosi sanati essent, manebat tamen in eis legalis immunditia, ex præcedenti malo, à qua per Sacerdotes mundari debebant, antequam templum possent ingredi, vel ciuitates, alijsque cohabitare. Neque hoc significat Sacerdotes nostros peccata non remittere, & præparationem debere esse tantam, vt etiam ante confessionem, peccata per eam deleantur, id est, necessariam esse contritionem, & dolorem charitate informatum, quo de peccato quis dolet, quia tam benignum Patrem, & misericordem Deum per illud offendit: hic enim dolor, etiam ante confessionem, peccata tollit; ita vt si moriaris, nec habueris facultatem confitendi, damnationem euadas. si tamẽ superuixeris, teneris ea confiteri, alioqui reddeunt, neque enim remissa fuerunt nisi virtute confessionis, & absolutionis, quæ in contritione includitur. Interim quia paruam habemus

An contritio sit necessaria ante confessionem.

incorrupta peruenit, ita vt eius nullum sit initium, nisi Christus. Quisquis enim nominatur primus inuocasse Sanctos, honorasse imagines, sacrificasse, confessiones audisse, pro defunctis orasse eo semper possumus assignare priorem. *Quarto*, Successionem perpetuam in sede S. Petri, id est, Romanorũ Pontificum quibus Christus oues pascendas commisit. neq; enim vllus assignari potest doctrinam sui prędecessoris vel in minimo mutasse. Hæc tecum serio cum Augustino expende, & etiam nunc apud Catholicos inuenies. Vide hæreticorum discordiam, qui etsi ab vno orti sint hæresiarcha, tamen non manent vniti, sed in infinitas finduntur sectas. Nulla habent miracula, adhuc recens memoria est quod inceperint: nam nemo ante eorum tempora nominari potest, qui idem in omnibus cum ipsis verbi gratia, Luthero, Caluino senserit. Imitare præterea Samaritanorum misericordiã, & gratitudinem: misericordes enim, misericordiam consequentur: & grati, maioribus beneficijs se præstant dignos.

Ioann. 21.

Nota. Leprosos alios nouem, fuisse Iudæos, neque declinasse familiaritatẽ huius Samaritani, cum tamẽ Iudæi alij Samaritanis nõ coutantur. vnde discimus. *Primo*, Quod paupertas, & miseriæ coniungant; diuitię diuidant. Coniuncti erant Abraham, & Loth prius quam ditarentur. Ex diuitijs & prosperitate voluptas nascitur, & luxus, quo omnis concordia dissoluitur. Rara est principum magnorum cum vicinis societas. In cęnobio paupere 300. Religiosorum maior pax est, quam inter duos vicinos diuites. *Secundo*, Quod neminis vitanda sit familiaritas etiam mali, pauperis, miseri si boni quid ex ea speres: fors enim coram Deo tu peior es. Qui vero vel exemplo, vel doctrina te sperant seducere, vt hæretici illos vita, etsi enim leprosus non fugiat leprosum, fugit tamen peste infectum, ne fors & ipse inficiatur.

XII. *Respondens autem Iesus dixit: nonne decem mundati sunt & nouem vbi sunt?* Notat Christus, quæ & quibus beneficia præstat, vt de his rationem in die iudicij exigat. *Nota Primo*. Omnes decem antequam mundarentur, idem habuisse propositum, fidem, spem, humilitatem, desiderium, mundati vero omnes, præter vnum, mutantur. Quot sunt Catholici, qui in aduer-

sis

ſis & periculis multa vouent, Religionem, ieiunium, peregrinationem, pœnitentiam, mutationem vitæ, liberati verò è malis, Pharaonis inſtar, nihil amplius cogitant, nec malum de quo educti, nec votum quo ſunt obligati, aut ſi cogitent, diſpenſationem quærunt, non ſecus ac ſi vouiſſent, non facere cum diſpenſatione. Inconſtantia multum deploranda eſt, in malo perduramus, illorum inſtar de quibus Dominus *cœperunt: nec deſiſtent à cogitationibus ſuis donec eas opere compleant.* Gen.11.8. In bonis vero, nonnunquam feruenter incipimus, ſed paulatim tepeſcimus, ſimiles ſtatuæ Nabuchodonoſoris, cuius caput erat aureum, pectus, & brachia, argentea, venter, & fœmur ænea, crura, ferrea, pedes, ex ferro, & luto mixti, ab auro inchoamus, id eſt, à charitate, deficimus ad argentum, quia de bonis adhuc loquimur, & labijs oramus; poſtea verba in nugas tranſeunt, ab argento venitur ad æs; inde ferrum ſuperbiæ, nequitiæ & tandem fimus plane carnales, nihil præter lutum: ſuperbia enim luxuriam, & carnalia peccata gignit. Patet hoc ex hiſtoria cuiuſdam Anachoretæ, quam ex relatione Abbatis Ioannis Ægyptij ſcripſit ante annos 1200. Euagrius, Erat Eremita iſte admodum deuotus, ita vt quotidie corporalem ei cibum Deus per Angelos mitteret, quoties enim poſt orationem ingrediebatur cellam, panem inueniebat optimi ſaporis & odoris: vnde cœpit nonnihil extolli, & in deuotione remitti, admiſit cogitationes vanas, etiam impudicas, diſtrahebatur in oratione & diabolicæ ſuggeſtioni inhęrebat. Deus tamen necdum ei beneficium illud ſubtraxit, niſi quod panis nigrior fiebat & fœdior proportionaliter ſecundum quod ipſe in virtute deficiebat.

Dan.2.31.

Lib 6. 1. de vita patrum

Tandem cum conſenſiſſet redire ad ſęculum, & voluptatibus vacare, panem vidit plane exſuccum, & à muribus ambeſum: nihilominus iam libidinis ſeruus abijt ad vrbem; cum vero in via Cœnobium eſſet cœnobitæ eum tanquam ſanctum honorifice ſuſcipiunt petentes inſtructionem ab eo, cõtra diaboli tentationes. Inſtruens autem tam præclare multa diſſeruit, vt & ipſe per gratiam Dei conuerteretur, & ad cellam rediens de cætero pœnitentiæ vacabat. interim ſolitus cibus ei non mittebatur, vt in humilitate ſua pmanet:

incorrupta peruenit, ita vt eius nullum sit initium, nisi Christus. Quisquis enim nominatur primus inuocasse Sanctos, honorasse imagines, sacrificasse, confessiones audisse, pro defunctis orasse eo semper possumus assignare priorem. *Quarto*,
Ioann. 21. Successionem perpetuam in sede S. Petri, id est, Romanorũ Pontificum quibus Christus oues pascendas commisit. neq; enim vllus assignari potest doctrinam sui prędecessoris vel in minimo mutasse. Hæc tecum serio cum Augustino expende, & etiam nunc apud Catholicos inuenies. Vide hæreticorum discordiam, qui etsi ab vno orti sint hæresiarcha, tamen non manent vniti, sed in infinitas finduntur sectas. Nulla habent miracula, adhuc recens memoria est quod inceperint: nam nemo ante eorum tempora nominari potest, qui idem in omnibus cum ipsis verbi gratia, Luthero, Caluino senserit. Imitare præterea Samaritanorum misericordiã, & gratitudinem: misericordes enim, misericordiam consequentur: & grati, maioribus beneficijs se præstant dignos.

Nota. Leprosos alios nouem, fuisse Iudæos, neque declinasse familiaritatẽ huius Samaritani, cum tamẽ Iudæi alij Samaritanis nõ coutantur. vnde discimus. *Primo*, Quod paupertas, & miseriæ coniungant; diuitię diuidant. Coniuncti erant Abraham, & Loth prius quam ditarentur. Ex diuitijs & prosperitate voluptas nascitur, & luxus, quo omnis concordia dissoluitur. Rara est principum magnorum cum vicinis societas. In cęnobio paupere 300. Religiosorum maior pax est, quam inter duos vicinos diuites. *Secundo*, Quod neminis vitanda sit familiaritas etiam mali, pauperis, miseri si boni quid ex ea speres: fors enim coram Deo tu peior es. Qui vero vel exemplo, vel doctrina te sperant seducere, vt hæretici illos vita, etsi enim leprosus non fugiat leprosum, fugit tamen peste infectum, ne fors & ipse inficiatur.

XII. *Respondens autem Iesus dixit: nonne decem mundati sunt & nouem vbi sunt?* Notat Christus, quæ & quibus beneficia præstat, vt de his rationem in die iudicij exigat. *Nota Primo*. Omnes decem antequam mundarentur, idem habuisse propositum, fidem, spem, humilitatem, desiderium, mundati vero omnes, præter vnum, mutantur. Quot sunt Catholici, qui in aduersis

ſis & periculis multa vouent, Religionem,ieiunium,peregrinationem,pœnitentiam,mutationem vitæ, liberati vero è malis,Pharaonis inſtar,nihil amplius cogitant, nec malum de quo educti,nec votum quo ſunt obligati, aut ſi cogitent, diſpenſationem quærunt,non ſecus ac ſi vouiſſent, non facere cum diſpenſatione. Inconſtantia multum deploranda eſt,in malo perduramus,illorum inſtar de quibus Dominus *cœperunt: nec deſiſtent à cogitationibus ſuis donec eas opere compleant.* Gen.11.8.
In bonis vero,nonnunquam feruenter incipimus,ſed paulatim tepeſcimus,ſimiles ſtatuæ Nabuchodonoſoris,cuius caput erat aureum,pectus,& brachia,argentea, venter, & fœmur ænea,crura,ferrea,pedes,ex ferro,& luto mixti, ab auro inchoamus, id eſt, à charitate, deficimus ad argentum,quia de bonis adhuc loquimur, & labijs oramus,poſtea verba in nugas tranſeunt,ab argento venitur ad æs; inde ferrum ſuperbiæ,nequitiæ & tandem fimus plane carnales, nihil præter lutum: ſuperbia enim luxuriam,& carnalia peccata gignit.Patet hoc ex hiſtoria cuiuſdam Anachoretæ,quam ex relatione Abbatis Ioannis Ægyptij ſcripſit ante annos 1200. Euagrius,Erat Eremita iſte admodum deuotus, ita vt quotidie corporalem ei cibum Deus per Angelos mitteret,quoties enim poſt orationem ingrediebatur cellam,panem inueniebat optimi ſaporis & odoris: vnde cœpit nonnihil extolli,& in deuotione remitti,admiſit cogitationes vanas,etiam impudicas,diſtrahebatur in oratione & diabolicæ ſuggeſtioni inhærebat. Deus tamen necdum ei beneficium iſtud ſubtraxit,niſi quod panis nigrior fiebat & fœdior proportionaliter ſecundum quod ipſe in virtute deficiebat. Dan.2.31. Lib 6. 1. de vita patrum

Tandem cum conſenſiſſet redire ad ſeculum,& voluptatibus vacare, panem vidit plane exſuccum, & à muribus ambeſum:nihilominus iam libidinis ſeruus abijt ad vrbem; cum vero in via Cœnobium eſſet cœnobitæ eum tanquam ſanctum honorifice ſuſcipiunt petentes inſtructionem ab eo,cõtra diaboli tentationes.Inſtruens autem tam præclare multa diſſeruit, vt & ipſe per gratiam Dei conuerteretur,& ad cellam rediens de cætero pœnitentiæ vacabat. interim ſolitus cibus ei non mittebatur,vt in humilitate ſua pmaneret.

incorrupta peruenit, ita vt eius nullum ſit initium, niſi Chriſtus. Quiſquis enim nominatur primus inuocaſſe Sanctos, honoraſſe imagines, ſacrificaſſe, confeſſiones audiſſe, pro defunctis oraſſe eo ſemper poſſumus aſſignare priorem. *Quarto*, Succeſſionem perpetuam in ſede S. Petri, id eſt, Romanorũ Pontificum quibus Chriſtus oues paſcendas commiſit. neq; enim vllus aſſignari poteſt doctrinam ſui prędeceſſoris vel in minimo mutaſſe. Hæc tecum ſerio cum Auguſtino expende, & etiam nunc apud Catholicos inuenies. Vide hæreticorum diſcordiam, qui etſi ab vno orti ſint hæreſiarcha, tamen non manent vniti, ſed in infinitas finduntur ſectas. Nulla habent miracula, adhuc recens memoria eſt quod inceperint: nam nemo ante eorum tempora nominari poteſt, qui idem in omnibus cum ipſis verbi gratia, Luthero, Caluino ſenſerit. Imitare præterea Samaritanorum miſericordiã, & gratitudinem: miſericordes enim, miſericordiam conſequentur: & grati, maioribus beneficijs ſe præſtant dignos.

Ioann. 21.

Nota. Leproſos alios nouem, fuiſſe Iudæos, neque declinaſſe familiaritatẽ huius Samaritani, cum tamẽ Iudæi alij Samaritanis nõ coutantur. vnde diſcimus. *Primo*, Quod paupertas, & miſeriæ coniungant; diuitię diuidant. Coniuncti erant Abraham, & Loth prius quam ditarentur. Ex diuitijs & proſperitate voluptas naſcitur, & luxus, quo omnis concordia diſſoluitur. Rara eſt principum magnorum cum vicinis ſocietas. In cęnobio paupere 300. Religioſorum maior pax eſt, quam inter duos vicinos diuites. *Secundo*, Quod neminis vitanda ſit familiaritas etiam mali, pauperis, miſeri ſi boni quid ex ea ſperes: fors enim coram Deo tu peior es. Qui vero vel exemplo, vel doctrina te ſperant ſeducere, vt hæretici illos vita, etſi enim leproſus non fugiat leproſum, fugit tamen peſte infectum, ne fors & ipſe inficiatur.

XII. *Reſpondens autem Ieſus dixit: nonne decem mundati ſunt & nouem vbi ſunt?* Notat Chriſtus, quæ & quibus beneficia præſtat, vt de his rationem in die iudicij exigat. *Nota Primo.* Omnes decem antequam mundarentur, idem habuiſſe propoſitum, fidem, ſpem, humilitatem, deſiderium, mundati vero omnes, præter vnum, mutantur. Quot ſunt Catholici, qui in aduerſis

ſis & periculis multa vouent, Religionem, ieiunium, peregrinationem, pœnitentiam, mutationem vitæ, liberati verò è malis, Pharaonis inſtar, nihil amplius cogitant, nec malum de quo educti, nec votum quo ſunt obligati, aut ſi cogitent, diſpenſationem quærunt, non ſecus ac ſi vouiſſent, non facere cum diſpenſatione. Inconſtantia multum deploranda eſt, in malo perduramus, illorum inſtar de quibus Dominus *cœperunt: nec deſiſtent à cogitationibus ſuis donec eas opere compleant.* Gen.11.6.
In bonis vero, nonnunquam feruenter incipimus, ſed paulatim tepeſcimus, ſimiles ſtatuæ Nabuchodonoſoris, cuius caput erat aureum, pectus, & brachia, argentea, venter, & fœmur ænea, crura, ferrea, pedes, ex ferro, & luto mixti, ab auro inchoamus, id eſt, à charitate, deficimus ad argentum, quia de bonis adhuc loquimur, & labijs oramus, poſtea verba in nugas tranſeunt, ab argento venitur ad æs; inde ferrum ſuperbiæ, nequitiæ & tandem fimus plane carnales, nihil præter lutum: ſuperbia enim luxuriam, & carnalia peccata gignit. Patet hoc ex hiſtoria cuiuſdam Anachoretæ, quam ex relatione Abbatis Ioannis Ægyptij ſcripſit ante annos 1200. Euagrius, Erat Eremita iſte admodum deuotus, ita vt quotidie corporalem ei cibum Deus per Angelos mitteret, quoties enim poſt orationem ingrediebatur cellam, panem inueniebat optimi ſaporis & odoris: vnde cœpit nonnihil extolli, & in deuotione remitti, admiſit cogitationes vanas, etiam impudicas, diſtrahebatur in oratione & diabolicæ ſuggeſtioni inhærebat. Deus tamen necdum ei beneficium illud ſubtraxit, niſi quod panis nigrior fiebat & fœdior proportionaliter ſecundum quod ipſe in virtute deficiebat.

Dan.2.31.

Lib 6. 1. de vita patrum

Tandem cum conſenſiſſet redire ad ſęculum, & voluptatibus vacare, panem vidit plane exſuccum, & à muribus ambeſum: nihilominus iam libidinis ſeruus abijt ad vrbem; cum vero in via Cœnobium eſſet cœnobitæ eum tanquam ſanctum honorifice ſuſcipiunt petentes inſtructionem ab eo, cõtra diaboli tentationes. Inſtruens autem tam præclare multa diſſeruit, vt & ipſe per gratiam Dei conuerteretur, & ad cellam rediens de cætero pœnitentiæ vacabat. interim ſolitus cibus ei non mittebatur, vt in humilitate ſua pmaneret:

incorrupta peruenit, ita vt eius nullum sit initium, nisi Christus. Quisquis enim nominatur primus inuocasse Sanctos, honorasse imagines, sacrificasse, confessiones audisse, pro defunctis orasse eo semper possumus assignare priorem. *Quarto*,
Ioann. 21. Successionem perpetuam in sede S. Petri, id est, Romanorũ Pontificum quibus Christus oues pascendas commisit. neq; enim vllus assignari potest doctrinam sui prędecessoris vel in minimo mutasse. Hæc tecum serio cum Augustino expende, & etiam nunc apud Catholicos inuenies. Vide hæreticorum discordiam, qui etsi ab vno orti sint hæresiarcha, tamen non manent vniti, sed in infinitas finduntur sectas. Nulla habent miracula, adhuc recens memoria est quod inceperint: nam nemo ante eorum tempora nominari potest, qui idem in omnibus cum ipsis verbi gratia, Luthero, Caluino senserit. Imitare præterea Samaritanorum misericordiã, & gratitudinem: misericordes enim, misericordiam consequentur: & grati, maioribus beneficijs se præstant dignos.

Nota. Leprosos alios nouem, fuisse Iudæos, neque declinasse familiaritatẽ huius Samaritani, cum tamẽ Iudæi alij Samaritanis nõ coutantur. vnde discimus. *Primo*, Quod paupertas, & miseriæ coniungant; diuitię diuidant. Coniuncti erant Abraham, & Loth prius quam ditarentur. Ex diuitijs & prosperitate voluptas nascitur, & luxus, quo omnis concordia dissoluitur. Rara est principum magnorum cum vicinis societas. In cęnobio paupere 300. Religiosorum maior pax est, quam inter duos vicinos diuites. *Secundo*, Quod neminis vitanda sit familiaritas etiam mali, pauperis, miseri si boni quid ex ea speres: fors enim coram Deo tu peior es. Qui vero vel exemplo, vel doctrina te sperant seducere, vt hæretici illos vita, etsi enim leprosus non fugiat leprosum, fugit tamen peste infectum, ne fors & ipse inficiatur.

XII. *Respondens autem Iesus dixit: nonne decem mundati sunt & nouem vbi sunt?* Notat Christus, quæ & quibus beneficia præstat, vt de his rationem in die iudicij exigat. *Nota Primo*. Omnes decem antequam mundarentur, idem habuisse propositum, fidem, spem, humilitatem, desiderium, mundati vero omnes, præter vnum, mutantur. Quot sunt Catholici, qui in aduersis

sis & periculis multa vouent, Religionem, ieiunium, peregrinationem, pœnitentiam, mutationem vitæ, liberati vero è malis, Pharaonis instar, nihil amplius cogitant, nec malum de quo educti, nec votum quo sunt obligati, aut si cogitent, dispensationem quærunt, non secus ac si vouissent, non facere cum dispensatione. Inconstantia multum deploranda est, in malo perduramus, illorum instar de quibus Dominus *cœperunt: nec desistent à cogitationibus suis donec eas opere compleant.* Gen. 11. 6.
In bonis vero, nonnunquam feruenter incipimus, sed paulatim tepescimus, similes statuæ Nabuchodonosoris, cuius caput erat aureum, pectus, & brachia, argentea, venter, & fœmur ænea, crura, ferrea, pedes, ex ferro, & luto mixti, ab auro inchoamus, id est, à charitate, deficimus ad argentum, quia de bonis adhuc loquimur, & labijs oramus; postea verba in nugas transeunt, ab argento venitur ad æs; inde ferrum superbiæ, nequitiæ & tandem fimus plane carnales, nihil præter lutum: superbia enim luxuriam, & carnalia peccata gignit. Patet hoc ex historia cuiusdam Anachoretæ, quam ex relatione Abbatis Ioannis Ægyptij scripsit ante annos 1200. Euagrius, Erat Eremita iste admodum deuotus, ita vt quotidie corporalem ei cibum Deus per Angelos mitteret, quoties enim post orationem ingrediebatur cellam, panem inueniebat optimi saporis & odoris: vnde cœpit nonnihil extolli, & in deuotione remitti, admisit cogitationes vanas, etiam impudicas, distrahebatur in oratione & diabolicæ suggestioni inhærebat. Deus tamen necdum ei beneficium illud subtraxit, nisi quod panis nigrior fiebat & fœdior proportionaliter secundum quod ipse in virtute deficiebat.

Dan. 2. 31. Lib 6. 1. de vita patrum.

Tandem cum consensisset redire ad sæculum, & voluptatibus vacare, panem vidit plane exsuccum, & à muribus ambesum: nihilominus iam libidinis seruus abijt ad vrbem; cum vero in via Cœnobium esset cœnobitæ eum tanquam sanctum honorifice suscipiunt petentes instructionem ab eo, cōtra diaboli tentationes. Instruens autem tam præclare multa disseruit, vt & ipse per gratiam Dei conuerteretur, & ad cellam rediens de cætero pœnitentiæ vacabat. interim solitus cibus ei non mittebatur, vt in humilitate sua pmanet:

cutis examinari posset. Videbant præterea Sacerdotes lepram vestium, & ædium: erat enim ipsorum inspicere omnes lepras. Docemur per hoc Sacerdoti conscientiam plane nudare, si sanari velimus. Ideoque debemus *Primo* confiteri peccata omnia mortalia, nullo scienter omisso: omittit autem non tantum qui se omittere scit, sed & qui conscientiam negligenter examinat; sic enim videtur procurare ignorantiam peccatorum suorum. *Secundo*, Explicare numerum singulorum mortalium, si possimus; sin minus numerus certus poni debet, pro incerto, verbi gratia feci plus minus centies, integro anno, singulis mensibus, septimanis, semel, vel bis &c. *Tertio*. Aperire circumstantias quæ speciē mutant, vel aggrauant. sic in furto si quis vi rapiat, vel ex loco sacro, non furatur solum, sed rapinam committit, & sacrilegiū. Sunt qui ex peccato veniali, vel ex eo quod peccatum non est, statim mortale faciunt crimen. verbi gratia acum alienam tollere per se non est peccatum mortale, si tamen à sartore tollas, qui aliam non habet, ea intentione, vt ipsum à labore impedias, ad execrationem prouoces mortale est. Sunt qui peccata sua multiplicant, dum duo, vel tria vno actu committunt. verbi gratia, qui vestes alienas pretiosas furantur, vt eis superbiant, & alias ad impudicitiam prouocent, hi enim furtum, impudicitiam, & superbiam committunt. Ætatis nostræ hæretici persuadent hominibus impossibile vt omnia peccata sua cognoscant, & confiteantur quia dixit Dauid *delicta quis intelligit*? quasi diceret; nemo. Verum respondemus eis. *Primo*, Deū nihil præcepisse impossibile quia non posset præcepti talis violatores iuste punire. cum ergo iam ostenderimus confessionem esse à Deo præceptam, blasphemant qui eam dicunt impossibilem. *Secundo*, Qui talia docent peccatis mortalibus se plenos significant, quorum nec initium, nec finem inueniunt, præterea alios omnes putant sui similes. Qui vulnera habet læthalia, & numerum nescit, credo vel infinita habet, vel nihil sentit. *Tertio*, Qui conscientiam non minus serio examinat, quam computus suos Domino exhibendos, facile numerum inueniet. Percurrat decalogum, septem peccata capitalia, præcepta Ecclesiæ, & peccata aliena, facile inueniet diuersa

Marginal notes: 1. / 2. / 3. / An possimus omnia peccata cōfiteri. / *Psalm. 18. 13.*

uersas commissorum à se peccatorum species, & si certus de numero non sit, tamen facile tantum coniectura probabili assequetur, vt Confessario satisfaciat. *Quarto*, Qui frequenter, vt singulis mensibus, aut (quod præstat) septimanis confitentur, & communicant, iuxta primitiuæ Ecclesiæ consuetudinem, impossibilitatem hanc, & confessionis difficultatem non sentiunt, sed gaudium, & consolationem animi. Hos imitare, & disces quam sit præceptum confessionis facile. *Quinto*, Cum dixit Dauid *delicta quis intelligit*? non de mortalibus dixit. quia non dicit *crimina*, sed *delicta* seu negligentias [a] Gregorius cogitationes, [b] Epiphanius illapsus mentis, alij venialia peccata intelligunt. Atque hæc sine dubio plurima sunt, & numeratu difficilia cum in ea etiam *iustus* quotidie *cadet septies*. De his non agimus, cum peccatorum numerus quæritur, sed de mortalibus, quæ per lepram figurantur, venialia cum scabie potius comparantur, & sine confessione possunt deleri, quanquam & consultius sit, ea confiteri, propter certitudinem remissionis. quæ per absolutionis verba datur, non tamen scrupulosè, & anxie numerus inquiri debet: sufficit enim eum declarasse in genere, & confuse.

a 22. Mor. 23. b Hæres. 64. Prou. 24. 16.

IX. *Et factum est dum irent mundati sunt*. Sacerdotes Legis Veteris non sanabant lepram, sed sanatos iam quibusdam sacrificijs, & ceremonijs mundabant, etsi enim leprosi sanati essent, manebat tamen in eis legalis immunditia, ex præcedenti malo, à qua per Sacerdotes mundari debebant, antequam templum possent ingredi, vel ciuitates, alijsque cohabitare. Neque hoc significat Sacerdotes nostros peccata non remittere, & præparationem debere esse tantam, vt etiam ante confessionem, peccata per eam deleantur, id est, necessariam esse contritionem, & dolorem charitate informatum, quo de peccato quis dolet, quia tam benignum Patrem, & misericordem Deum per illud offendit: hic enim dolor, etiam ante confessionem, peccata tollit; ita vt si moriaris, nec habueris facultatem confitendi, damnationem euadas. si tamẽ superuixeris, teneris ea confiteri, alioqui reddeunt, neque enim remissa fuerunt nisi virtute confessionis, & absolutionis, quæ in contritione includitur. Interim quia paruam habemus

An contritio sit necessaria ante confessionem.

bemus de peccatis notitiam, & ex contritione pauci confitentur, sufficit, & necessarius est dolor inferior qui *attritio* dicitur, estque detestatio peccati, cum proposito emendationis. Cum hoc dolore quisquis confitetur, remissionem peccati accipit, Deusque gratiam infundit, & charitatem cum vera contritione.

X. *Vnus autem ex illis, vt vidit, quia mundatus est, regressus est, cum magna voce, magnificans Deum, & cecidit in faciem, ante pedes eius gratias agens.* Noli post obtentum à Deo beneficium ingratus esse, sed hominem hunc imitare, qui & gratitudinis modum docet. *Primo* vidit, & cognouit se mundatum. gratitudinis initium, beneficij cognitio est, & æstimatio. Cum per Sacerdotem peccata tibi Deus remisit, vide quomodo constitutus sis, si enim quasi sarcina leuatus videris, pacemque sentis interiorem, signum bonum est cõserua deinceps pacem illam; si in negligas, ingratus es, & facile in eadem peccata recides. *Secundo*, Regressus est ad Christum. Tu vero noli ad peccata regredi, sed ad confessionem, cuius iam vtilitatẽ sensisti, neq; animæ minus præstes, quam camisiæ quæ singulis septimanis lauatur, & mutatur. Mundes per cõfessionem singulis septimanis conscientiam tuam, & venerabile Sacramentum suscipias. Noli sæcularibus credere, qui magis à te dicunt honorari Deum, si sacratissimum eius corpus suscipias raro quam si frequenter. Ignorãt illi Deum, sed ex homnibus imperfectis, eum æstimant, qui non libenter cogantur. Non potes accedere nimis frequens, dum præter honorẽ ipsius & animę tuæ perfectionem, ac salutem aliud nihil quæris. *Tertio*, Clamauit voce magna, magnificans Deum. Accede & tu cum magno
Exod. 14. 15. desiderio, quod per vocem figuratur, sicuti Moyses accessit qui etiam non loquens clamare dictus est. Cum Christo iam ades nempe post Eucharistiæ susceptionem, cogita beneficia Dei, & tuam contrà in omnibus ingratitudinem, lauda eum, eiq; teipsum trade, & tua: orans vt te, tuaq; clementer suscipiat, & tanquam suis ad honorem sui nominis vtatur. *Quarto*, Cecidit in faciem suam ante pedes eius. Quotidie te humilia pronus in terram, confitens corde simul, & ore quia puluis,
Gen. 18. 27. & cinis es ac *de limo terra*. Fecit hoc Abraham, cum ei reuelarentur

rentur Dei mysteria, fecit Petrus, cum vocaretur ad capturã hominum. Procide pronus, non retrorsum; vt Heli, cum intellexit mortem suorum filiorum; & Iudæi, quum venerunt in hortum, vt Christum caperent, & illi (de quibus Iacob Patriarcha) ascensores equorum, qui tempore Antichristi *cadet retrorsum*. Qui enim pronus cadit, videt quo ruat, & voluntariè cadit cum reuerentia, offerens Deo, quod habet speciosissimum, sc. faciem Mali retrorsum cadunt, nec vident quo cadant vi ad ruinã impelluntur, cum.n. mundi voluptatibus seruiũt, irruit improuisa mors, & inuitos ad infernũ detrudit, antea nihil tale metuẽtes. *Quinto*, Magnificauit Deũ. Optima Dei magnificatio est, si ppositis quotidie Dei beneficijs, verba omnia, & opera ad honorem eius dirigas. idque manè in precibus proponas, ac labente die frequentius per breues, & eiaculatorias precatiunculas inter negotia resumas. Luc. 5. 8. 1. Reg. 4. 18. Ioan. 18. 6. Gen. 49. 17. Iob. 21. 13.

XI. *Et hic erat Samaritanus*. Etsi vitarentur à Iudæis Samaritani, tanquam infideles. à tribus tamen commendantur. *Primo*, Non erant in infidelitate sua obstinati, sed facile acquiescebant instruenti. vt in muliere illa & Samaritanis vrbis Sichar patet, qui intra duos dies à Christo omnes conuersi sunt. *Secundo*, Misericordes erant, non tantum erga suos, sed etiam in exteros vt superiori Dominica patuit, in Samaritano, & illo qui incidit in latrones. *Tertio*, In eo, de quo hic agimus, humilis cõmendatur gratitudo. Placent Deo hæc tria, & hominẽ ad gratiã maiorem disponunt. Seductus es ab hæreticis? caue pertinaciã, sicut illos audisti, sic & Catholicos audi, memor ꝙ nõ minus illi errare possint, quã alij vide Catholicorũ rationes, an cõtemnendæ sint vt hæresiarchæ iactãt, & examina prudenter, vtrum plus fundamenti, & soliditatis Ecclesia habeat, an hæreticorũ synagoga. Mitte sannas, quibus hæretici omnia soluũt; in hora mortis, Christiq; iudicio ironiæ vsus tibi non erit. Testatur August. à Manichæis primũ seductus, in Ecclesia Catholica se teneri, nõ solũ propter doctrinę veritatẽ (quã nobis hæretici negãt) sed propter alia multa quæ apud nullos inueniuntur hæreticos nempe. *Primo*, fidei toto orbe concordiam. *Secundo*, Miracula, quæ nõ nisi apud Catholicos sunt. *Tertio*, Doctrinæ antiquitatẽ, quæ à maiorib⁹ ad nos vsq; incor- Ioan. 4. 41. Luc. 10. cap. 4. contra Epist. fund. Ecclesia nostra an vera

incorrupta peruenit, ita vt eius nullum sit initium, nisi Christus. Quisquis enim nominatur primus inuocasse Sanctos, honorasse imagines, sacrificasse, confessiones audisse, pro defunctis orasse eo semper possumus assignare priorem. *Quarto*, Successionem perpetuam in sede S. Petri, id est, Romanorũ Pontificum quibus Christus oues pascendas commisit. neq; enim vllus assignari potest doctrinam sui prędecessoris vel in minimo mutasse. Hæc tecum serio cum Augustino expende, & etiam nunc apud Catholicos inuenies. Vide hæreticorum discordiam, qui etsi ab vno orti sint hæresiarcha, tamen non manent vniti, sed in infinitas finduntur sectas. Nulla habent miracula, adhuc recens memoria est quod inceperint: nam nemo ante eorum tempora nominari potest, qui idem in omnibus cum ipsis verbi gratia, Luthero, Caluino senserit. Imitare præterea Samaritanorum misericordiã, & gratitudinem: misericordes enim, misericordiam consequentur: & grati, maioribus beneficijs se præstant dignos.

Ioann.21.

Nota. Leprosos alios nouem, fuisse Iudæos, neque declinasse familiaritatẽ huius Samaritani, cum tamẽ Iudæi alij Samaritanis nõ coutantur. vnde discimus. *Primo*, Quod paupertas, & miseriæ coniungant; diuitię diuidant. Coniuncti erant Abraham, & Loth prius quam ditarentur. Ex diuitijs & prosperitate voluptas nascitur, & luxus, quo omnis concordia dissoluitur. Rara est principum magnorum cum vicinis societas. In cęnobio paupere 300. Religiosorum maior pax est, quam inter duos vicinos diuites. *Secundo*, Quod neminis vitanda sit familiaritas etiam mali, pauperis, miseri si boni quid ex ea speres: fors enim coram Deo tu peior es. Qui vero vel exemplo, vel doctrina te sperant seducere, vt hæretici illos vita, etsi enim leprosus non fugiat leprosum, fugit tamen peste infectum, ne fors & ipse inficiatur.

XII. *Respondens autem Iesus dixit: nonne decem mundati sunt & nouem vbi sunt?* Notat Christus, quæ & quibus beneficia præstat, vt de his rationem in die iudicij exigat. *Nota Primo*. Omnes decem antequam mundarentur, idem habuisse propositum, fidem, spem, humilitatem, desiderium, mundati vero omnes, præter vnum, mutantur. Quot sunt Catholici, qui in aduer-

sis

ſis & periculis multa vouent, Religionem, ieiunium, peregrinationem, pœnitentiam, mutationem vitæ, liberati vero è malis, Pharaonis inſtar, nihil amplius cogitant, nec malum de quo educti, nec votum quo ſunt obligati, aut ſi cogitent, diſpenſationem quærunt, non ſecus ac ſi vouiſſent, non facere cum diſpenſatione. Inconſtantia multùm deploranda eſt, in malo perduramus, illorum inſtar de quibus Dominus *cœperunt: nec deſiſtent à cogitationibus ſuis donec eas opere compleant.* Gen. 11. 6.
In bonis vero, nonnunquam feruenter incipimus, ſed paulatim tepeſcimus, ſimiles ſtatuæ Nabuchodonoſoris, cuius caput erat aureum, pectus, & brachia, argentea, venter, & fœmur ænea, crura, ferrea, pedes, ex ferro, & luto mixti, ab auro inchoamus, id eſt, à charitate, deficimus ad argentum, quia de bonis adhuc loquimur, & labijs oramus; poſtea verba in nugas tranſeunt, ab argento venitur ad æs; inde ferrum ſuperbiæ, nequitiæ & tandem fimus plane carnales, nihil præter lutum: ſuperbia enim luxuriam, & carnalia peccata gignit. Patet hoc ex hiſtoria cuiuſdam Anachoretæ, quam ex relatione Abbatis Ioannis Ægyptij ſcripſit ante annos 1200. Euagrius, Erat Eremita iſte admodum deuotus, ita vt quotidie corporalem ei cibum Deus per Angelos mitteret, quoties enim poſt orationem ingrediebatur cellam, panem inueniebat optimi ſaporis & odoris: vnde cœpit nonnihil extolli, & in deuotione remitti, admiſit cogitationes vanas, etiam impudicas, diſtrahebatur in oratione & diabolicæ ſuggeſtioni inhærebat. Deus tamen necdum ei beneficium iſtud ſubtraxit, niſi quod panis nigrior fiebat & fœdior proportionaliter ſecundum quod ipſe in virtute deficiebat. Dan. 2. 31. Lib 6. 1. de vita patrum.

Tandem cum conſenſiſſet redire ad ſęculum, & voluptatibus vacare, panem vidit plane exſuccum, & à muribus ambeſum: nihilominus iam libidinis ſeruus abijt ad vrbem; cum vero in via Cœnobium eſſet cœnobitæ eum tanquam ſanctum honorifice ſuſcipiunt petentes inſtructionem ab eo, cõtra diaboli tentationes. Inſtruens autem tam præclare multa diſſeruit, vt & ipſe per gratiam Dei conuerteretur, & ad cellam rediens de cætero pœnitentiæ vacabat. interim ſolitus cibus ei non mittebatur, vt in humilitate ſua pmanet:

Cum te Dei seruitio mancipasti, proficeas quotidie in virtutibus, si subsistis, cades, via lubrica est, aut procedere, aut regredi oportet. ideo perge continuus, imitare vaccas, quæ Arcam Dei ex Palæsthina vexerunt in Bethsames & clausis domi vitulis, recta incedebant boantes. Ne impediant te liberi, vel amici, non abripiat mundus, auxilium à Deo implora, & ad perfectionem perge. *Nota secundo*. Ex decem, vnum duntaxat ad Christum rediisse, gratorum enim & electorum numerus exiguus est. tamen dum ex decem baptisatis, vix vnum recta ingredi. Quærit in homilia sua ad Antiochenos (vbi discipuli primum cognominati sunt Christiani) S. Ioannes Chrysostomus. *Quot esse putatis in ciuitate nostra qui salui fiat? infestum quidem est quod dicturus sum, dicam tamen; non possunt in tot millibus centum inueniri qui saluentur, quin & de his dubito. Quanta enim in iuuenibus quæso malitia? quantus est in senibus torpor? &c.* Notat Augustinus numerum nouenarium esse imperfectũ, & vnitate perfici, quam si quis non habet, nempe vnitatem amoris inter nouem est, atque à Deo reprehenditur, & abiicitur. Bernardus quoque obseruans nouenarium ex quaternario & quinario componi. Non *bona*, ait, *mixtio corporeæ sensualitatis & Euangelicæ traditionis. Quod quidem tunc fieri solet, cum sic volumus quatuor Euangeliis obedire, vt quinque corporis sensus pariter oblectare velimus*, nempe credendo spiritualiter & viuendo corporaliter. *Nota certio*, illam Christi quæstionem, *Nouem vbi sunt?* quasi nesciat, sic olim Deus rogabat Adamum, *Adam vbi es?* vt discamus Deum peccatores, quamdiu tales sunt, nescire, vnde & fatuis virginibus dixit *nescio vos*, & Concionatoribus qui verbum Dei annuntiant illudq; miraculis confirmant: *Nunquam*, ait, *noui vos discedite à me*. Fac ergo Dei, Sanctorumq; eius notitiam habeas, per bona opera, vnitatem charitatis serua sollicitus ne forte vnus, ex nouem sis, & cum maiori parte pereas propter ingratitudinem, & diuinorum beneficiorum inconsiderationem.

[Margin: 1. Reg. 6. 12. — Hom. 40. ad pop. Antioch — Lib. 2. q. Euang. c. 14. — Serm. de ingratis. — Gen. 3. 9. — Matth. 25. 12.]

XIII. *Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.* Nota *Primo*: Magnum Dei amorem, qui pro magno hoc beneficio, nihil præter gratitudinem petit. *Non est census super censum salutis*, ait Sapiens, & cum eam Medicorum ope

[Margin: Eccl. 30. 16.]

recipis

recipis gratissimus es verbis,pariter ac donis. Plus tibi præstat Deus,nec corpus tantum sed & animam sanat,non Chirurgorum pharmacis,sed ineffabilibus cruciatibus passionis vulnerum,contumeliæ,sanguinis,& mortis.pro his nihil nisi gratias petit,saltem rebus verba redde,& pro cordis sanguine,trade ei cor tuum. Amant belluæ suos benefactores,canes heros,leones nutritios. Scribit de S. Gerasimo Ioannes Moscus quod ad Iordanem viderit accedentem ad se leonẽ qui pedem spina vulneratum exhibebat, Gerasimus spinam eduxit,pus abluit,& pedem obligauit linteo.Sentiens misericordiam Leo Sanctum prosequitur eique famulatum omnem exhibet.Duxit eum in cœnobium Gerasinus, imponitque, vt asinum cœnobij ad pascua quotidie deducat ac custodiat. quod & fideliter præstitit tandem cum aliquando paulum diuertisset, Arabes illac iter facientes in Ierusalem asinum vident solum,eumq; secum ducunt. Asino non inuẽto redit leo tristis domum Gerasimus autem ratus quod ipse eum deuorasset onera asini ei imponit, & ille ea suscepit, aquam,ligna,& reliqua portans. Tandem è cœnobio semel digressus mercatores videt Ierosolyma redeuntes cum asino quem ille capistro,vt ante solebat,apprehẽsum, ducit ad cęnobium.Mercatores metu exterriti fugiunt.hoc viso Gerasimus Leone collaudato eum ob tantam fidem magis amabat. Post aliquot autem annos cum Gerasimus moreretur,noluit Leo à sepulcro discedere sed ab omni esu & potu abstinens inedia se confecit. Si tanta sit irrationalis creaturæ in homines gratitudo,propter sanatum pedem,cogita quantum Deo debeas,qui te liberat omni malo,& auget omni bono. Nota *Secundo*. Magis appendere Christum,illorum ingratitudinẽ, ex hoc,quod qui redierat Samaritanus esset:significat autem in maiori pretio futuram fidem apud Ethnicos, quam Iudæos,hi enim eam erant reiecturi, illi vero cum omni auiditate,per totum terrarum orbem,suscepturi. Multi nostrum Iudæos imitantur,qui reiecta Patrum,&tot seculorum fide, nouis adhærent hæreticorum placitis. Qui vero in nouo orbe sunt audita fidei annuntiatione:eam omni studio suscipiunt,plurimaq; eorum millia baptisantur.Ideoque nos ingrati plus

Prati spir. c.107.

ti plus in futuro puniemur, vt Christus dixit: *seruus sciens voluntatem domini sui & non faciens vapulabit plagis multis cui* enim *plus datum est, plus exigetur ab eo.*

Luc. 12.

XIV. *Et ait illi, vade, quia fides tua te saluum fecit.* Nota Christi bonitatem, sanitas quam ipse dederit, fidei leprosi hic ab eo tribuitur: non quod gloriam reiiciat, & in leprosum trãsferat, *Deus* enim *gloriam suam alteri non dabit*, sed vt fidei virtutem nos doceat. quæ vt Christus dixit, omnia à Deo impetrat, *Omnia enim possibilia sunt credenti.* Fide peccata remittuntur, perfectio acquiritur, & gloria cœlestis. A fide est omne bonum, & quidem à sola fide, non vt hæretici volunt, sed in sensu Catholico. Per fidem illi interiorem intelligunt apprehensionem, quod Christus pro nobis satisfecerit, docentes nihil ad peccati remissionem, & salutem amplius requiri, quam vt firmiter innitaris passioni, & morti Christi, nec aliud quid facias. Cui repugnat, quod in iudicij die secundum opera iudicabimur; imo multi qui firmissime crediderunt, & miraculis confirmarunt fidem, condemnabuntur. Non dedit legem suam Deus vt sciremus solum, & crederemus, sed vt faceremus. Præcepta vocantur, non consilia, quia non consulit ea Deus, sed præcipit, ita vt sine peccato omitti non possint. Cum ergo fidem solam audis, peccata remittere, saluum facere, &c. non intelligas illam simplicem apprehensionem, sed fidem quæ virtus est, & aliarum virtutum radix. Sicuti enim artium finis non est nuda contemplatio, sed industrium opus, & ex hoc diuitiæ, honores (pictor ex arte polite pingit, sartor apte sarcit vestes, medicus sanat, non nuda cogitatione sed applicando se ad opus) sic & fides habet opera sua, ex quibus, cooperante Deo, magni sequuntur effectus. Fide scis malos damnari, bonos saluari teque si pecces idem mereri. Fides modum docet veniendi ad peccatorum remissionem, nempe, per Sacramenta, item perueniendi ad magnam gloriam in cœlis, nempe, per bona opera, &c. Hæc si exequaris, bona omnia consequeris. Cum ergo dicitur fides sola saluare, non excludũtur bona operà, ad quæ fides ducit, sed quicquid ad fidem non pertinet, vt Lex Moysis, scientiæ humanæ, diuitiæ honores, &c. sine quibus per fidem solam saluari potes. Fœmina

Isai. 42. 8.
Marc. 9. 23.
Matth. 25.
Matth. 7.

mina enim indocta, & inhonora quæ colũ tenet, poteſt per fidem venire ad magnam gloriam, ſi viuat cõformiter regulis fidei. Hoc ſenſu Pictorem dicimus, vel medicum antea pauperem, eſſe dicatum ſolius ſuæ artis beneficio, non quod opera artis excludamus (hæc enim peperunt diuitias) ſed opera aliarum artium. Vis per fidem ſaluari, fac quod hic monet Chriſtus. *Primo*, ſurge, dimitte peccata, erige caput ad cęlos, deſere terram, & terrena. *Secundo*, Perge, nec quieſcas, perge de virtute in virtutem, nemo te impediat, ſicque non ſolum conſequeris ſanitatem corporis, quam alij nouẽ leproſi quoque conſecuti ſunt, ſed & animæ quæ Samaritano huic, propter humilem eius gratitudinem, à Chriſto data eſt.

ORATIO.

O Chriſte Ieſu, Saluator hominum, qui tibiipſi non peperciſti, vt nobis benefaceres; ſed inter nos viuens ſemper omnibus iuuandis paratus fuiſti neq; hos leproſos, quamuis nouem eorum ingratiſſimi erga te eſſent, reieciſti: eiſue gratiam aut ſanitatem conferre, & in illa eoſdem conſeruare recuſaſti. Sed ad ſacerdotes eos miſiſti, ad honorandum ſacerdotalem ſtatum; atq; ad excitandum ſimul ſacerdotes in tui amorem. Nos etiam immundæ & ingratæ creaturæ, ingenti cordis affectu ad te venimus, & oramus te; purga nos ab omnibus peccatis; da nobis ſanitatem corporis & animæ; neq; ſinas nos ex vllo morbo aut infortunio ad impatientiam prolabi, ſed illumina internos oculos, vt beneficia tua cõſideremus, atq; pro omnibus beneficiis tuis in nos collatis, ex animo quà dictis, quà factis dignas gratiarum actiones tibi referamus. Confirma inſuper Sacerdotes in diuinarum virtutum ſtudio, vt qui virtute Spiritus S. iam ſunt cælitus poteſtatem adepti, vt in pœnitentiæ ſacramento, hominum peccata remittere valeant; præſtanti vitæ ſanctimonia cæteris exemplo ſint: ac veluti tui in terris vicarij digne audiantur, ac honorentur. Perfice in nobis Chriſtianam fidem, vt per eam te non ſolum cognoſcamus, verum etiam pie inculpateq; viuamus, tandemq; ad cœleſtis patriæ portum perueniamus, idq; per diuinam tuam gratiam ô benignissime Domine Ieſu, qui cum Patre & Spiritu Sancto viuis & regnas per omnia ſæcula ſæculorum: Amen.

DOMINICA XIV. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Matth. 6.



N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mammonæ. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis: neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est, quam esca: & corpus plus, quam vestimentum? Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans, potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? & de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis: quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis.

Breuis explicatio Euangelij.

DOcens discipulos in monte Christus (vbi beatitudines explicauit) & ipsos, & in ipsis, nos quoque à rerum terrenarum cupiditate, ad Diuina voluit subleuare ideoque illa docebat quæ ad perfectionem erant vtilissima, vt de fiducia in Deum, & abijcienda temporalium nimia sollicitudine, de qua etiam sapienter, & consolatorie præsenti Euangelio differit: pro disputationis fundamento præmittens, communem parœmiam, *Nemo potest duobus Dominis seruire*: id est, Non facile duos reperias dominos, quibus vnus seruus satisfaciat, quod enim vni placet, alteri displicet, atque eodem tempore, in negotijs omnino diuersis opera eius vti volunt, qui autem seruit, totum se domino suo impendere debet: quod duobus vnus præstare non potest. quod si tamen fortuito id fiat, diuerse eis seruus erit affectus, vt eum qui benignior est, diligat; alterum qui austerior, oderit; aut si neutrum diligat, vnum sustinebit, & alterum contemnet. Ex hac sententia sequitur, falli multos qui Deo putant & mundo se posse seruire, vt cor in cœlis pariter sit, & in terris. Sed non potest id fieri, *non potestis Deo seruire & Mammonæ* seu diuitijs, nimium hi duo dissident. Vult Deus vt spiritu seruias, teque totum seruitio suo dedas, omnia opera tua in [illegible] referens honorem. Diuitiæ carnalem te re[illegible] errenum, totum te sib[illegible] 'unt, ne[illegible] ittunt, vt aliud

Matth. 5.

Iacob. 1.

Fallunt qui putãt se Deo posse seruire & mundo.

quid facias, aut cogites. Non vetat diuitias Christus. Abraham enim, Dauid, alijque vtriusque Testamenti sancti, diuites fuerunt, sed vetat vt eis seruiamus. Magnum discrimen est inter dominum, & seruum. esto diuitiarum dominus, nec dominentur illæ tibi, aut ad aliquid inducant quod diuinæ legi, & rectæ rationi repugnet. Seruus esto Dei, diuitiæ enim terra sunt, & indignæ vt eis seruias. Dices fortasse. Diuitijs ego cor non appono, tantum ad victus, & vestitus honestam necessitatem eas quero. Est hoc commune apud omnes auaritiæ pallium, ideo monet ex præcedentibus Christus, vt & à nimia sollicitudine caueamus. sicut enim qui diuitijs seruit, auellitur à Deo: sic & temporalium sollicitudo distrahit hominem, ac deorsum rapit. Subdit ergo Christus: *ideo dico vobis ne solliciti sitis corpori vestro*, &c. idque quinque de causis. *Primo.*

Math. 4.25. Cur vitãda nimia sollicitudo circa tẽporalia.

1. Quia qui corpus dedit, & animam, id est, vitam, victum quoque dabit, & vestem. qui enim dedit quod est dignius, dabit quoque quod est vilius. *Secundo.*

2. Quia alias creaturas cibat, & vestit Deus, sibi tamen non tam vicinas, quam tu sis, qui eius filius es; cibat aues, quæ nec serunt, nec metunt, nec congregant in horrea, sed sollicitius cantu suo laudant Deum quam escam quærant. Item lilia, aliosque flores qui sine hominum ope in agris crescunt, tam decore vestit, vt Salomon, quo inter Iudæos non fuit Rex potentior, in omni gloria sua, sic vestitus non fuerit; & tamen quid sunt ista, nisi fœnum quod paulo post in ignem mittitur? *Tertio.*

3. Quia sollicitudo vestra frustranea, & inutilis

tilis eſt laborque gratuitus, cogitationibus enim nihil proficitis, nec poteſtis ad ſtaturam veſtram aliquid adijcere. Permittite ergo Deo curam iſtam, qui melius quam vos perficiet. *Quarto*, Qui nimium de 4.
his ſolliciti ſunt, Gentes imitantur, quæ nihil præter temporalia nouerunt. non decet iſtud fideles, qui poſt hanc vitam, bona ſperant æterna, ſi enim maior eſſe debet Chriſtianorum iuſtitia, quam Pha- *Matth. 5. 20.*
riſæorum & Scribarum, vt in cælum admittantur, non debent profectò Gentes imitari, eorumque infideles mores. *Quinto*, Deus omni- 5.
potens eſt, & paratus eſt iuuare vos, & veſtram indigentiam nouit. Nolite ergo eſſe ſolliciti, eſt enim pater veſter, adeoque iuuare vult; eſt & Deus, adeoque iuuare poteſt, ſcit quia his indigetis, quid ergo ſolliciti eſtis? *Dices*, Ideo te de Obiectiuncula. Reſponſio.
victu ſollicitum, & veſte, quia ſine his viuere nemo poteſt. Chriſtus contra ex eo oſtendit te non debere eſſe ſollicitum, quia ſine illis viuere non potes. imo ſi illa non eſſent tam neceſſaria, maiorem haberes ſollicitudinis rationem: cogitans Deum nihil præter neceſſaria tibi daturum: quia vero ſcit quod his indigeas, procurabit ea, eſt enim pater tuus nullus autem Pater modo adiuuare poſſit & filium amet eum deſerit in neceſſarijs. Ex his concludit Chriſtus: *Primum igitur quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius*, id eſt, Cogitate quomodo in cælum perueniatis, hoc vobis ob oculos verſetur, & iuſta opera facite, Deo placita quæ coram eo vos iuſtificent, ſine his enim nemo ſaluari poteſt. Et cum hæc in vobis Deus viderit, non vos derelinquet, ſed temporalia hæc, victum, & veſtitum

dabit non quo illa opera sic remuneret, sed tanquam adminicula, vt commodius ei seruiatis.

Documenta decimæ quartæ Concionis.

DIxit Iesus discipulis suis. Postquam præcedenti Euangelio docuit Ecclesia, quomodo ad Deum accedere de-
I. beamus; vt à peccatis misericorditer liberemur, nunc præsenti Euangelio monet, quo modo vitam formare debeamus, vt non auaritiam tantum, sed & sollicitudines superfluas reiiciamus, fiducia omni in Deum posita: quodque præ omnibus *regnum Dei* quærendum sit, vt per bona opera, illud consequamur. Dixit hæc Christus discipulis: *Primo*, vt Apostoli, eorumque Successores, Ecclesiæ Præsules, & Doctores, auaritiam, præ omnibus peccatis, & sollicitudinem rerum temporalium fugerent, impedit enim hæc ne proximus iuuetur, quod tamen illis ex officio incumbit. *Secundo*. Quia doctrina hæc Christianis propria est: Gentiles ignorabant fiduciam in Deum, Iudæorum promissa vt plurimum erant de temporalibus beneficijs, at vero nos Christiani, spiritualia exspectamus, habemusque Deum, patrem, in quo omnem spem ponimus. Ideo doctrina hæc nobis proponitur, quam Christus, veluti perfectionem nobis conuenientem in *monte* (vbi multa dixit, pulcra) docuerat: vt sciamus officium Christiani hominis, nempe cor habere in cœlis, eo fine multa quotidie bona opera præstare, animam temporalium concupiscentia non polluere, nec sollicitudine eorum arctare, vel distrahere, diligenter quæ officij nostri sunt exequi, spe tamen omni in Deo posita, qui nos non deseret, modo filij eius esse velimus. Hoc enim cupit summopere vt tranquillo, & pacato animo læti seruiamus ei, in sanctitate sine crimine, & sine angustia feliciter moriamur, quod vt fiat commodius non deerunt nobis vitæ necessaria.

Cur hæc Christus dixerit discipulis. 1. 2.

II. *Nemo potest duobus dominis seruire.* Sententia hæc omnibus notissima est, neque solum loquitur, de dominis sibi mutuo contrarijs, sed absolute de quibusuis duob⁹, quorum neuter alteri subest. habet enim hoc seruitus, vt seruus se totum ob-

sequijs

ſequijs & negotijs ſui Domini impendat, quod non niſi vni vnus præſtare poteſt: etſi in quibuſdam non duobus ſolum, ſed & pluribus ſeruire poſſit, vt in conficiendis veſtibus, miniſtrando menſæ, literas ferendo, &c. Diſcis ergo hic *Primo*: Quod Deo poſſis ſeruire, & homini, quam diu homo nihil Deo contrarium iubet. homo enim Dominus eſt Deo ſubordinatus, ac Dei Vicarius, cui ſeruiens Deo ſeruis, qui non obſtante mercede humana, etiam poſtea te & magis remunerabit iuxta illud Apoſtoli, [a] *Serui obedite dominis carnalibus, non ad oculũ ſeruientes, quaſi hominib. placentes, ſed in ſimplicitate cordis timẽtes Deũ.* [b] *Quodcunq; facitis ex animo operamini, ſicut Domino & nõ hominib. ſcientes q̃ à Domino accipietis retributionẽ hæreditatis.*

Duo documenta.

1.

a *Epheſ. 6. 5. & ſeq.*
b *Coloſ. 3. 22.*

Deus enim miniſterij tui non eget ad vſus ſuos, neque ſeruitus Dei, in ſola conſiſtit oratione, & ieiunio, ac templorum viſitatione: ſed in executione mandatorum eius: & propterea Deo ſeruis quoque honorando: & iuuando parentes, miniſtrando hero, obediendo Superioribus ſiue ſæcularibus, ſiue Eccleſiaſticis, modo illi nihil mali præcipiant. quod cum faciunt non iam amplius Domini ſunt Deo ſubordinati, nec Dei Vicarij, ſed cõtra eum, eiuſque aduerſarij. *Secundo*. Quod Deo ſimul & diabolo ſeruire non poſſis, hi enim non tantum Domini diſtincti, ſed & contrarij ſunt, quiſque totum te ſibi vult, & contraria præcipit. Deus te ſibi vult ſpiritualem, diabolus carnalem, Deus humilem, diabolus ſuperbum, Deus mitem, diabolus impatientem, Deus pauperem ſpiritu, liberalem, mundo corde, amantem proximi, ſerium in diuino cultu, diabolus auarum, inuidum, impudicum, pigrum, &cæt. Deus vult tempus omne ſuo honori impendi, diabolus ſuperfluo ornatui, detractioni, mendacijs, vanitatibus, commeſſationibus, aleationibus, diuitiarum corraſionibus, &cæt. Mirum ergo eſt quomodo putent multi Deo ſimul ſeruire, & mundo, (mundus enim diaboli miniſter eſt, & Dominus ipſi ſubordinatus) videntur caſtitatem velle, occaſiones tamen impudicitiæ non declinant, quotidie templa viſitant, dein loca inhoneſta, Deum orant, & detrahunt, confitentur peccata, ſed quod iniuſte poſſident non reſtituunt; iuſti

2.

ſti

sti videri volunt,& in vestibus, ac ornatu diaboli portant insignia. Similes sunt Samaritanis,qui cum idolis Deum colebant. Vult Deus sibi soli seruiri, non admittit alium secum. Cum posuissent Philistæi Arcam in templo Dagon,non potuit Dagon subsistere, sed in terram cecidit & licet restitutus in locum tamen iterato decidit fracta ceruice, & manibus. Idola se mutuo compatiuntur,eędem enim gentes simul multa colebant. sic peccata,& perturbationes diuersæ, simul eidem homini dominari possunt,vt idem sit superbus, auarus,impudicus,iracundus,inuidus,gulosus,& acediosus. Atque ita diuersis seruiat dominis,qui se mutuo non impediunt, sed vno consensu ad vnum aliquem omnibus superiorem Luciferum rapiunt. cui vni in omnibus illis seruis. Deus vero,& idolum,se mutuo non compatiuntur: nimium illis inter se dissidet. non potes eodem tempore cœlum sublimis,& terram intueri. Si ergo Deum vis Dominum, procul à te diabolum fuga, cum suis, mundo scilicet, & peccato, qui si discedere nolint,arcam Dei inuehe, id est, CHRISTI corpus, in quo habitat Diuinitas, vt simul cum Dagon fractis ceruicibus,& manibus prosternantur. nec iam in te quicquam valeant, aut operentur. Cum Arca ex templo Dagon esset deportata, mansit ille rursus loco suo: sic cum recessit à te Deus, peccata redeunt, & mundus.

4. Reg. 17.

1. Reg. 5. 3.

III. *Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget; aut vnum sustinebit,& alterum contemnet.* Duo hic sunt modi quibus serui erga dominos contrarios afficiuntur,bonos amant,meretur enim virtus amorem: malos odio habent, quia vitia odium demerentur. Fit tamen vt spe lucri nonnunquam seruus adhæreat Domino malo,verum tunc non amat illum,sed sustinet: bonum quoque non odit (quia virtus odio haberi non potest) sed contemnit: vt malo seruiat,& placeat, Patent hæc omnia maxime in duobus dominis sibi extreme contrarijs, Deo scilicet,& diabolo. Qui Deo seruit,eum amat, diabolum odit, qui diabolo seruit, non amat eum, sed sustinet; Deum quoque non odit, sed contemnit. Discis hinc *Primo*. Quomodo Deo seruire debeas,non ex metu,aut consuetudine,

Quinque documenta hinc eruuntur.

1.

dine, aut spe temporalis lucri, sed ex puro amore. Ideoque si aliud quid in te deprehendas, verbi gratia, si Religionem ingrederis, ne victum laboribus quærendo, fatigeris, si Sacerdotium suscipis, vt ad Canonicatum promouearis; si studes, propter honores, &c. scias te non tam purè, quam debes Deo seruire. *Secundo*. Quod diabolum odisse debet qui Deo vult 2. seruire; quomodo autem id fieri debeat, ex hominibus disce qui se mutuo oderunt, de inimico nihil possunt vel dicere, vel audire boni, quicquid in eius narratur commendatione, displicet, æquis oculis non intuentur eum, displicent omnes amici eius, & fautores, imo quicquid eius est. optant ei omne malum, quicquid sciunt placere ei huic oppositum faciunt, ad ignominiam eius, & iram. Ex his vide an diabolum oderis. minister eius mundus est, instrumentum caro, & concupiscentia: si in vestibus mundi habes insignia, ostendis quod diabolum non oderis, quia te eius seruum in vestibus prodis. si passionibus iræ, superbiæ, detractionis; &c. obsequeris, vteris instrumento eius, iuxta ipsius beneplacitum, si eum audis in vanitatibus, & nequitijs, si vituperas bonos, tædeat te verbi Dei patet quod eum non oderis. *Tertio*. Quod 3. qui diabolo seruiunt, non ament eum; etsi enim natura bonus sit, tamen in ipso malitia tam est excellenter, vt quasi in naturam versa videri possit: ac præcipue, odium, quo te, & omnes persequitur nihil nisi omnium anhelans extremam perditionem. Malum vero amari non potest, sed bonum tantum, qui ergo diabolo seruit, adhæret quidem ei, non tamen eum amat, sed voluptatem carnis & lucrum temporale, quod ex eius seruitio habet. *Quarto*. Quod qui diabolo ser- 4. uiunt eum sustineat, neq; enim quærit ille ipsorum commoda, sed detrimenta, & si eos aliquando ad gaudiũ aliquod tẽporaneũ promoueat, facit hoc, vt postea in maiores miserias præcipitentur, quas si posset eis infligere, sine præstita prius aliqua oblectatione, nunquam eis boni quicquam permitteret. Homines imitatur, qui vt pisces, mures, glires capiant, *Simile.* escam ex hamo suffigunt, quam eis placere sciunt, vt sic magis alliciantur. Grauis est diaboli sarcina, & importabi-

Vnde cognoscendũ an odio quis habeat diabolum.

Diabolus non potest amari sed sustinere tantum.

Luc.12. ti plus in futuro puniemur, vt Christus dixit : *seruus sciens voluntatem domini sui & non faciens vapulabit plagis multis cui* enim *plus datum est, plus exigetur ab eo.*

XIV. *Et ait illi, vade, quia fides tua te saluum fecit.* Nota Christi bonitatem, sanitas quam ipse dederit, fidei leprosi hic ab eo tribuitur: non quod gloriam reiiciat, & in leprosum trãsferat, *Deus* enim *gloriam suam alteri non dabit,* sed vt fidei virtutem nos doceat. quæ vt Christus dixit, omnia à Deo impetrat, *Omnia enim possibilia sunt credenti.* Fide peccata remittuntur, perfectio acquiritur, & gloria cœlestis. A fide est omne bonum, & quidem à sola fide, non vt hæretici volunt, sed in sensu Catholico. Per fidem illi interiorem intelligunt apprehensionem, quod Christus pro nobis satisfecerit, docentes nihil ad peccati remissionem, & salutem amplius requiri, quam vt firmiter innitaris passioni, & morti Christi, nec aliud quid facias. Cui repugnat, quod in iudicij die secundum opera iudicabimur; imo multi qui firmissime crediderunt, & miraculis confirmarunt fidem, condemnabuntur. Non dedit legem suam Deus vt sciremus solum, & crederemus, sed vt faceremus. Præcepta vocantur, non consilia, quia non consulit ea Deus, sed præcipit, ita vt sine peccato omitti non possint. Cum ergo fidem solam audis, peccata remittere, saluum facere, &c. non intelligas illam simplicem apprehensionem, sed fidem quæ virtus est, & aliarum virtutum radix. Sicuti enim artium finis non est nuda contemplatio, sed industrium opus, & ex hoc diuitiæ, honores (pictor ex arte polite pingit, sartor apte sarcit vestes, medicus sanat, non nuda cogitatione sed applicando se ad opus) sic & fides habet opera sua, ex quibus, cooperante Deo, magni sequuntur effectus. Fide scis malos damnari, bonos saluari teque si pecces idem mereri. Fides modum docet veniendi ad peccatorum remissionem, nempe, per Sacramenta, item perueniendi ad magnam gloriam in cœlis, nempe, per bona opera, &c. Hæc si exequaris, bona omnia consequeris. Cum ergo dicitur fides sola saluare, non excludũtur bona opera, ad quæ fides ducit, sed quicquid ad fidem non pertinet, vt Lex Moysis, scientiæ humanæ, diuitiæ honores, &c. sine quibus per fidem solam saluari potes. Fœmina

Isai. 42. 8.
Marc. 9. 23.
Matth. 25.
Matth. 7.

mina enim indocta,& inhonora quæ colū tenet , potest per fidem venire ad magnam gloriam,si viuat cōformiter regulis fidei. Hoc sensu Pictorem dicimus, vel medicum antea pauperem,esse dicatum solius suæ artis beneficio, non quod opera artis excludamus (hæc enim peperunt diuitias) sed opera aliarum artium. Vis per fidem saluari , fac quod hic monet Christus. *Primo*, surge, dimitte peccata, erige caput ad cœlos, desere terram,&terrena. *Secundo*, Perge, nec quiescas, perge de virtute in virtutem, nemo te impediat, sicque non solum consequeris sanitatem corporis, quam alij nouē leprosi quoque consecuti sunt, sed & animæ quæ Samaritano huic, propter humilem eius gratitudinem, à Christo data est.

ORATIO.

O Christe Iesu, Saluator hominum, qui tibiipsi non pepercisti , vt nobis benefaceres ; sed inter nos viuens semper omnibus iuuandis paratus fuisti neq; hos leprosos, quamuis nouem eorum ingratissimi erga te essent, reiecisti: eisue gratiam aut sanitatem conferre, & in illa eosdem conseruare recusasti. Sed ad sacerdotes eos misisti, ad honorandum sacerdotalem statum; atq; ad excitandum simul sacerdotes in tui amorem. Nos etiam immundæ & ingratæ creaturæ, ingenti cordis affectu ad te venimus, & oramus te; purga nos ab omnibus peccatis; da nobis sanitatem corporis & animæ; neq; sinas nos ex vllo morbo aut infortunio ad impatientiam prolabi, sed illumina internos oculos, vt beneficia tua cōsideremus, atq; pro omnibus beneficiis tuis in nos collatis , ex animo quà dictis, quà factis dignas gratiarum actiones tibi referamus. Confirma insuper Sacerdotes in diuinarum virtutum studio, vt qui virtute Spiritus S. eam sunt cælitus potestatem adepti, vt in pœnitentiæ sacramento, hominum peccata remittere valeant; præstanti vitæ sanctimonia cæteris exemplo sint: ac veluti tui in terris vicarij digne audiantur, ac honorentur. Perfice in nobis Christianam fidem, vt per eam te non solum cognoscamus, verum etiam pie inculpateq; viuamus. , tandemq; ad cœlestis, patriæ portum perueniamus , idq; per diuinam tuam gratiam ô benign[illegible]me Domine Iesu, qui cum Patre & Spiritu Sancto viuis & regnas per omnia sæcula sæculorum: Amen.

DOMINICA XIV. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Matth. 6.



N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mammonæ. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis: neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est, quam esca: & corpus plus, quam vestimentum? Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester cœlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans, potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? & de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis: quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis.

Breuis

Breuis explicatio Euangelij.

DOcens discipulos in monte Christus (vbi beatitudines explicauit) & ipsos, & in ipsis, nos quoque à rerum terrenarum cupiditate, ad Diuina voluit subleuare ideoque illa docebat quæ ad perfectionem erant vtilissima, vt de fiducia in Deum, & abijcienda temporalium nimia sollicitudine, de qua etiam sapienter, & consolatorie præsenti Euangelio differit: pro disputationis fundamento præmittens, communem parœmiam, *Nemo potest duobus Dominis seruire*: id est, Non facile duos reperias dominos, quibus vnus seruus satisfaciat, quod enim vni placet, alteri displicet, atque eodem tempore, in negotijs omnino diuersis opera eius vti volunt, qui autem seruit, totum se domino suo impendere debet: quod duobus vnus præstare non potest. quod si tamen fortuito id fiat, diuerse eis seruus erit affectus, vt eum qui benignior est, diligat; alterum qui austerior, oderit; aut si neutrum diligat, vnum sustinebit, & alterum contemnet. Ex hac sententia sequitur, falli multos qui Deo putant & mundo se posse seruire, vt cor in cœlis pariter sit, & in terris. Sed non potest id fieri, *non potestis Deo seruire & Mãmonæ* seu diuitijs, nimium hi duo dissident. Vult Deus vt spiritu seruias, teque totum seruitio suo dedas, omnia opera tua in illius referens honorem. Diuitiæ carnalem te reddunt, & terrenum, totum te sibi attrahunt, neque permittunt, vt aliud

Matth. 5.

Iacob. 1.

Fallunt qui putãt se Deo posse seruire & mundo.

quid facias, aut cogites. Non vetat diuitias Christus. Abraham enim, Dauid, alijque vtriusque Testamenti sancti, diuites fuerunt, sed vetat vt eis seruiamus. Magnum discrimen est inter dominum, & seruum. esto diuitiarum dominus, nec dominentur illæ tibi, aut ad aliquid inducant quod diuinæ legi, & rectæ rationi repugnet. Seruus esto Dei, diuitiæ enim terra sunt, & indignæ vt eis seruias. Dices fortasse. Diuitijs ego cor non appono, tantum ad victus, & vestitus honestam necessitatem eas quero. Est hoc commune apud omnes auaritiæ pallium, ideo monet ex præcedentibus Christus, vt & à nimia sollicitudine caueamus. sicut enim qui diuitijs seruit, auellitur à Deo: sic & temporalium sollicitudo distrahit hominem, ac deorsum rapit. Subdit ergo Christus: *ideo dico vobis ne solliciti sitis corpori vestro*, &c. idque quinque de causis. *Primo.* Quia qui corpus dedit, & animam, id est, vitam, victum quoque dabit, & vestem. qui enim dedit quod est dignius, dabit quoque quod est vilius. *Secundo.* Quia alias creaturas cibat, & vestit Deus, sibi tamen non tam vicinas, quam tu sis, qui eius filius es; cibat aues, quæ nec serunt, nec metunt, nec congregant in horrea, sed sollicitius cantu suo laudant Deum quam escam quærant. Item lilia, aliosque flores qui sine hominum ope in agris crescunt, tam decore vestit, vt Salomon, quo inter Iudæos non fuit Rex potentior, in omni gloria sua, sic vestitus non fuerit; & tamen quid sunt ista, nisi fœnum quod paulo post in ignem mittitur? *Tertio.* Quia sollicitudo vestra frustranea, & inutilis

Math. 6.25. Cur vitãda nimia sollicitudo circa tẽporalia.

1.

2.

3.

tilis eſt laborque gratuitus, cogitationibus enim nihil proficitis, nec poteſtis ad ſtaturam veſtram aliquid adijcere. Permittite ergo Deo curam iſtam, qui melius quam vos perficiet. *Quarto*, Qui nimium de 4.
his ſolliciti ſunt, Gentes imitantur, quæ nihil præter temporalia nouerunt. non decet iſtud fideles, qui poſt hanc vitam, bona ſperant æterna, ſi enim maior eſſe debet Chriſtianorum iuſtitia, quam Pha- *Matth. 5. 20.*
riſæorum & Scribarum, vt in cælum admittantur, non debent profecto Gentes imitari, eorumque infideles mores. *Quinto*, Deus omni- 5.
potens eſt, & paratus eſt iuuare vos, & veſtram indigentiam nouit. Nolite ergo eſſe ſolliciti, eſt enim pater veſter, adeoque iuuare vult; eſt & Deus, adeoque iuuare poteſt; ſcit quia his indigetis, quid ergo ſolliciti eſtis? *Dices*, Ideo te de **Obiectiuncula. Reſponſio.**
victu ſollicitum, & veſte, quia ſine his viuere nemo poteſt. Chriſtus contra ex eo oſtendit te non debere eſſe ſollicitum, quia ſine illis viuere non potes. imo ſi illa non eſſent tam neceſſaria, maiorem haberes ſollicitudinis rationem: cogitans Deum nihil præter neceſſaria tibi daturum: quia vero ſcit quod his indigeas, procurabit ea, eſt enim pater tuus nullus autem Pater modo adiuuare poſſit & filium amet eum deſerit in neceſſarijs. Ex his concludit Chriſtus: *Primum igitur quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius*, id eſt, Cogitate quomodo in cælum perueniatis, hoc vobis ob oculos verſetur, & iuſta opera facite, Deo placita quæ coram eo vos iuſtificent, ſine his enim nemo ſaluari poteſt. Et cum hæc in vobis Deus viderit, non vos derelinquet, ſed temporalia hæc, victum, & veſtitum

dabit non quo illa opera sic remuneret, sed tanquam adminicula, vt commodius ei seruiatis.

Documenta decimæ quartæ Concionis.

I. D*Ixit Iesus discipulis suis.* Postquam præcedenti Euangelio docuit Ecclesia, quomodo ad Deum accedere debeamus; vt à peccatis misericorditer liberemur, nunc præsenti Euangelio monet, quo modo vitam formare debeamus, vt non auaritiam tantum, sed & sollicitudines superfluas reiiciamus, fiducia omni in Deum posita: quodque præ omnibus *regnum Dei* quærendum sit, vt per bona opera, illud consequamur. Dixit hæc Christus discipulis: *Primo*, vt Apostoli, eorumque Successores, Ecclesiæ Præsules, & Doctores, auaritiam, præ omnibus peccatis, & sollicitudinem rerum temporalium fugerent, impedit enim hæc ne proximus iuuetur, quod tamen illis ex officio incumbit. *Secundo.* Quia doctrina hæc Christianis propria est: Gentiles ignorabant fiduciam in Deum, Iudæorum promissa vt plurimum erant de temporalibus beneficijs, at vero nos Christiani, spiritualia exspectamus, habemusque Deum, patrem, in quo omnem spem ponimus. Ideo doctrina hæc nobis proponitur, quam Christus, veluti perfectionem nobis conuenientem in *monte* (vbi multa dixit, pulcra) docuerat: vt sciamus officium Christiani hominis, nempe cor habere in cœlis, eo fine multa quotidie bona opera præstare, animam temporalium concupiscentia non polluere, nec sollicitudine eorum arctare, vel distrahere, diligenter quæ officij nostri sunt exequi, spe tamen omni in Deo posita, qui nos non deseret, modo filij eius esse velimus. Hoc enim cupit summopere vt tranquillo, & pacato animo læti seruiamus ei, in sanctitate sine crimine, & sine angustia feliciter moriamur, quod vt fiat commodius non deerunt nobis vitæ necessaria.

Cur hæc Christus dixerit discipulis. 1. 2.

II. *Nemo potest duobus dominis seruire.* Sententia hæc omnibus notissima est, neque solum loquitur, de dominis sibi mutuo contrarijs, sed absolute de quibusuis duob⁹, quorum neuter alteri subest. habet enim hoc seruitus, vt seruus se totum ob-

sequijs

ſequijs & negotijs ſui Domini impendat, quod non niſi vni vnus præſtare poteſt: etſi in quibuſdam non duobus ſolum, ſed & pluribus ſeruire poſſit, vt in conficiendis veſtibus, miniſtrando menſæ, literas ferendo, &c. Diſcis ergo hic *Primo*: Quod Deo poſſis ſeruire, & homini, quam diu homo nihil Deo contrarium iubet. homo enim Dominus eſt Deo ſubordinatus, ac Dei Vicarius, cui ſeruiens Deo ſeruis, qui non obſtante mercede humana, etiam poſtea te & magis remunerabit iuxta illud Apoſtoli, [a] *Serui obedite dominis carnalibus, non ad oculũ ſeruientes, quaſi hominib. placentes, ſed in ſimplicitate cordis timẽtes Deũ.* [b] *Quodcunq; facitis ex animo operamini, ſicut Domino & nõ hominib. ſcientes q̃ à Domino accipietis retributionẽ hæreditatis.*

Duo documenta. 1.

a *Epheſ. 6. 5. & ſeq.*
b *Coloſ. 3. 22.*

Deus enim miniſterij tui non eget ad vſus ſuos, neque ſeruitus Dei, in ſola conſiſtit oratione, & ieiunio, ac templorum viſitatione: ſed in executione mandatorum eius: & propterea Deo ſeruis quoque honorando: & iuuando parentes, miniſtrando hero, obediendo Superioribus ſiue ſæcularibus, ſiue Eccleſiaſticis, modo illi nihil mali præcipiant. quod cum faciunt non iam amplius Domini ſunt Deo ſubordinati, nec Dei Vicarij, ſed cõtra eum, eiuſque aduerſarij. *Secundo*. Quod Deo ſimul & diabolo ſeruire non poſſis, hi enim non tantum Domini diſtincti, ſed & contrarij ſunt, quiſque totum te ſibi vult, & contraria præcipit. Deus te ſibi vult ſpiritualem, diabolus carnalem, Deus humilem, diabolus ſuperbum, Deus mitem, diabolus impatientem, Deus pauperem ſpiritu, liberalem, mundo corde, amantem proximi, ſerium in diuino cultu, diabolus auarum, inuidum, impudicum, pigrum, &cæt. Deus vult tempus omne ſuo honori impendi, diabolus ſuperfluo ornatui, detractioni, mendacijs, vanitatibus, commeſſationibus, aleationibus, diuitiarum corraſionibus, &cæt. Mirum ergo eſt quomodo putent multi Deo ſimul ſeruire, & mundo, (mundus enim diaboli miniſter eſt, & Dominus ipſi ſubordinatus) videntur caſtitatem velle, occaſiones tamen impudicitiæ non declinant, quotidie templa viſitant, dein loca inhoneſta, Deum orant, & detrahunt, confitentur peccata, ſed quod iniuſte poſſident non reſtituunt; iu-

2.

ſti

sti videri volunt,& in vestibus, ac ornatu diaboli portant insignia. Similes sunt Samaritanis, qui cum idolis Deum colebant. Vult Deus sibi soli seruiri, non admittit alium secum. Cum posuissent Philistæi Arcam in templo Dagon, non potuit Dagon subsistere, sed in terram cecidit & licet restitutus in locum tamen iterato decidit fracta ceruice, & manibus. Idola se mutuo compatiuntur, eędem enim gentes simul multa colebant. sic peccata, & perturbationes diuersæ, simul eidem homini dominari possunt, vt idem sit superbus, auarus, impudicus, iracundus, inuidus, gulosus, & acediosus. Atque ita diuersis seruiat dominis, qui se mutuo non impediunt, sed vno consensu ad vnum aliquem omnibus superiorem Luciferum rapiunt. cui vni in omnibus illis seruis. Deus vero, & idolum, se mutuo non compatiuntur: nimium illis inter se dissidet. non potes eodem tempore cœlum sublimis, & terram intueri. Si ergo Deum vis Dominum, procul à te diabolum fuga, cum suis, mundo scilicet, & peccato, qui si discedere nolint, arcam Dei inuehe, id est, CHRISTI corpus, in quo habitat Diuinitas, vt simul cum Dagon fractis ceruicibus, & manibus prosternantur. nec iam in te quicquam valeant, aut operentur. Cum Arca ex templo Dagon esset deportata, mansit ille rursus loco suo: sic cum recessit à te Deus, peccata redeunt, & mundus.

4. Reg. 17.

1. Reg. 5. 3.

III. *Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget; aut vnum sustinebit, & alterum contemnet.* Duo hic sunt modi quibus serui erga dominos contrarios afficiuntur, bonos amant, meretur enim virtus amorem: malos odio habent, quia vitia odium demerentur. Fit tamen vt spe lucri nonnunquam seruus adhæreat Domino malo, verum tunc non amat illum, sed sustinet: bonum quoque non odit (quia virtus odio haberi non potest) sed contemnit: vt malo seruiat, & placeat, Patent hæc omnia maxime in duobus dominis sibi extreme contrarijs, Deo scilicet, & diabolo. Qui Deo seruit, eum amat, diabolum odit, qui diabolo seruit, non amat eum, sed sustinet; Deum quoque non odit, sed contemnit. Discis hinc *Primo*. Quomodo Deo seruire debeas, non ex metu, aut consuetudine,

Quinque documenta hinc eruuntur.

1

dine, aut spe temporalis lucri, sed ex puro amore. Ideoque si aliud quid in te deprehendas, verbi gratia, si Religionem ingrederis, ne victum laboribus quærendo, fatigeris, si Sacerdotium suscipis, vt ad Canonicatum promouearis; si studes, propter honores, &c. scias te non tam purè, quam debes Deo seruire. *Secundo.* Quod diabolum odisse debet qui Deo vult seruire; quomodo autem id fieri debeat, ex hominibus disce qui se mutuo oderunt, de inimico nihil possunt vel dicere, vel audire boni, quicquid in eius narratur commendationem, displicet, æquis oculis non intuentur eum, displicent omnes amici eius, & fautores, imo quicquid eius est. optant ei omne malum, quicquid sciunt placere ei huic oppositum faciunt, ad ignominiam eius, & iram. Ex his vide an diabolum oderis. minister eius mundus est, instrumentum caro, & concupiscentia: si in vestibus mundi habes insignia, ostendis quod diabolum non oderis, quia te eius seruum in vestibus prodis. si passionibus iræ, superbiæ, detractionis; &c. obsequeris, vteris instrumento eius, iuxta ipsius beneplacitum, si eum audis in vanitatibus, & nequitijs, si vituperas bonos, tædeat te verbi Dei patet quod eum non oderis. *Tertio.* Quod qui diabolo seruiunt, non ament eum; etsi enim natura bonus sit, tamen in ipso malitia tam est excellenter, vt quasi in naturam versa videri possit: ac præcipue, odium, quo te, & omnes persequitur nihil nisi omnium anhelans extremam perditionem. Malum vero amari non potest, sed bonum tantum, qui ergo diabolo seruit, adhæret quidem ei, non tamen eum amat, sed voluptatem carnis & lucrum temporale, quod ex eius seruitio habet. *Quarto.* Quod qui diabolo seruiunt eum sustineat, neq; enim quærit ille ipsorum commoda, sed detrimenta, & si eos aliquando ad gaudiũ aliquod tẽporaneũ promoueat, facit hoc, vt postea in maiores miserias præcipitentur, quas si posset eis infligere, sine præstita prius aliqua oblectatione, nunquam eis boni quicquam permitteret. Homines imitatur, qui vt pisces, mures, glires capiant, escam ex hamo suffigunt, quam eis placere sciunt, vt sic magis alliciantur. Grauis est diaboli sarcina, & importabi-

2.

Vnde cognoscendũ an odio quis habeat diabolum.

3. Diabolus non potest amari sed sustinere tantum.

4.

Simile.

intolerabilis seruitus diaboli. *Isai.46.1.* portabilis; imponit enim tibi crucem suam, cui ipse superinsidet, vt à te simul baiuletur. Deus & te, & crucem tuam portat. vnde apud Isaiam queritur. *Facta sunt simulacra eorum bestiis, & iumentis*, id est, diabolus quem portatis, tam grauis est, vt nec bestiæ ferendo sint: *onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem.* Quantum onus est mordens conscientia, & homo inuidus! quanta inquietudo hominis impudici? quanta crux hominis gulosi? quanta angustia, *Sap.5.7.* *Isai c.46.3.* superbi, impatientis iracundi? Queruntur in inferno damnati se ambulasse vias difficiles, reiecta iustitiæ semita. *Audite me*, ait, apud Isaiam, Dominus, *qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua, vsque ad senectam ego ipso & vsque ad canos ego portabo & saluabo.* Commoda Dei seruitus. Et apud Oseam *ero eis quasi exaltans iugum* *Osee.11.4.* *super maxillas eorum.* Quam est commoda Dei seruitus, imponit quidem nobis iugum suum, sed suaue, & leue. Quæ est in sobrietate, humilitate, benignitate, affabilitate, diffi- *Gal.5.22.* cultas? vocantur ista ab Apostolo *fructus spiritus*, quia animum lætificant, non minus, quam fructus arborum os indulcant. Cum enim in aduersis fuisti patiens, explesti opus humilitatis, proximum amas, castitatem & sobrietatem seruas, sentis interiorem animi lætitiam. Quin ne de qualicunque adhuc difficultate queraris, duo præterea tibi præstet *Simile.* Deus. *Primo.* Portat te. *Secundo.* Leuat iugum vsque ad maxillas tuas. Si quis in pilento consistat, quod ab equis duobus portetur, & retro se sedem habeat, in qua sarcina quam gerit reclinetur, nullam ex ea sentiet difficultatem. Atqui sic fit cum seruis Dei, ideoque sentiunt quod in oratione Sicut spontaneis à facilis Dei seruitus, ita valde difficilis est vel inuitis. quadam docet Ecclesia, *Deus cui seruire regnare est*, Rex est qui tibi seruit, quia cum maxima quiete facit quod vult, dum idem tecum vult, & portatur ab abundantia gratiæ tuæ. Est interim & hoc verum, eos qui inuiti Deo seruiunt, magnam *Simile.* sentire difficultatem. sicuti enim porcus fune ligatus, si sponte eat, non sentit ex ligamine dolorem, sin vero inuitus fune trahitur, dolorque tanto est vehementior, quanto reluctantia maior: sic qui Deo spontaneus seruit, nihil habet difficile, quia amanti nihil difficile, qui vero inuitus, in omnibus

nibus pro diuersitate reluctantiæ, difficultatem sentit. *Quinto.* Quod nemo possit odisse Deum: bonitas enim eius omne odium excedit, cum sit ipsa bonitas, ex qua omne bonum, & sine qua nihil bonum. Dicitur quidem diabolus, & mali, odisse Deum iuxta illud *superbia eorum qui te oderunt*, non quod diuinitatem oderint, sed quia oderunt suos cruciatus, adeoque iustitiam Dei, à qua hi infliguntur. Diuinitatem vero amant, & videre optant. Refert Cantipratanus se in Brabantia locutum energumenæ, ac rogasse diabolum qui eam obsidebat, de pulchritudine Dei & diuinæ essentiæ quam beati intuentur, diabolus autem respondit, esse pulchriorem multo, quam concipi hic à nobis possit. hanc si obtinere possem, addebat, paratus sum ad extremum vsque iudicij diem, omnia mundi tormenta sufferre. Similia idem Coloniæ respondit in templo S. Petri vt Cæsarius refert, qui præsens adfuit. Quod si, inquit, Dæmon esset columna tota ignita, eiusque magnitudinis vt à terra ad cœlum vsque extẽderet, essetque nouaculis, ferreisque pinnis vndique munita, atq; ego corpus haberẽ humanum cuperẽ sane per omnes istas acutissimas nouaculas, sursum ac deorsum ad extremum huius mundi diem raptari, vt tandem conspectu D. perfrui possem. Atq; hoc, etsi diabolus mendax sit, verum tamen est. nam vt [a] Chrysostomus [b] Augustinus & alij docent maximũ inter inferni tormenta est, carentia Diuinæ visionis, aut saltẽ vnum è maximis. Non sentimus hæc iam, quia Dei pulcritudinem non nouimus, sed post animæ à corpore separationem, cum temporalia non amplius placebunt, videbimus, nihil præter Deum, esse quo satiari, & in quo quiescere possimus. Sicuti enim, qui desiderata possidet possessione & fruitione bonorum gaudet, ac tanto magis, quanto fuerint bona maiora: sic qui necessarijs priuatur dolet, & tanto magis, quanto maius fuerit bonum, quo priuatus est. Deus autem bonum est infinitum, qui ergo in æternum eo caret, ineffebiliter cruciatur. Vide possideas eum, serui Deo, ex toto corde, sincera charitate, vt tandem eo perfecte fruaris.

Deus non potest odio haberi quia est ipsa bonitas

Quo mali dicuntur odisse Deũ?

Psalm. 73. 23.

Lib. 2. de apibus.

Testatur diabolus pulchritudinem Dei excedere omnem captum humanum.

Lib. 5. c. 50. Dial.

a *Hom. 14. in Matth*

b *Ench. c. 112*

Non potestis Deo seruire, & Mammonæ. Ex precedente sententia generali concludit Dominus, quod nemo Deo possit serui-

seruire, & diuitijs (quæ Syriace Hieronymo teste Mammon dicuntur) Nota. Quod non dicat Christus, non potestis Deo seruire, & diabolo: nullus enim se diabolo seruire fatebitur, quem omnis boni scit inimicum, & à cuius nomine omnes abhorremus. similiter non dicit non potestis Deo seruire, & peccato. Nullus enim malus haberi vult, aut peccati seruus, nemo dici superbus, auarus, ebriosus, fur, mendax, meretrix, &cæt: *Tertio*, non dicit non potestis Deo seruire, & mundo: nam & mundus seruus est Dei sui, Mammonæ scilicet, id est, diuitiarum quibus vt Sapiens ait, *Omnia obediunt.* Summus ergo mundi dominus pecunia est, quæ genus, formam, honores & omnia donat, pecuniam habes? habes dignitates, voluptates, muneribus omnia concilias. nam & Reges, & Principes pecuniarum serui sunt. quos Dauid *viros diuitiarum* vocat. *Nihil* ait, *inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis.* non dicit *diuitiarum domini*, nec *diuitiæ virorum*, sed *viri diuitiarum*, qui non eas possident, sed ab eis possidentur, tanquam dominabus & idolis. Hi post mortem *nihil* in manibus inueniunt; quia ante mortem, in manibus nihil habuerunt. Dedit nobis pecuniam Deus, vt nobis seruiret, nos ex seruo dominum fecimus, à quo propterea grauiter torquemur, veluti à tyranno, qui nullam subditis indulget requiem. Parœmia est: *Asperius nihil est humili cum surgit in altum*, promotus, ad dignitatem mendicus, præ fastu fit intolerabilis. Idem in pecunijs factum quas cum dominum constituimus, vertuntur in spinas, quæ noctu pariter & die, cor lancinent. ideo & Christus eas vocauit spinas, vt ab earum lancinatione caueremus. Cogita vter dominus tibi placeat, neque enim vterque simul haberi potest, & quo id cogites melius, attende.

Cur non dicat Dominus nemo pôt seruire Deo & diabolo.

Cur non dicat & peccato?

Cur non dicat & mundo?

Psalm. 75.6.

vulgare dictum.

Luc. 8.14.

Deo potius seruiendũ.

1. *Primo.* Cui plus debeas. Creauit te Deus ex nihilo, redemit pretioso sanguine suo, & morte à peccatis, diaboli seruitute & æterna damnatione: dedit quicquid habes, etiam ipsas diuitias. Quid vero tale habes à diuitijs? *Secundo.* Vtrius seruitus sit facilior. Posset Deus magna à nobis, & dura exigere pro præstitis beneficijs; sed contentus est paucorum mandatorum (ad quę tamẽ natura nos ducit) obseruatione,

2.

Pecunia

Pecunia sollicitudinem, laborem, peregrinationes, vigilias, & continuas curas exigit. *Tertio* Vtrius merces sit melior. Deus 3.
hic diuturnam, & tranquillā; postea vero ęternam vitam concedit. Diuitiæ multis vitam præcidunt; multos in æternũ perdunt. quidam suspendũtur; alij à latronibus; alij ab angustijs; alij à propria manu pereunt. quidam terribiliter à Deo puniuntur. Refert Gregorius Turonensis, quod cum quidam Ecclesiæ Lugdunēsis Archidiaconus, Imperatoris Leonis filiam energumenā liberasset, miserit Imperator, pro gratiarũ actione, capsulam admodum pretiosam auream, pro reponendo Euangeliorum libro, & calicē, cum patena ex puro auro gemmis distinctum. Contigit horum latorem, in itinere ad aurifabrum diuerti, qui cum de donorum præstantia intellexit; latori persuadet, vt, diuiso pretio, aureis argentea supponerēt. atque ita factum. Cum ergo argentea ista lator Lugdunum attulisset; festinus ad aurifabrum redit, vt pretium diuidat: illis vero sedentibus, & aurum proferentibus ecce terremotus, & cum eo hiatus terræ, qui vtrumque horribiliter clamantem cum auro, & cubiculo absorbuit, & instar Dathan & Abiron in infernum demersit. Hæc est merces diuitiarum, quibus, neglecto Dei cultu, tam sollicitus seruis. Permittit nonnunquam ista Deus, vt ex eis videamus, quid quotidie, eorum, qui pecunias amant, animabus contingat; cum ad inferna, cum magno eiulatu deijciuntur. Serui ergo Deo, non Mammonæ: seruiat pecunia tibi, non tu illi. Vis scire vter Dominus sit, tu an pecunia? audi quid de dominī & serui officijs Centurio disserat. Et *ego homo sum sub potestate habens sub me milites & dico huic vade & vadit & alteri veni & venit & seruo meo fac hoc & facit.* Vide quis imperet, tu an pecunia? si pauperem vides, qui eleemosynam petat, eamque conscientia dictet dandam, nec tamen dare audeas seruus pecuniæ es. si pecunia te ex vna regione mittit in aliam, implet sollicitudinibus, afficit laboribus, ipsa dominatur, & dicit fac hoc, vado, veni, tu vero facis, vadis, & venis. Sin contra; tu pecuniam mittis ad pedes Apostolorum, in vsus pauperum, in his quæ Deum, & animæ salutem spectant ea libere vteris: iam tu dominus es. Vide vt dominus maneas. Non vetat

Lib. de gloria Confess. c. 63. Horrendum exemplum.

Matth. 8. 9.

diuitias Deus, sed vult vt vere diues sis, id est, diuitiarũ dominus. Turpe est, & iniurium in Deum, quod Dei filius cum sis, te submittas flauæ, & albæ terræ; aues scilicet & argento. Cogita dignitatem tuam, & Patrem tuum cœlestem honora.

V. *Ideo dico vobis; ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini.* Ex hoc Christi argumento, nempè quia non potestis Deo seruire, & mammonæ. ideo nõ sitis de vestibus, & cibo solliciti; colligimus, eos qui de his solliciti sunt, seruire mammonæ; Oportet tamen hoc sanè intelligere; ne in antiquam Euchitarum hæresim labaris, qui damnantes laborem, dicebant, semper orandum & expectandum à Deo cibum, quod etiam nostro tempore anno 1534. Anabaptistarum quidam, vt Ioãnes Leidanus, & Dauid Georgius in Episcopatu Vltraiectino multis simplicioribus persuaserunt, dicentes, vt pecunias ipsis traderent, ac in terrã promissionis cũ ipsis proficiscerentur, atq; in itinere arbores conscenderent, accepturi illic panem cęlestem, quod cum facerent aliqui, prę fame semineces ceciderunt ex arboribus. Vult Deus victum labore vinci, nam & Adamum constituit in Paradiso, *vt operaretur*; post peccatum vero dixit ei, quod in sudore vesceretur pane suo. *Homo*, ait Iob, *nascitur ad laborem sicut auis ad volatum*, & Apostolus, *qui non laborat non manducet*. Narrat Euagrius, quod ad Abbatem Siluanum venerit aliquando monachus Euchita, qui cum alios videret operantes, dixit, nolite operari cibum qui perit, Maria optimam partem elegit. Dixit autem Siluanus discipulo suo Zachariæ, vt duceret monachum illũ in cellam vacuam, vt ibi Deum, pro placito suo, oret. cumque tempus prandij esset, alij omnes, ipso excepto, ad refectorium vocati sunt: ipse vero non minus, quam alius quisquam expectabat, vt vocaretur: sed cum nemo veniret, sponte accedit Abbatem, rogans ecquid fratres essent comesturi? qui respondit, eos iam comedisse. tunc ille, & cur, ait, me non vocastis? Respondit Abbas; quia spiritualis es, neque cibo indiges corporali, nos corporei sumus, ac proin si cibum volumus corporalem, labore quærere debemus. Hæc audiens Monachus, resipuit, & didicit ab Abbate; quod Martha, & Maria, id est, labor, & oratio cõiungi debeant. Martha dissipatur nimium, nisi

Qui immoderatè solicitus est pro temporalibus, seruit mãmonæ.

Genes. 2. 15.
Genes. 3. 19.
Iob. 5. 7.
2. Thess. 3. 10.
Lib. 4. de vitis patrum.

nisi adsit Magdalena, hæc vero sine illa fit desidiosa. Non ergo vetat hic Christus laborem, & moderatam sollicitudinem de victu, ac indumentis, sed immoderatam quæ fit tribus modis. *Primo*. Cum temporalia quærimus, tanquam summum bonum, ab eis sperantes quæ à Deo sperari debent. Faciunt hoc auari, quibus pecuniæ Deus sunt, ac propterea, ab Apostolo auaritia dicitur *idolorum seruitus*. *Secundo* cum nimium temporis impenditur acquisitioni temporalium, ita vt negligatur cultus Dei. diebus festis, & Dominicis non audiatur Missa, sed laboretur pro victu. *Tertio*. Cum non sollicititi tantum sed & angustiati sumus; semper formidantes, quod necessaria deficient, quod oritur ex diffidentia Diuinæ erga nos bonitatis. Tres hi modi sunt vetiti, & tamen à multis Ecclesiasticis pariter, ac sæcularibus vsurpantur: imo & à Religiosis quorum nonnulli adeo sunt de necessarijs solliciti, ac si solum nati essent ad esum, & potum.

Immoderatè soliciti sumus. 1.

Cur auaritia dicatur Idolum. *Ephes. 5. 5.* 2. 3.

VI. *Nonne anima plus est quam esca, & corpus plus quàm vestimentum?* Christus animaduersa infirmitate nostra, & diffidentia, atque anxia sollicitudine, quæ à Deo vos ad terrena deflectit, quinque rationibus sollicitudinem hanc dissuadet, quæ omnes fundamento illi innituntur, quod Deus curam nostri habeat. ratio *Prima*. Deus dedit quod maius est, & quidem vobis nihil cooperantibus, quanto igitur magis dabit quod minus est, si cooperemini? dedit vobis & animam, & corpus, quomodo ergo victum non daret, & vestem? Conclude potius cum Apostolo, *Proprio Filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum*, negabit ergo aliquid ad salutem necessarium? Item; Christus dedit mihi suum sanguinem, & negabit panem? pro salute mea 33. annos laborauit, & tandem mortuus est, & iam me deseret? dat mihi quotidie sacratissimum corpus suum, & cibat pane Angelorum, & negabit cibum brutorum, ac corporalem? animam vestit Spiritu sancto, & corpus relinquet inueste? Conclude præterea; ex eis quæ occurrunt quotidie. Huc vsque non dereliquit me Deus, quin in necessitatibus peculiariter me iuuit, etiam non sperantem, deinceps ergo confidam ei & innitar. Exempla in numera ex Sacris literis supperunt Iob, Thobias, Iudith, Esther,

Quinq; rationibus Christus hanc solicitud. dissuadet.

1. Ratio dissuadens sollicitudinem.

Rom. 8. 32.

Dauid, Israelitę &c. à Deo iuuabantur cum de alio auxilio desperabant. Qui aurum dat, & gemmas, fœnum non negabit, & paleas.

VII. *Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neq; congregant in horrea: & Pater vester cœlestis pascit illa. nonne vos magis pluris estis illis?* Est hæc secunda ratio, similiter si recte inspiciatur, satis prægnans. Deus bestijs dat necessaria, quomodo igitur negabit ea suis filijs? si paterfamilias canes, feles, ac sues pascat negliget liberos? Mundi est, belluas plus curare, quam homines: vti ex parabola filij prodigi liquet, cui nō concedebatur, vt de siliquis impleret ventrē, quod tamen porcis concessum erat, & ex parabola diuitis epulonis, qui, quod Lazaro negabat, canibus dedit. Deus vero, qui bestias fecit, propter homines, maiorē de hominibus quā de bestijs curam habet, Apostolo teste, qui illud Moysis, *non alligabis os boui trituranti*, de Christianis exponens Doctoribus subdit. *Nunquid de bobus cura est Deo? Nam propter nos scripta sunt?* Homines quoq; maiorē domesticorum, ac præcipue cognatorū, & liberorum curam habent, quam alienorum, imo qui tales nō sunt, ab Apostolo grauiter taxantur. *Qui suorum, & maxime domesticorum curam nō habet, fidem negauit, & est infideli deterior.* Apostolus nos dicit, *Dei domesticos*; Christus, *amicos*; Ioannes, *filios* non ergo minora pręstabit nobis Deus, quam auibus alijsq; bestijs, quas ita mirabiliter nutrit, vt eius, hac in re, prouidētiam, multi gentiles Philosophi stupuerint. Etsi enim animalia diuersa, diuerso vtantur pabulo, omnibus tamen instrumenta ipse aptat & loca, & media, vt quæq;, quod sibi fuerit cōuenientius, inueniat. Nota *Primo.* Quod nō ablegat nos Christus ad sanctos, quos ipse vestire, ac nutrire solet vt ad S. Ioannem Baptistam, & Dauidē cibatos in deserto. & ad Israelitas, qui panem cœli acceperūt, ac infinitam multitudinem coturnicum, bisq; de petra potati sunt; vel ad Samsonem, qui aqua fluente ex mādibula asini sitim restinxit; ne excipiamus, illos, propter sanctitatē, ista consecutos. *Secundo.* Non ablegat ad bestias terrę, vt canes, mures, lupos, &c. quæ omnia lustrantes, odore escam indagāt, sed ad volatilia cęli *Primo.* Quia hęc de victu minimè videntur sollicita, dum in aëre volant, vbi esca eorum non est, & potissimo

1. tempo-

[Margin notes: 2. Ratio sollicitudinē dissuadens — *Luc. 15.* — *Luc. 16.* — *1. Cor. 9. 9.* — *1. Timot. 5. 8.* — *Ephes. 2. 19.* — *Ioan. 15.* — *1. Ioan. 3.* — Nota primo, cur Christus nos non ablegat ad sanctos? — *Matth. 3.* — Nota secūdo. Ablegat ad volatilia cœli nō autem bestias terræ.]

tempore cātillant, ac vagantur, *Secundo.* Quia exemplo nobis 2.
sunt, quomodo à Deo victum sperare debeamus. non habent certa loca, ex vna regione transuolant in aliam, potissimū degunt in aëre, oblectant nos cantu, mane præcipue ante egressum, & vespere post reditum, qui in his proxime illa imitātur, eos videmus à Deo præcipuè foueri, id est, Religiosos, qui omnibus propter Deum relictis, nihil possident in mūdo propriū, Deo intendunt & Diuinis: cor habent & conuersationē in cęlis, nocte & die Deū laudant, imo quo sunt pauperiores, eo melius eis prouidet Deus, vt in Minoribus, Clarissis, & Capuccinis patet. qui toto terrarum orbe diffusi cibum, & vestes necessarias à Deo accipiunt per eleemosynas piorum, aut si hę deficiāt, per aliquod miraculum. Circa annum 1220. cum viueret adhuc S. Dominicus, erant Romę in Conuentu S. Sixti, 100. Religiosi, qui ex eleemosynis viuebant, nullos habentes redditus. cōtigit autē, vt neq; panis esset, neq; pecunia in domo, & qui eleemosynas petierant vacui redirent domū; nihil, enim, præter panē vnū acceperant, quem tamē pauperi valde instanter eū petēti, dederant. Iussit nihilominus S. Dominic⁹, pro cōsuetudine, pulsari ad prandiū. Omnibus vero accūbentibus, ingressi sunt duo Angeli, cū magna copia panis albi, & à minorib⁹ initio facto, singulis dederunt vnū panē; atq; ita disparuerunt. Eodē tēpore impleuit Deus optimo vino vas ante vacuū, sicq; potabat, & cibabat Deus famulos suos, ab hominib⁹ desertos, similia apud Minores, & Monachos priorū temporū facta sunt. Quia tamen non omnium est vita monastica; qui in sæculo sunt, hoc agant, vt conuersationē potius in cęlis habeant, quā in terris: orent quotidie Deū, ac præsertim mane Sacrū audiant, omniaq; diei opera Diuino honori cōsecrent, vespere vero cōscientiā examinēt, solliciti Deo per omnia placere. Quæ si faciant, sine dubio aderit eis Deus. *Tertio.* Quod apud S. Lucā Dominus vtatur exemplo coruorū, vt sic maiorē in nobis spem excitet, corui enim aues sunt inhabiles, voce ingrata, vt non possint mereri victū, furantur vnde possunt, carnē, imo & hominū cad uera vorant, cibo inepti sunt, & tamē pascit eo Deus, imo cum pullos habent (vt authores tradunt) iā primum exclusos adeoq; implumes adhuc, quia nigri non

Theodor. de Aroldia in vita eius lib. 3. c. 4.

Miraculosa sustentatio 100. religiosorum.

Nota tertio, cur vtatur Dominus apud Lucam exemplo coruorum.

Luc. 12. 24.

sunt, deserunt eos (putantes quod sint fœtus suppofititij) ad decimum vsq; diem, quo nigrescunt, interea pullos, tum rore, tum vermibus in nido natis, Deus nutrit. *Quarto*. Quod non prohibeamur serere, metere, cōgregare in horrea quæ omnia aues nō faciunt: sed intendit Christus nos docere *Primo* vt deponamus anxias sollicitudines, & cum labore victū quęram⁹, quē etiam sine labore auibus Deus dat *Secundo*. Quod vt quis à Deo in temporalibus iuuetur necessum nō sit quærendis eis perpetuo incumbere, sed sufficiat officium implere, quod ordinauit Deus. Ecclesiastici enim sacra tractare debent, vt conciones, confessiones, Sacramentorū administrationes, instructiones populi, cōciliationes animorū, intercessiones ꝑ Rep. apud Deū, & librorū cōpositiones. Quę si faciant, victū à Deo procurandū meruerunt. Ideo nō dixit Christus, volatilia nec volant, nec cantant, hęc enim duo naturalia ipsis sunt; sed, nō serunt, neq; metunt, id est, non faciunt, quę ipsis sunt peregrina, monstrū enim esset, si auis sereret, & meteret. sic mōstrum corā Deo, & Angelis est, si Christianus vt victū quęrat, aliquid vocationi suæ faciat incōueniens, si Ecclesiasticus temporalia curet, neglectis spiritualibus. si auar⁹ sit & vsuris ditescat, si beneficia Ecclesiastica, vel officia sæcularia vendat, mentiatur, fallat, iuret, inuideat, detrahat &c. pro tēporali questu. Nota *Quinto*. Quod non dicat Christus, Deus pascit, sed *Pater vester cœlestis*. *Primo*. Vt roboretur in nobis fiducia: Deus enim nō est auiū Pater, & tamē pascit eas. quanto igitur magis pascet filios? Tantā habent aues pullorū suorū sollicitudinē, vt escam ipsis dandā sibi subtrahant; si natura hunc pullorū amorem, auib⁹ indidit, quomodo amabit nos Deus ipsa charitas? *Secundo*. Ne sit in nobis timor accedendi Deum, vtpote cœli & terræ Dominū. etsi enim verè magnus sit, demittit se tamen, ad auium quoq; curā, imo quanto est maior, tanto est ei nostra indigentia notior. Cum scias ergo quod iuuare te possit, quia cęli Dominus, & quod velit, quia Pater; & quod sciat necessitates tuas, quia de cęlo omnia prospicit, nihil dubita: sed cōfide in eo, hoc vide vt filius eius sis, per gratiā, & ipse Pater tuus. *Quis autē vestrū, cogitans potest adijcere ad staturā suam cubitum vnum?* Tertia est hæc Christi ratio, ex qua disce *Primo*. Dei esse omniū mensuram

Nota quarto licet aues nō secāt neque metāt, nō prohibemus tamen hæc facere, sed hęc duo intendit tantū Christus.

I. 2.

Cur nō dixit Deus volatilia nō volant neque cātant.

Nota quinto, cur dicat Christus Pater vester cęlestis pascit.

I.

1. Ioan. 4. 16.

2.

VIII. Dissuadens sollicit.

3. Ratio, ex qua docemur.

I.

ſuram, vt Sapiens docet. Deus omnia diſpoſuit *in numero põdere & menſura* quam teſte Iob nemo tranſgredi poteſt. Neq; id in naturalibus ſolum, quæ habent præfixas ſibi à Deo quantitates, vt in arboribus, herbis, beſtijs, hominibus quę ordinationẽ Dei non excedunt, ſed & in moralibus, vt honore & dignitate, ac in externis ait diuitijs, forma, &c. Poſuit tibi terminum Deus, quẽ præterire non poteris, ſi te cum Lazaro velit mendicum, non fies ditior; ſi Comitem tantũ, nunquã Dux fies, aut Rex. Faciem quantumlibet fuces, pulcriorem vero nõ reddis. Docet hæc omnia Sapiens. *Eſt homo laborans, et ſe ſtinans & dolens impius, & tamen magis non abundabit. Eſt homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus Dei reſpexit illũ in bono, & erexit eũ ab humilitate ipſius, & exaltabit caput eius, &c.* Noli ergo nimia ditandi ſtudio grauari, nihil enim proderit. Spiritualia bona quęras, ac diuitias in cęlis, & pulchritudinem animæ: horum enim menſura non eſt, ſed ſemper augeri poſſunt, modo velis. Ideo alijs rebus menſurã poſuit Deus, vt ſpiritualia ſine menſura quæramus. *Secundo,* Quod anxia ſollicitudo inutilis ſit, diligens labor vtilis, & iuuat, anxietas obeſt, & multa adfert mala, lædit valetudinem, breuiat vitam, impedit ſomnum, diſtrahit in oratione, eneruat fidem, ac ſpem in Deũ, refrigerat charitatem, perdit tempus, generat deſperationem, ac ſui necẽ, & adhuc omnia hæc nihil iuuant, ſed animam pariter, ac corpus lædunt, ſuggerente ea Diabolo, vt à Deo auellaris. Ideo & nocte, cũ tempus eſt quietis, & in templo, vbi locus eſt orationis, iſta præcipue occurrunt, vt à ſpirituali, & corporali quiete impediaris. Fuga Diabolum, & tentationes eius, multũ enim, & diu cogitabis, antequam cogitando creſcas. *Iacta,* ait Dauid, *cogitatum tuũ in Domino, & ipſe te enutriet.* quoniam, vt Petrus dicit, *ipſi cura eſt de nobis.* Qui corpori magnitudinem dedit, victum non negabit & veſtem, neq; enim magnitudinem tua dedit ſollicitudo, ſed eius benignitas. Longitudo hominis quatuor cubitorum eſt. eadem & latitudo ſi brachia extendat: neutrã cogitando mutabis. commenda ergo te Deo, qui vtramque te nihil cogitante dedit, ipſe te non cogitante ſeruabit.

Sap. 11. *Iob. 14.* *Eccli. 11. 11. & ſeqq.* 2. Anxia ſollicitudo valde inutilis & perniciosa. *Pſal. 54. 23.* *1. Pet. 5. 7.*

Et de veſtimentis quid ſolliciti eſtis. Non vult Christus vt IX.

de vestibus etiam necessarijs solliciti simus, qui enim primis parētibus, etiam offensus per peccatum eorum, vestes dedit, eas nobis quoq; curabit, & quidem statui nostro conuenientes. Veste tribus de causis egemus. *Primo* vt ea tegamur. *Secundo* vt ab aeris iniurijs protegamur. *Tertio* vt vitæ genus, & statum significemus: aliter enim viri vestiuntur quam fœminæ; aliter Ecclesiastici, & Religiosi, quam sæculares; aliter Principes, quam nobiles, & plebei. Nisi primi parentes peccassent, vestibus non eguissemus, corporis enim nuditas tunc nō magis fuisset verecunda, quam nunc manuum, & faciei. præterea nunquā fuisset aëris intemperies. Conditiones vero, & status hominum & alijs signis obseruassemus. Atque hinc patet vestes & signa esse peccati, & pœnā; instar laquei, quem fur habet cum ad patibulum ducitur qui est signum furti, & instrumentum supplicij, Patet vlterius, quam insipienter multi se ornatui vestium, & cultui dent atque *Primo* Multum temporis perdunt, quod pretiosum est, & à Deo concessum, vt ea hic lucremur quibus æternum fruemur. Tēpus breue totum deberet æternitati futuræ impendi, si multum detrahas ad ornādum te, tantundem perdis. *Secundo*. Expensas inutiles faciunt, subtrahentes frequēter liberis, & familiæ necessaria vt ea corpori suo impendant. *Tertio*. Vestes multiplicant in quos grauiter inuehitur S. Iacobus. *Quarto*. In nouis vestium formis curiosi sunt, instar filiarum Hierusalem, quibus apud Isaiam minatur Deus quod erit, *Pro suaui odore fœtor, pro zona, funiculus; pro crispanti crine, caluitium, & pro fascia pectorali, cilicium*. Peccant hi, & insipienter agunt, quia videntur exultare in pœnis peccatorum suorum, nec de peccatis dolere. Stultum foret si fur ad laqueum damnatus, omni studio multos cōquireret laqueos, materiæ diuersæ, & figuræ, videretur gloriari facinore quo laqueum meruisset. Et quid faciunt aliud, qui de vestibus tam sunt solliciti? Est hoc fere fœminis proprium, si enim virorum quidam id faciant, viri non sunt, sed Androgyni, vel, vt Clemens Alexandrinus loquitur, effœminati. Rationes autem huius rei multæ sunt.

Prima. Quia fœminæ minus quam viri sapiunt & minus, rationem consulunt, magis ad nugas propendent, & passionibus

Veste egemus 3 dānationis. 1. 2. 3.

Vestes sunt signa & pœna peccati.

Stulti qui sedant ornatui vestium. 1. 2. 3.

Isaia 3.24.

3. Pædag. c. 3.

Cur fœminæ magis sunt solliciti de

ſionibus aguntur. Videntur ſibi(quod ſtultorum eſt)ſapientibus omnibus plus ſapere, ideo etſi omni tempore Patres, imo Apoſtoli & Prophetæ luxum veſtium damnarint, pijque omnes eum reprehenderint, videntes eas plus dehoneſtare quam ornare: ipſe nihilominus ſe ſolas putant ſapere, alios vero errare, aſini inſtar, cuius ruditum etſi homines damnent, ipſe tamen eum omni muſico concentu putat meliorem. Mirantur ſapientes monſtra hodiernarum mulierum, caput lobbis veluti lanci imponitur, cui hortus ſubſtat æreus, in quo illæ quaſi inſolantur, thorax, ita garcilis eſt vt duabus manibus circumſcribi poſſit, iſque corpori craſſiſſimo ſuperſtat veſtibus quaſi cortinis cincto, non aliter ac ſi chytropodem videas, vaſi cereuiſiario impoſitum. Quanto fuerit thorax gracilior, & corpus craſſius tanto ſibi, ſuiſque ſimilibus ſtultis pulchriores videntur, cum reuera monſtra ſint. Patet & in eo ſtultitia, quod vt monſtra fiant maximum corporis & animi ſuſcipiant laborem nihil niſi ornatū hunc, nocte ac die cogitant ſi alia quid habeat quo ipſæ careant, triſtantur, & maritos vexant, vel parentes donec hoc quoque impetrarint. Thoracem laminis premunt, & faſcijs, ieiunant, vt graciliores fiant corpus ſarcinis veſtium onerant, in criſpandis crinibus multum operæ ponunt. Denique tantum laborant, vt veſpere depoſitis his nugis, reſpirent inſtar equæ cum depoſita ſunt eius paramenta. Sed in hoc maxima ſtultitia eſt, quod laborem tantum ſuſtineant gratis, imo cum damno, & ignominia. Nam *primo* Comuntur, ait Gregorius, vt videantur, ſed iuſto Dei iudicio, vel nullus eas videt, vel id cum earum fit damno vti Iezabel accidit, quæ compta ad occurſum Iehu vt ei placeret, iuſſa eſt præcipitari per feneſtram, eſt enim hæc ſuperborum pœna, apud Dauidem vt deijciat eos Deus, dum alleuantur. Ita quoque miſeris his contingit: quidam vt ſtultas rident, quidā vt monſtra horrent, quidam vt impudicas cenſent, quaſi forte ſub tanto periſomate adulterium tegatur. Vocant enim illud *Cache enfant* quaſi prolem tegat quia eo adulterini fœtus ſæpe occultantur. Certe indignum eſt, quod matronæ quoque ſimili vtantur habitu, quaſi adulteria tegerent, debebant ab illo honeſtæ mulieres

Monſtruoſa deſcriptio veſtiū hoc tempore muliebrium.

Stultitiam ſuam produnt mulieres immoderato veſtium cultu.

1.

Hom. 40. in Euang.

4. Reg. 9.

Pſalm. 72.

abhorrere, tanquam adulterarum Symbolo, ne ipsæ eis similes putentur. *Secundo*, Inutiles fiunt ad omne opus, siue quia
2. vestium maculas metuunt, siue quia nō possunt sua membra flectere. Atque ita toto die otiosæ nihil agunt, nisi vt se mutuo visitent, spectēt, & spectētur, tēpus fabulis terant, de vestium formis, & amatorijs conferant de alijs detrahant. Heu Miseri vxorū taliū mariti, quā parū ab eis habēt obsequij, & subsidij.

II. Ratio. *Secunda* ratio est, quam Aristoteles ponit. Quia fœmina homo est imperfectus, omnē quærit se perficiendi modum, & cum id non possit facere sapientia, qua destituitur; nec robore, quod similiter ei natura negauit, corporis adhibet ornatum, sed multos committit defectus. Sicuti, si pictor ignarus velit inchoatam ab artifice tabulam perficere: sic & mulieres, imaginem Dei in monstra transformant & vt etiam ipsæ sentiunt, quod intendebant nō efficiunt, inde enim tam frequens formarum mutatio, quia nulla satisfacit. Melius faciunt mulieres piæ, quæ animum perficiunt, & licet corpore videantur infirmæ, ac imperfectæ ad maiorem perueniunt animi (quæ vera est) perfectionem, vt multos doctos, fortes, nobiles superent.

III. Ratio. *Tertia*. Quia mulier aptissimum est diaboli instrumētum, quo mundo malum omne inuexit, & multos prudentes, ac pios perdidit. Leuis est, & curiosa ideo credit suggestionibus diaboli, seque ad eius voluntatē comit. Atque ita adolescentes pellicit ad luxuriam, alias ad sui imitationem, nam simul atque noua prodit forma, imitantur statim omnes. Atque hæc sunt aliena mulierum peccata, quibus mundum superba nequitia replent.

IV. Ratio. *Quarta*. Quia cum se videant ineptas rebus arduis, vt bello, regimini, consilijs, ad nugas se deijciunt: puerorū instar, qui pupis ludunt & crepundijs. Mulieres prudentes animum purgant, vt sponso suo Christo placeant.

V. Ratio. *Quinta est*. Natiua superbia, quam à matre Eua omnes suxerunt dum esse volunt *sicut di*, non sicut Deus, misericordes, patientes, mites, virtutibus plenæ sed *sicut di*, id est, idola, exterius ornatæ pretiosis vestibus, interius vero ligna, lapides, & dæmonum quasi murium habitacula. Hinc illa proprij

sensus

sensus pertinacia, eo quod superbus superbas, id est, diabolus fœminas regat, qui earum vestibus insidet, & gaudet. Refert Cæsarius fuisse fœminam Moguntiæ, quæ pro illo tempore superbe vestita, templum adibat longum ducens syrma; Parochus stans in cæmiterio vidit syrmati insidētes paruos diabolos, instar murium, & glirium saltantes, & ridentes: iussit ergo mulierem subsistere, & coniurauit dæmones, ne discederent; orans Deum, vt oculos dignaretur aperire populi, quem ad spectaculum conuocarat. Mulier pudore suffusa, & horrens talium, quos ducebat, familiaritatem, domum abijt, vestes mutauit, factaque humilis, & simplex, alijs exemplo fuit. Christus eos, dicit, qui mollibus vestiuntur, esse in domibus regum, id est, vt Hilarius explicat, in familia dæmonū, hi enim eorum præfecti sunt, eosque quo libet impellunt. Expediret fœminas tales, ad superbiæ detestationem sanctis se meditationibus dare. *Primo*, De futura corporis & animi pulchritudine æterna, quæ ornatu huius corporis impeditur, lumen enim pictas lucernas non tralucet & penetrat. Purga ergo corpus humilitate, & pœnitentia tunc in futuro ab animæ claritate illuminabitur. *Secundo*, Quod in baptismate nō accipiamus vestem pomposam, sed simplicem & albam: vt cum filijs Israel superbas vestes asino, cui Christus insidet, superponamus, vel substernamus eius pedibus, id est, eis pauperes tegamus, vel Ecclesias ornemus. *Tertio*, Quod ornatu isto nullus pingatur Sanctorum, sed soli superbi, & peccatores, quo indicatur nemini superbiam aperuisse cœlos, & cultum corporis esse Symbolum peccatoris. *Notandum* præterea est quod sicut Religiosorum vestes sua significant mysteria. v. g. candor, puritatem conscientiæ; nigror, pœnitentiam; scapulare, iugum Christi, & crucem; cappa, puerilem innocentiam (vt ait Cassianus) cingulum, castitatem, &c. sic superborum vestes quoque significationes suas habent: color, inferni denotat flammam, qua nunc, pro purpura & bysso, vestitur epulo, torques aureæ; monilia & inaures, catenas, ignitas, coma crispans, ignitos serpentes, qui nullam indulgent damnato quietem, thorax arcte contractus, angustias conscientiæ; sarcina vestium, picem cui

Lib. 5. cap. 7.

Matth. 11. 8.

Quid huiusmodi superbis fœminis potius agendum.

1.

2.

Matth. 21. 8.

3.

Nota vltimo sicut religiosorū vestes significāt mysteria, sic superborum etiam habent suas significationes.

Lib. de instit. Cænob. c. 4.

cui insidebis, collaria oblonga ignitos laqueos ex quibus pendebis, &c. sicuti enim Religiosorum vestes ad significationes sacras instituit Spiritus sanctus, sic & sæculariũ vestes, significandis inferni pœnis & præsentibus peccatorum conditionibus applicuit diabolus. Notat enim coma crispans obliquas, & distractas cogitationes, collaria, torques, monilia, cingula, &c. funes, & vincula peccatorum, ac passionum, quibus diabolus te vinxit; thorax arctus, animum angustum,
2. Cor. 6. 12. qui Dei & proximi amorem non capit de quo Apostolus *non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris, tanquã filijs dico dilatamini.* quasi dicat, Capit vos amor meus, & complectitur; vester vero, non capit vos mutuo, quia angustiamini ac propterea *dilatamini & vos* Deum amando, & proximum.

4. *Quarto,* Cogitent vestes Christi pro nobis in cruce suffixi, *Lib. 2. de propriet. apum cap. 28. §. 2.* Scribit Cantipratanus fuisse tempore suo in Torhout Flandriæ pago puerum quinquennem nomine Achas, quæ ad conspectum quorundam ordinis S. Francisci, mirum in modum exarsit ad istud vitæ genus. Vndè nõ destitit parentes rogare, & tamdiu interpellare, donec paruulam cappam corpusculo suo cõuenientem obtineret, gerens cingulũ ex funiculis, seruansque regulam S. Francisci tam studiosè, vti pro platula illa fieri poterit. Docuit etiam alios pueros orationem Dominicam, salutationẽ Angelicam, Symbolum Apostolorum, & quicquid deinde sciret ac dicere posset, ita vt viri etiam ac senes multi accurrerent, puerumque de pijs rebus disserentem cum admiratione audirent. Accidit autem vt dũ festo quodã die vna cum matre ad templum iret, mater more solito optimis vestibus induta esset, toga purpurea, atque alijs ornamentis, gemmisque exculta; puerulus à matre percunctatur quisnã ille esset qui in cruce penderet, digito crucem in porticu templi commonstrans. Respondit autẽ mater, Christum Saluatorem esse. Ait puer, itane Christus cruci nudus affigitur, vestitus & tectus sanguine suo & tu mea mater, purpurata, omnibusque rebus pretiosis exornata incedis? Turpe hoc & indecorum est. Mater hæc audiens adeo prudenter à filio sibi dici, commota domũ se contulit, vestesque pretio-

pretiosas & cætera ornamenta mox deposuit nec amplius ea induit. Imitare hanc matrem & Christum audi *de vestimentis quid solliciti estis*? Ora aperiat tibi oculos vt videas stultitiam tuam: sicuti enim Iudæi velatum habent cor ne Christum agnoscant, sic & tu velum habes superbiæ, & stultarũ passionum quod veritatis cognitionem impedit, & in peccatis gloriari facit tantoque magis in eis obdurat quanto ea à Dei ministris grauius reprehenduntur.

X. *Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neque nent dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloriâ sua coopertus est sicut vnum ex istis.* Hæc est pars secundæ rationis, qua Christus improbat sollicitudinem de vestibus, exemplo florum; sicuti in prima ratione, improbarat sollicitudinem de cibo, exemplo auium. *Lilia* id est, flores *agri* nominat quę spõte crescunt, non vero flores horti, ne dicas, homines eorum curam habere. Addit præterea. *Neq; laborant, neq; nent* vt & mulieres doceat, quæ nent; & viros, qui laborant. Non tamen vult nos esse otiosos, nam & flores suo modo aliquid agunt, sine sollicitudine tamen: sugunt enim humorem ex terra, eumque in omnia folia diffundunt, & odorem spargunt, &c. Nihil fecit Deus ad otium, imo quod otiatur corrumpitur, ferrum rubiginem cõtrahit, aqua fœtorem, vestis, tineas; lignum, cariem; equi, inertiam; terra, spinas & tribulos; homo denique otiosus, peccatum, vnde Dauid *in labore hominum non sunt & cum hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua.* Hinc est cur nobiles multi, & matronæ multis onerantur peccatis, quia otium habent. Quæres. Qua ratione verum sit quod Salomon, in omni gloria sua, nõ fuerit vestitus sicut lilia, cum tamen indutus fuerit auro, argento, bysso, gemmis, &c. quæ lilijs multo pretiosiora sunt? Respondeo Florem esse pretiosiorem, nobiliorem, artificiosiorem, pulcriorem, & digniorem omni ornatu Salomonis. *Primo,* flores viuunt, illa non: viua autem nõ viuentibus sine dubio præstant. *Secundo,* Flores sunt pleni artificio, intertegun- tur enim varijs venulis, per quas humorem diffundunt, & trahunt, colores habent omni artificum industria superiores, odorem spargunt: illa his omnibus comparari nõ possunt, ats qui-

Pars secundæ rationis qua dissuadet Christũ sollicitud.

Cur denunciet lilia agri nõ flores horti.

Psalm. 72. 5. & 6.

Quæstiuncula.

Responsio.

Lilium pulchrius & nobilius omni gloria Salomonis etiam auro, &c.

1.

2.

quidem naturam, id est, Deum imitatur, nõ tamen adequat. Deus enim artifex est nimis nobilis. Quod autẽ nos aurum, gemmas, &c. præferamus, non ex dignitate rerum est, sed *primo* ex nostra stupiditate, viliora enim putamus digniora. sic choreas preferimus, templo; comœdiam, Sacrificio; fauorẽ hominum, amicitia Dei, in omnib⁹ stulte censemus; ideoque non debet ex censura nostra res æstimari. *Secundo*, Ex florum copia. Aurum argentum, &c. rariora sunt, ideoque putantur digniora, cum tamen inferri deberet oppositum. Aliter enim se Deus habet quam nos vilia abundanter, pretiosa parcè distribuimus, aquæ multum, vini parum. Deus autem pretiosissima facit plurima. Nihil Angelis inter creaturas nobilius, numerus tamen eorum innumerus est. Nullum corpus cœlo præstantius, & tamen terra vniuersa, octies & decies minor est minima firmamenti stellæ. *Tertio*, Quia flores non sunt perpetui, nec durabiles sed statim marcescunt, verum hinc non perit eorum dignitas, nam & nos citius quã aurum consumimur, nec tamen ob id sumus auro viliores. Admirare opera Dei, & de liberalitate gratias ei age.

Cur nos auro, gemmis, &c. postponamus lilia.

1.

2.

3.

XI. *Si autem fœnum agri quod hodie est & cras in clibanum mittitur, Deus, sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei.* Docet hic Christus. *Primo*, Contemptum ornatus vestium, quia floribus conuenit magis, quam hominibus: qui etsi omnem adhibeant industriam, ad eorum tamen ornatum nuuquam attingent. Sicuti ergo stulte de reb⁹ stultorum proprijs gloriareris, quas melius ipsi præstant quam tu: sic de vestium ornatu gloriaris stulte, quem flores maiorem habent quam tu. *Secundo*, Quod maiorem aliquem ornatum pij sperent. Christus enim istis verbis *quanto magis vos* significat; quod non tantum in hoc mundo dabit vestes necessarias, sed quod aliquando maiorem dabit ornatum, quam habeant flores: nimirum in futuro sæculo, quando mortale hoc induet immortalitatem. Tunc enim Sanctorum minimus fulgebit sicut Sol, & pro sanctitatis varietate, fulgor quoque maior erit. Videbis tunc tot soles, quot homines: & eorum vnum, alio clariorem: sicuti *stella à stella differt in claritate.* Neque adueniet fulgor hic extrinsecus, quo modo nunc à sole illuminamur, vestibus ornamur,

Duo documẽta Christi.

1.

Simile.

2.

Descriptio pulchritudinis sanctorũ post resur.

1. Cor. 15. 41.

Differentia pulchritu-

namur, aut aliam habemus faciei pulchritudinem, quæ rubet, albet, & diuersicolor est à sanguine, pinguedine, & sanie tecta sub cute, ita vt quemadmodum farcimina diuersos repræsentant colores, iuxta diuersitatem tralucentis tomenti, sic & corporis nostri pulchritudo, nunc nihil sit aliud, quam diuersa materiæ purulentæ per cutem apparentia talis inquam pulchritudo, non erit in corporibus gloriosis, sed ab anima diuinitate impleta orietur, neque vt pulchritudo huius vitæ interibit, aut declinabit, sed æterna erit, & augebitur potius, quam minuetur. Nunc ergo curiosum ornatum sepone, expecta modicum, & spe ac voto tuo pulchrior eris.

dinis quomodo est in corpore nostro & quæ post resurr. erit.

XII. *Nolite ergo soliciti esse dicentes: quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur hæc enim omnia gentes inquirunt.* Quarta, hæc est sollicitudinum improbatio, sumpta à Gentilibus quemadmodum nos cum aliquid dissuademus, argumentamur, ne facias, nam & stulti hoc faciunt. Docere hic vult Christus, magnum inter Gentiles, & Christianos discrimen esse debere, illi enim lapides colunt, & ligna, aut Dei prouidentiam tollunt, quasi humana non curet, sed otiosus in cœlo sibi soli vigilet, &c. Nos vero mundum ab eo regi credimus, & hominum ac præcipue electorum curam ei esse scimus *Dominus* ait Dauid, *regit me, & nihil mihi deerit.* & *non dabit commoueri pedes tuos*, id est, tam vigilanter te custodiet, vt ne quidem cespites. *Ecce non dormitabit, neq; dormiet qui custodit Israel. Per diem sol non vret te, neq; luna per noctem. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus suis portabunt te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* De hac prouidentia Dei quam non tantum circa naturam humanam vniuersim, sed & circa singulos homines habet, certiores sumus, quam de eo quod viuentes viuimus. Vnde ergo fit, vt fidei non respondeat spes? intellectus credit, & voluntas diffidit. Viuis, sed adeo sollicitus, quasi prouidentiam non credas. Scribit de se Esdras quod multa Artaxerxi Regi Persarum dixerit de prouidentia Dei, ita vt ei Artaxerxes veniam dederit, redeundi cum Iudæis omnibus in Hierusalem. *Erubui*, ait Esdras, *petere à rege auxilium, & equi-*

IV. Ratio qua sollicitudo dissuadetur.

Christianus quare credit Deũ habere prouidẽtiã circa singulos homines, ideo nõ debet esse nimium sollicitus de temporal.

Iob. 22. 14.
Psal. 22. 1.
Psalm. 102. 5.
Ibid.
Psalm. 90. 11. & 12.
Esdra 8. 22.

& equites qui defenderent nos ab inimico in viam, quia diximus regi: manus Dei nostri est super omnes qui quærunt eum in bonitate, & furor super omnes qui derelinquunt eum: Erubescere deberemus & nos, cum idem omnino credamus, sed defectus est in nobis, quod multa quidẽ intellectu credamus, & ore profiteamur, factis tamen negemus, vt Apostolus quæritur. Credimus Deum ab omnibus exacturum rationem, verba otiosa non fore impunita, pœnas inferni æternas, maiores omni humano conceptu, per vnum peccatum mortale incurri, finem vitæ incertum, neque certiores nos quod cras victuri simus, quam quod morituri. Profitemur hæc omnia ore: Interim tam supine in peccatis stertimus, vt si Gentilis quis vitam nostram attendat negaturus sit nos ista credere. Idẽ in Dei prouidentia contingit, quam clamamus nos credere, interim sollicitudine nostra contrarium declaramus. Sumus ergo Christiani picti speciem habentes Christianismi, qui vero examinaret nos attẽtius, in his quę præcipua sunt deficere aduertet. Semper displicuit Deo diffidentia, vt ex antiquo Testamento patet: oritur enim ex infidelitate, vt apud gentiles; aut ex infirma fide, vt hic Christus docet, excitat murmurationes, & ad infidelitatem vsque perducit, atque ita tandem à Deo grauiter punitur. Qui Sabbatho collegit ligna, & Acham qui furatus erat de spolijs Iericho, lapidati sunt. Dathan & Abiron, insurgentes contra Moysen & Aaron, quasi Deus nõ regeret per ipsos Israel, à terra absorpti sunt: Israelitæ omnes in deserto, præter Iosue & Caleb, perierunt: quia non crediderant, Deum inducturum ipsos in terram Chanaam, formidantes magnitudinem, & robur habitatorum eius. Cum nimis sollicitus es, occasionem das Deo deserendi te, iure enim tunc dicat; Quid ego homini huic prouidebo, qui plus debito sibi sollicitus est, & mihi diffidit? Labora quidem pro victu, sed sollicitudinem omnem in Deo pone, qui & multis rationibus hoc à te vult obtinere.

Erubescere debet Christianus qui de temporalibus est sollicitus. *Tit. 1. 16.*

Num. 1. Iosue 7. Num. 16. Num. 14. 29. & 30.

XIII. *Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Quinta*, hæc est ratio, eaque valde efficax. Deus cuius sunt omnia, nõ tantum Rex, Dominus, & Magister, sed verè Pater tuus est, à quo nõ minus, quam à carnali parente amaris. Dixit per Ieremiam

Quinta ratio qua solicitudo dissuadetur.

Ephraim

Ephraim filius honorabilis mihi, puer delicatus, conturbata sunt viscera mea super eum, miserans miserebor eius, id est, quomodo mouet patrem miseria filij, sic & filiorū meorum mala me mouent. Imo quod & plus, quam parentes, nos amet testatur dicens. *Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? si illa oblita fuerit ego tamē nō obliuiscar tui.* Sensit idipsum Dauid, cum oraret: *Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.* Si Deus Pater tuus est, & necessitatem scit, sine dubio iuuabit. Qui vult, & potest, facit. Deus potest, quia Deus; vult, quia Pater, scit, quia omnia nouit. Nota *primo*. Dignitatē tuam, Dei filius es, noli ergo fieri cocus vermium, aut terræ inhærere & fæno, corpus vermes depascentur, quid ergo sollicitus es vt laute nutriatur, nihil nisi vermibus escam paras, corpus limus est, & fœnum quid ergo tam sollicite ornas illud? Leua caput in cœlum, cœlestibus intende, hęc tibi propria sunt, terram terrenis linque quibus cœli spes non est. *Secundo*, Deum esse Patrem indigentium, id est, pauperum: quo igitur pauperior, eo sis in Deum fidentior, & virtutis studiosior. Diuites multi bona sua pauperibus erogarunt, facti pauperes, vt Dei filij fierent, & ab eo nutrirentur. Deus maiori suauitate, gustu, & satietate suos nutrit. quia animam simul, & corpus fouet. *Tertio*, Si promissis his frui velis Dei filius esse debes. Vide ergo vt in gratia sis, neque ab ea excidas, sic in spiritualibus pariter, & corporalibus aderit tibi, & per hæc ad æterna deducet. Noli sistere in temporalibus, hæc enim inimicis quoque suis Deus abundanter impartit. abundarunt multi Imperatores Eccesiæ hostes, Nero, Domitianus, Diocletianus, Iulianus: vt ex eis disceremus nos, temporalibus cor non apponere; sed æterna quærere. Illa quid nisi siliquæ porcorum sunt, & sordes de quibus Dauid, *De absconditis tuis adimpletus est venter eorum*. Solent sordes domus in angulum congeri, & illic abscondi, ne à visitantibus conspiciantur. Talia sunt temporalia hæc, quibus sæculares optant satiari. Tu vero attende dignitatē tuam, quod Dei filius sis, quod quātum necessitati satis est, ex temporalibus solum accipere debeas, nec mireris si inimicos Dei in his videas luxuriari. Pater erga filios adhuc tenellos parcior

[Margin: Deus amat nos tātum, imo plus quā pater. — Ierem. 31. 20. — Isai. cap. 49. 15. — Psal 26. 10. — Tria hic notanda. 1. — 2. — 3. — Simile. — Simile.]

esse solet; abundantia enim fierent deteriores: postea tamen succedunt in plenam hæreditatem. Dabit hic Deus, quod vitæ necessarium est, (plus vero cum Sapiente peti non debet) postea in omnia ipsius bona introibis. Quærite ergo pri-
14. mum regnum Dei, & iustitiam eius & hæc omnia adijcientur vobis. Docet vltima hac sententia Christus, qualis debeat in omni opere nostro esse intẽtio: nempe, iustitia, & regnum Dei. Atque nobiscum contractum init, *quærite vos regnum Dei,* & prouideam ego necessaria. Facit quod cum filio Pater, qui ei magno labore, & sumptu magnam acquisiuit dignitatem. Ablegat ad scholas, mandat, diligenter studeat, memor sit dignitatis suæ, non perdat tempus, neque nugis intendat: sed eis solum, per quæ in dignitate ista iuuari possit, sumptus vero, addit, ego curabo. Sic acquisiuit nobis Christus pretio sanguinis sui cœlum: vult ergo opera nostra in Ecclesiæ schola eo dirigi, & vt studeamus iustitiæ, id est, virtutibus, per quas in cœlum promouemur. Habet ferme quodque huius sententiæ verbum, suam emphasim. Primò. *Quærite.* Non dicit angustiamini, neque enim vel pro regno cœlorum nos angustiari vult Christus. & Apostolus ait *Nihil solliciti sitis.* Id est, non angustiemini. Is verè angustiatus quærit, qui metuit se post adhibitam omnem operam, adhuc frustrandum. Nos vero spe certi, & virtutibus securi sumus. O quietem piorum! qui neque de temporalibus, neque de æternis solliciti sunt. Illa sollicitudinem filij Dei non merentur, hæc vero liberalitas Dei sine angustia dabit. Dicit ergo *quærite,* id est, advigilate vt per virtutes, & Sacramenta obtineatis. *Secundo, Primum.* Id est, ante omnia; vt præ omnibus regnum Dei intendatis, eo omnia; ipsum vero, ad nullum aliud referatis. qui pro diuitijs, aut commodo Ecclesiastici fiunt, aut bonum faciunt spe temporalis lucri, non quærunt regnum Dei *primum.* Quære beneficia Ecclesiastica, vt Deo seruias commodius, victum lucrare, vt honeste vitam cum Deo transigas. Potest & *primum* significare, vt primum opus diei sit quærere Dei regnum, orare, sacrum audire, Deo omnia diei opera mente offerre. Potest tamen casu necessitatis temporale fieri ante spirituale, sed debet interim ad spirituale ordinari.

Simile. — *Quærite.* — *Ad Philipp. 4. 6.* — *Primum.*

Tertio,

Tertio, Regnum Dei. Non dixit cœlum, quia hoc à nobis distat, & incognitum est: sed regnum Dei. Quid sit Regnum nouimus nempe suprema inter homines dignitas, quam si in terris sperares, nec labori parceres, nec sumptui. Regnum Dei vero multo nobilius est, ideoque sine mensura sperari potest. Qui in aliqua re finem sibi ponit, media quidem, & sumptus, & laborem cum mensura adhibet; ipsum vero finem non mensurat. v. g. vt sanus fias, medicina vteris mensurate, id est, nec excedis, nec deficis: sanitatem vero nullus mensurat. Item si domum ædificas, sumptus sunt mensurati, & lapides, ligna, calx, sub mensura emitur, commoditas vero, quæ ex domo speratur, mensuram non habet. Similiter finis noster, & quidem vltimus, cœlum est, hoc sine mensurâ peti, & quæri potest, reliqua vero, quia media sunt mensurata esse debent; mensuratæ diuitiæ, mensuratus honor, mensurata commoda, id est, sic temperata vt ad finem, qui est regnũ Dei, vtilia sint. Quæres. An non debeamus *primum*, quærere honorem, Dei quia in oratione Dominica primo petimus, *sanctificetur nomen tuum dein adueniat regnum tuum.* Respondeo. *Primo,* Ante & super omnia quærendã esse Dei gloriam, sed in his quæ nobis quærimus, primum est regnum Dei. *Secundo:* Quærere nos Dei gloriam dũ regnũ eius quærimus; salute enim animarũ gloria eius maxime propagatur. *Quarto,* Et *iustitiam eius.* Iustitia Dei quã iubemur quærere, duplex est *prima* Interior, in anima iustorum, qua lauatur anima à peccatis, & hæc est gratia Dei, per Spiritũ sanctum infusa, quę ex inimicis Dei filios facit, animã mundans ab omni iniquitate. hæc pœnitentia quæritur, & in Sacramentali absolutione inuenitur, Eucharistia vero & alijs Sacramẽtis, ac bonis operibᵘ augetur. etsi enim absolutio peccata dimittat, nõ tamẽ ita sanaris, quin aliqui maneant defectus, peccata venialia, obligatio satisfactionis; neque enim pœnã Deus cũ culpa simul remittit semper. Vnde distinxit Dauid hæc duo *qui propitiatur omnib. iniquitatibus tuis, qui sanat oẽs infirmitates tuas.* & S. Ioannes, *qui iustus est iustificetur adhuc.* Altera iustitia consistit in operibus, de qua Christus *Attẽdite ne iustitiã vestrã faciatis corã hominib:* & S. Ioan. *qui facit iustitiam iustus est.* Vocatur autem hæc iustitia Dei, quia

Regnũ Dei.

Similit.

Quæstiuncula.

Responsio.

Et iustitiam: Duplex iustitia.

1.

Psal. 102. 3.

Apoc. 22. 11.

2.

Matth. 6. 1.

1. Io. 3. 7.

ex Christi meritis est, quod eam habeamus, eaque mereamur.
Ad duo hæc iustitiæ genera, monet nos Christus, quia sunt
viæ regiæ ad regnum Dei. Iustitia interior pignus est, & arrha:
iustitia vero operum, hanc auget, & gloriam meretur maio-
Et omnia. rem. *Quinto, Et omnia hæc.* Christus de temporalibꝰ cōtemptim
loquitur. Tu ea veluti idola adoras, Christus vero nec ho-
nesto nomine dignatur dicens, *Omnia hæc* quemadmodum
Adijcientur. nos dicimus has nugas vel hæc impedimenta. *Sexto, Adijcien-*
tur vobis. Et hoc contemptus est: neque enim pretiosa adijci-
mus, sed vilia v.g. frustum panis, vel ossis canibus, sic ergo
Cur multi etiam pij & diligentes pauperes sunt. temporalia adijciet Deus. Quæri temporalia possunt, sed
quatenus spiritualibus seruiunt, quod cum facis, dabit ea tibi
Deus. Discis hinc, cur multi etiam pij, & diligentes inopia la-
borent. Fit enim imo ex his tribus defectibus. *Primus est,*
Causa 1. Multi non quærunt regnū Dei. Non quærunt *primùm regnum Dei:* Quia *primo,* nō purè omnes
actus suos in Deum referunt, sed pecuniam sæpe præ Deo
1. quærunt. *Secundo,* Rarius de Deo cogitant, cum tamē debeat
2. id quotidie fieri. *Tertio,* Nihil in pauperes erogant, vt horum
3. ministerio deferantur ipsorū bona in cœlū adeoque paruum
Causa 2. Multi non quærunt iustitiam Dei, sed lucrum modis iniustis. dant indicium quod regnum Dei quærant. *Secundus,* Non
quærunt *iustitiam Dei,* sed lucrum modis etiam iniustis. *Primo,*
quidam ex peccatis; vt meretrices, iniqui Iudices, Procurato-
res, Aduocati, & similes. *Secundo,* quidam ex his qui lucrum
facere non possunt, vt Simoniaci, & Giezitæ, aut qui Eccle-
1. siasticis bonis vtuntur ad negotiationem. Qualis fuit frater
2. Abbatis ad S. Pantaleonem Coloniæ, qui, vt refert Cæsarius,
Exemplū. exercens negotiationem, cum bonis Conuentus, sibi à fratre
L.3.cap.6.& 36. datis, quotidie deficiebat fiebatque pauperior: redditis vero
Epist.2. in fine. Conuentui bonis, ditatus est. Non possunt bona pauperum
negotiari, & qui ea (ait Bernardus) pauperibus non dat, sacri-
3. legium facit. *Tertio,* quidam per iniustitiam. Vt *primo,* qui mu-
Qui iniustè lucrentur. nera accipiunt, vt faciant quod ex officio facere debent. *Se-*
1. *cundo,* qui non soluunt debita. *Tertio,* qui accipiunt, occultant,
2. dilapidantur aliena; aut quomodocunque furantur. Maior
3. hominum numerus virtutem negligit, quærit temporalia, si
de frequenti confessione, aut communione loquaris, excu-
sant, se prætextu negotiorum sæcularium. Primo temporalia
quærunt,

quærunt, & dein cum vacat eis *regnum Dei*. Deus ipsorũ opportunitatem exspectare debet. *Tertius*, Diuitiæ non sunt omnibus æque vtiles; quidam enim abuterentur, vnde talibus non adijcerentur adiumẽta, sed obijcerentur impedimenta. Quibusdam magnas diuitias adijcit Deus, vt bene vtantur v. g. Dauidi qui Templum exstrui iussit, & Helenæ Imperatrici quæ 72. Monasteria ædificauit. Plurimis mediocritas salutarior est, vnde & Salomon orabat. *Diuitias, & mendicitatẽ ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria: ne forte* satiatus alliciar ad negandum, & dicam, Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei. Sunt quibus paupertas vtilior est, & mendicitas, vt Lazari instar per patientiam mereantur gloriam. Maior est patientiæ virtus, quam eleemosynæ, neque eam in extrema etiam paupertate negabit tibi Deus. Confide ergo Patri tuo cœlesti, qui spopondit quod non deseret te, fac bonum, quære Dei regnum, diligenter administra quod tuum est, de cætero agat Deus; scit enim quibus medijs saluare te velit. Causa 3.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, fidelissime magister noster, qui magni consilij Angelus existens, prudenter nos admodum docuisti dæmonis seruitium, simul ac diuitiarum posthabere; vtpote cum seruitoribus suis misere imponant, nihilq; aliud secum adferant, quam curas, molestias, ærumnas: præterquam quod ingenti labore, ac non exigua temporis iactura acquiri debeant. Quin potius auctor ac suasor nobis es, vt benè operantes, Deo famulemur, illiq; fidamus, ac firmiter adhærescamus. Quippe qui sectatoribus suis temporalia largitur, animi tranquillitatem conciliat, ac tandem regni cœlestis hæreditate eosdem beat. Nos vero miseri homunciones, ac modicæ fidei tam sumus pro temporalibus solliciti, vt spiritalia relinquamus, quo ijs potiamur. Et licet varijs nos rationibus ab anxia rerum temporalium sollicitudine reuocare coneris, adeo tamen sumus debiles, vt semper in eundem sollicitudinis nimiæ scopulum incidamus. Ea propter demisse rogamus te, doce nos recte intelligere, comprehendere, adeoq; & perficere quæ nos doces: cupiendo nobis omnem auaritiæ cupiditatem, diuitiarumq; acquirendarum desiderium; exci-

tandoq; in nobis sinceram erga te fiduciam, quatenus paternæ tuæ prouidentiæ firmiter confidamus. Noli quoq; nos in necessitatibus nostris deserere, sed iuues nos ante omnia honorem tuum propagare, regnum cœleste desiderare, atq; in omni virtutum studio profectum agere. Largire etiam gratiam, vt quidquid mundanum est despiciamus: & quos placet ad perfectionis scholam, in monastico aliquo vitæ genere vocare, ijs peculiare quoddam robur confer, quatenus temporalia omnia spernant, atq; in voluntaria paupertate alacriter te sequantur. Omnibus deniq; Christi fidelibus diuinum tuum infunde amorem, vt te diligant, diabolum eiusq; satellites fugiant, nihilq; in omnibus suis actionibus cogitationibusq; præterquam te, ac regnum tuum cœleste requirant, per te Iesu Christe qui viuis ac regnas cum Patre ac Spiritu sancto, Amen.

DOMI-

DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Luc. 7.

IBat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cùm vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes: Quia Propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.

Breuis Euangelij Exegesis.

CVm Dominus habitaret Caphernai in terra Galilææ, solet frequēter nunc huc, nunc illuc in vicos & vrbes vicinas, ad Euangelij annuntiationem, digredi, & propter miraculorum, quæ quotidie faciebat, multitudinem aderat ei perpetua hominum turba audientium eum, & sanari volentium. Contigit ergo [illegible] Naim vrbem Caphernao vicinā, cum Apostolis,

lis, Discipulis, aliaque hominum turba iret, & cum appropinquaret portæ obuium habet ex improuiso. funus, ita ordināte Dei prouidentia, quo miraculum hominibus inexpectatū videretur maius. Solent Iudæi cadauera extra vrbem in montibus sæpelire & speluncis; tum, ne iuxta legis præscriptum contactu ossium pollucrentur; tum, quia mors, antequam à Christo vinceretur, terribilis erat, nec ianua ad vitam. Mortuus porro de quo hic, diuitem videtur habuisse matrem, quia sequebatur eum turba copiosa, quod ipsum quoque disposuit Deus, vt inspiciente duplici turba miraculum tanto foret celebrius. Mater funus comitata, amare flebat: erat enim vidua, & mortuus fuerat ei vnicus, adolescens, solatium matris, & auxilium. Videns eius lachrymas, & lachrymandi causas Christus misericordia motus est: erat enim natura misericors, nec sine cōpassione sustinebat tristium lachrymas. Neque interior ei misericordia suffecit, sed consolatus eam, dixit, noli flere, præsto erit tibi à me auxilium: eoque dicto, re ipsa statim illud præstitit. Docens, quomodo si proximum videamus afflictum, primo ei ex animo condolere, dein verbis eum consolari, tertio si possumus etiam re ipsa per eleemosynam, aut aliud officium iuuare debeamus. Sic Christus etsi alias neminem suscitarit, nisi rogatus; hic tamen, id ex sola præstat commiseratione, accedit loculum, eumque manu tetigit. *Subsistunt* qui portabant loculum, innotuerant enim eis alia Christi miracula: stabant suspensi expectatione rei futuræ omnes. Interea Christus magna authoritate, vtpote vitæ & mortis Dominus, alloquitur mortuum. *Adolescens tibi dico: surge.* Prophetæ olim, vt Helias & Helisæus, mor-

Quomodo homo se debeat gerere erga proximum afflictum.
1.
2.
3.

mortuos suscitaturi orabant, eisq; supersternebantur, eo quod nō facerent miracula virtute propria, Christus vero, quia dator omniū, & dominus nō orauit. Surrexit vi verborū adolescens, loquebatur, & de loculo desiliens, prostrauit se citra dubiū excitatoris sui pedibus, eumq; sequi voluit, tanquā ei proprius à quo vitam acceperat. Christus tamē reddidit eū matri in solatiū, & annuntiationē Diuinæ maiestatis, eorumq; quę in alia vita vidisset. Viso hoc miraculo stupuerūt, & attoniti sunt omnes, gratias agētes Deo, & duo dicentes. *Vnū* est *Propheta magnus surrexit in nobis*, id est *Primo*. Nunquā tātus fuit Propheta, qui tali modo miracula fecit. *Secūdo*. Hic est Propheta magnus, de quo prædixit Moyses. *Alterum* est *Deus visitauit plebē suam*, id est, *Primo*. Longum iam tempus est, quod nullū vidimus Prophetam, & Deus nos visus sit neglexisse, nunc vero misit nobis Prophetā hunc magnū. *Secūdo*. Deus ipse visitat nos, adimplens, Patribus factā ante tot annos promissionē, de mittendo Messia. Effluxerat enim iā tēpus Messię aduētus, & pij præcipue aduentū eius desiderabant.

Differentia inter Christum mortuos suscitantem & Prophetas.

Duo dixerunt turbæ viso hoc miracul. 1. 2.

Deus visitauit, &c. habet duplicē sensum. 1. 2.

Documenta Concionis decimæquintæ.

IBat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim. Nota nunquam quieuisse Dominū; noctu enim orabat, interdiu animas lucrabatur: sciens nec diabolum quiescere, quærentem quæ deuoret. Docet vero, vt tēpore bene vtamur, quia & pretiosum est, & reddenda de eo erit exacta ratio. Non perditur honesta recreatione, vel ambulatione tempus, quæ ad hoc instituitur vt postea Deo aptius seruiatur, sed *Primo*. Quum peccatis impenditur. *Secundo*. Cum otio. *Tertio*. Cum recreationi nimiæ. *Quarto*. Cum recreationi, quæ ad Deū non refertur, & animæ salutē. Vna est inter pręcipuas damnatorum pœnas, de inutili tempo-

Optima est habenda ratio temporis, quod perditur 4. modis. 1. 2. 3. 4.

temporis perditione, cuius si vel vnã impetrarent horã, Deo gratias, & magnam pœnitentiam agerent. Cogita subtrahendum tibi illud aliquando, & vtere dum potes, fiet enim cum optabis quidem, sed non concedetur. Frequens peccandi occasio est, ex neglectu temporis. Lapsus est in adulteriũ & homicidum Dauid, cum missis ad expeditionem militibus, ipse otiabatur. Multos vides vt tempore bene vtantur, valde sollicitos: tu verò securus es nec peccati occasiones declinas. Multi te condemnabunt Gentilium, qui etsi errarint, otium tamẽ dãnarunt. Idq; hac discas parabola. Misit Dominus quidam, duos seruos, vt certa die vrbem ingrediãtur. vni nota erat via, alteri non, hic nunquam quiescebat, sed continuo cursu fatigabatur, vrbem tamen nõ introijt; ille vero præsumens de sua sciẽtia, ad tabernam diuertit, inebriatusq; obdormiuit, ac postea euigilans solẽ vidit occumbere, nec potuit vrbẽ ingredi. hic certe maiores quam alter meretur pœnas; etsi enim & ille culpabilis sit, quod nõ omni studio de via quæsierit, minus tamen offendit, quod citato cursu viam tenuerit, quam putabat rectam. Putabant Gẽtiles Philosophi se recta ingredi, sed errarunt sine fide. Nos vero viam scimus, sed in voluptatibus & peccatis quiescimus. Ideo dixit Christus, quod *seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis; qui autem nõ cognouit & fecit digna plagis, vabulabit paucis.* Vide ergo, vt tempus doctrinis, & operibus impendas tibi in Ecclesia propositis.

2. Reg. 11. 2.

Parabola qua doccmur tẽpus bene impendere.

Luc. 12. 47.

Et ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Quocunq; pergeret Christus magna eum sequebatur hominũ turba, nonnunquam nouem, vel decem millium, sic cum bis eos cibauit in deserto numerata sunt semel quatuor, & alias quinq; virorum millia, exceptis fœminis, & paruulis; quorum non minor fuit copia. Erat enim doctrina eius benigna, & efficax quæ omnes ad se alliciebat sicuti odor *cadaueris* vt Christus ait *aquilas* vel coruos. In signum multitudinis ad Ecclesiam conuertendę, & vt Sponsa loquitur, cursuræ *in odorem vnguentorum eius.* iuxta illud Isaiæ, *Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi,* &c. quasi dicat, ex omni regionę mundi ad Christum multi confluent.

Matt. 14. & 15.

Mat. 24. c. 28

Cur multi sequerẽtur Christum.

Cant. 1. 4.

Turbæ sequentes Christum erãt signũ prognostic um.

Isaia 60. 4.

Notan-

Notandum tamē & cum mortuo esse turbam multam, ita vt fiant duæ turbæ, vna sequens Christum in vrbem, altera cū funere vrbem egrediens; quæ figurare possunt, Ecclesiam cū duce suo Christo, & Ecclesiæ aduersarios cadauer sequentes, qui præcipue hæretici sunt, sub duce suo, cuius insigniuntur nomine Ecclesiam oppugnātes; nam quod & horum magna sit turba Ioannes dixit. *Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit*, id est, multos ideo sectatores habent, & auditores; quia carnales cū sint, carnalia & quæ mundi sunt docent. Potes tamen magnum vtriusq; turbæ discrimen, ex præsenti Euangelio notare *Primo*. Turbæ quæ Christum sequitur antecessor, & dux Christus est; hunc in Ecclesia sequimur, cū in Processionibus sequimur Eucharistiam, & vexillum eius quod Crux est, & Vicarios eius, quibus dixit, *qui vos audit, me audit*: hunc adimus pro peccatorum remissione in Sacramento Pœnitentiæ, & pro audiendo puro Dei verbo. Altera turba Christum non habet, sed sequitur cadauer, quod hæreticorū ministrorum typum gerit, qui mortuorum instar baiulantur à passionibus suis, vt, relunctante etiam cōscientia, plebē extra Ecclesiæ Catholicæ vrbem deducant. Nominat hos S. Iudas. *Primo, Arbores autumnales*, quæ instante autumno florent, ac ab hyeme vicina impediūtur, ne fructificent. *Secundo, Steriles*, quę non nisi malos habent fructus, arida nimirum folia. *Tertio, Bis mortuas*, id est, perfectè emortuas, quibus nulla superest vitę spes. *Quarto, Eradicatas*, quia ex terra humorē non trahunt. Tales vero hæreticorum ministri sunt, qui verbis fucatis quietē promittunt, conscientiæ; & doctrinā suam, corrasis Scripturæ frustis quasi floribus ornāt; sed sine omni soliditate. *fontes*, sunt quos qui à longe videt, refrigerium sperat, sed *sine aqua*: pluuiā promittunt, sed nebulæ sunt *quibus caligo tenebrarum reseruatur*. *Bis*, id est, perfectè mortui sunt, & per obdurationem in peccato proprio, & per aliorum peccata quorum fuerunt authores. *Eradicati* sunt, ex agro Ecclesiæ, quia nec meritorum, nec suffragiorum participes sunt: Diabolo, quem Scriptura mortē vocat, traditi, ab eo reguntur. Hęresiarchæ vt Arrius, Macedonius, Nestorius, Lutherus, Caluinus, quorū sectatores ab ipsis dicūtur Ariani, Macedoniani, &c. *bis mortui* sunt; quia corpore mortui

Nota hic esse 2. turbas, vnam sequentem Christum, alterā cum funere.

1. Ioan. 4. 5.

Magna differentia inter has 2. turbas.

Differentia prima.

Discrimen Ecclesiæ ab hæreticis.

Luc. 10. 16.

Quando sequamur Christū & adeamus.

Hæreticos variè nominat Apostolus Iudas.

1. 2. 3.

4.

2. Pet. 2. v. 17

mortui,& anima hæc enim in æterna morte,quæ in Scriptura vocatur *mors secunda*,iam torquetur; illud vero post iudicium quoq; torquebitur.Hi sunt hæreticorum duces,quos fuge ne inuoluat te *mors secunda*.neque (vt Ieremias monet) *hostes tui te deuorent.*

de qua Apoc. 20.6. Ierem. 50.7.

Differentia secunda.

Secundum discrimen est. Quod in his qui Christum sequuntur Apostoli sunt,& turbam præcedunt, in alijs ciues tantum sæculares,id est,in Ecclesia originem nostram ab Apostolis vsq; deducimus;nemo enim fuit vnquam in Catholica Sacerdos, vel Episcopus,qui non fuerit ab alio Episcopo ordinatus, & hic vicissim ab alio,donec ad Apostolos, quos Christus ordinauit,perueniatur. Sicuti enim in Lege veteri,nemo fuit Sacerdos qui nõ ab Aaron descenderit; sic & in Lege noua,nemo est quin ab Apostolis ordinetur. Non seruant hoc hæretici,quorum Concionatores nec cõsecrantur, nec legitime per Ecclesiasticos Superiores ad officium promouentur.

Differentia tertia.

Tertium discrimen est. Quod sequentium Christum numerus fuerit multo maior,nempe,vt supra dixim⁹,aliquot millium. alter vero multo minor,neq; solent funera tantos habere comitatus.Ecclesiæ cõmunio vincit singularum hæresum multitudinẽ. Vocatur enim *Catholica*,id est, *vniuersalis* quia diffusa per orbem vniuersum,hæreses vero partes habẽt, quia statim in plures sectas discedunt.Habet Ecclesia Catholica numerũ, & seriem longã à nobis ad Christum vsq;:hęretici vero in suis sistunt hæresiarchis,in Caluino,Caluiniani,Luthero,Lutherani,&c.ante quos nemo alius; eiusdem per omnia sententię in rebus fidei inuenitur. Serua ergo vnitatem Ecclesiæ, extra quam nec salus,nec quies est cõscientiæ,nec peccati remissio, nec vllum animi bonum.In hac vero neq; quiescere oportet,

Vera Ecclesia quõ Catholica seu vniuersalis.

Quid faciẽdum ijs qui sunt in vera Ecclesia.

1. neq; regredi.sed *Primo* sequere quam potes proxime Christũ, hunc tibi in rebus,& verbis omnibus propone.si quid aggrederis,cogita quomodo illud fecerit Christus,aut fecisset;hoc
2. imitare,& non errabis. *Secundo* Apostolorum & Sanctorum insiste vestigijs,qui nobis exemplum viuẽdi dederunt,cogita quomodo se in cibo,potu,veste,caussa matrimoniali,prosperis,& aduersis,emtione,&venditione,opificijs,officijs,alijsq; operib⁹habuerunt;hos enim si imitaris vita,sequêris in gloria

Tertio.

Tertio. Mandata, & cõsilia Superiorũ sequere, in his in quibus præsunt; præcipuè vero Superiorum Spiritualium, Doctorũ, & Confessariorũ: hi enim tibi instar Apostolorum sunt, & vitã Christi docent, noli eos negligere. habent enim supremam totius mundi dignitatẽ, manus eorũ Filiũ Dei portant, lingua cęli clauis est, pectus vero hierotheca corporis Christi. Ita vt intuitu dignitatis huius, noluerit Angelus à Ioãne adorari dicens. *Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum*, &c. Et licet Sacerdos indoctus, simplex, imo malus fuerit; noli tamen contemnere, sed cogita Israelitas etiam *asino* Christũ vehenti *vestes substrauisse* non tam attendentes vilitatem portãtis, quam dignitatem sedentis. Nos quoque Sacerdotes etsi ex nobis nihil habeamus honore dignum; honorare tamẽ debemus nostrum officium, & attẽdere, qui sumus; nempe, Christo proximi, Laicorũ præcessores. Viuamus ergo, vt cũ Apostolo dicere possimus, *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*. adhæreat cor nostrum, soli Christo, reiectis omnibus quę de mundo sunt. Melchisedech summus Sacerdos, *Rex erat sine patre*, vt Apostolus ait, *& sine matre* vt nos, qui Sacerdotes summ⁹ digniores, & Reges, quorũ nutu animę soluuntur, supra omnes mundi Imperatores, & Principes de carne & sanguine nõ cogitem⁹, proposita solum futuræ vitæ gloria. Ita fiet, vt vitã nostrã, & doctrinam sequatur populus; sicuti apud Ezechielem, rotæ, sequebantur quatuor animalia; & currus, eiusque sessores, equos.

3. Honorandi sunt superiores maximè spirituales etiã indocti & mali. *Apoc. 22. 9. Matth. 21.* *1. Cor. 4. 16.* *Heb. 6. 3.*

Cum autẽ appropinquaret portæ ciuitatis, ecce, defunctus efferebatur. *Nota* salutarẽ esse Christi accessum, multaq; parere bona. accessit duos energumenos, in terra Gerasenorũ, & liberati sunt, accessit ad mare, vbi piscabantur Petrus, Andreas, Iacobus, & Ioannes; ad teloneum, vbi sedebat Matthęus, & ex eis fecit Apostolos; accessit ad piscinã probaticã, & sanauit paraliticum; ad cæcos, & illuminauit eos. Cũ venerabile Sacramentũ ædes tuas præterfertur, siue in Processione, siue ad infirmos; pręcipue cũ ad ædes tuas defertur, ora Christũ, vt tibi tuisq; benedicat, & ante omnia cũ ipse illud suscipis, nec dubita quin peculiare aliquid, modo sis dispositus, impetrabis. *Secũdo*. Quod Christus hic inexpectatus adueniat, & mortuũ suscitet, efferebatur ille ad sepulturã, nec iam aliud aliquid quisquã cogitabat,

Matth. 8. Nota hic primò salutarem, esse Christi accessum. *Matt. 4. & 9. Ioan. 5. Ioan. 9. Matth. 20. Luc. 18.* Quando Christus venit ad nos. Nota secũdò, quod Christus inexspectatus huc aduenerit.

te, crepuit, & effudit viscera. Iulianus Apostata meditat⁹ Christianorum persecutionem, post reditum suum è Persia, illic extinctus est, & vt Nazianz. [b] dicit cadauer terra absorbuit. [c] Valens Arianus Constantinopolim perdere volens, dũ contra Gothos pugnat, victus, & viuus in tugurio exustus est. [d] Zeno hęreticus Catholicos persequens, epilepsiam incidit, & viuus sepelitur. Hunericus Arianus Wandalorũ in Africa Rex de Catholicis triumphum sperans, à diabolo obsessus, teste [e] Turonense, & à vermibus (teste [f] Victore) extinctus est. [g] Anastasius Eutychianus Imperator, dum Iustini, Iustiniani, aliorumq; nobilium Catholicorum mortẽ machinatur, fulmine occiditur. Et nostro sęculo Lutherus, 18. Febru. an. 1546. postquã bene cœnasset sperans se breui Wittenbergã rediturum, à diabolo noctu Islebij, vbi & natus erat, strãgulatus est. Idem Oecolampadio factũ, & Bucero, Carolstadio ac alijs. Agebat cum Beza Caluinus quomodo Galliam totam concuterent, & oppressus varijs morbis, colica, podagra dysenteria, capitis, ac stomachi doloribus tãdem à pediculis, instar Herodis, extinctus est anno 1564. 19. Maij. Caue à talibus Dei percussionibus, vere enim est patiens redditor, sed terribilis. *Nota Tertio.* Olim homines mortem multum timuisse; ideoq; à cadaverib⁹ se expediebant. Romani rogo, Iudæi deportatione extra vrbem in montes, speluncas, solitudines, alij vero alijs vtebãtur modis, nec sine caussa. Erat enim Gentilibus mors summum malum, quod omnia auferebat; nihil boni inchoabat; sed æternas pœnas. Iudæis vero pijs, & qui credebant resurrectionẽ, non erat quidem æque terribilis, tamen quia tollebat bona omnia præsentis vitæ, quibus veteris Testamẽti promissiones constabant, & quia animabus non aperiebat cœlum, sed limbum; habebat cur timeretur, tam à pijs qui (vt in Exechia patet) petebant à Deo longęuitatem; quã ab impijs quibus nulla erat alicuius post mortẽ boni spes. Propter hæc ergo mortis quoq; memoria eis erat amara. Nobis vero Christianis mors nõ terrori, sed amori esse debet: est enim vere nobis porta & initium salutis, omnisq; boni. Quemadmodũ ergo non tristareris, sed gauderes de extructione portę, per quã Rex coronandus, esses trãsiturus: sic lętari debes de mortis vicinitate, quia

[b] *Oratione in Athan.*
[c] *Ruff. l. 11. c. 13. Socrat. li. 4. c. 31.*
[d] *Euang. li. 3. c. 29.*
[e] *Lib. 2. hist. Franc. c. 3.*
[f] *L. 3. in fine.*
[g] *Zonar. p. 3. Annal.*
Act. 12. 23.

Nota tertio quod cadauer exportauerint extra vrbẽ. Iudæis & Gentilibus mors amara.

Christianus debet amare mortem. Ostenditur simili.

quia porta est ad cœli regnum, ac de ea frequenter cum gaudio meditari. Monet hoc Apostolus *Gaudete in Domino semper iterum dico gaudete. Dominus enim prope est.* id est, mors quæ ad Dominum ducit. Christus quoque cum de signis extremi temporis loqueretur. *His, ait, fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra; quia appropinquat redemtio vestra,* tempus scilicet discedendi, ex hoc mundo. De eodem gaudio loquitur etiam Sanct. Petrus. *Credentes exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata reportantes finem fidei vestræ salutem animarum.* Quasi dicat, lætitia quam ex recordatione instantis salutis accipiunt pij, explicari non potest. est enim magna, & gloriosa quia à Spiritu Sanct. animabus infunditur, quas gratia sua illuminat, & dulcedine replet. Lætitiam hanc non omnes sentiunt, sed amici Dei, qui hic laborant, & onerati sunt (vti significauit Christus, cum eam vocat *redemtionem*) quique nihil hic præter doloris materiam vident, quocunque se vertant. Suprà, cœlum est à quo tam diu absunt exclamantes *Heu mihi* cum Dauide *quia incolatus meus prolongatus est.* ibidem Deus est peccatis offensus, in terra nihil præter malitiam: *totus* enim *mundus in maligno positus est.* tam per infidelitatem, quam per alia peccata. Vnde magnus illis nascitur dolor. Inter se vident quotidie tam multos damnari, nec Gentiles tantum, & Iudæos ac hæreticos, quorum nullus saluatur: sed & malos Catholicos. In seipsis, infirmitates experiuntur, & carnis contra spiritum rebellionem, propter quam exclamat Apostolus. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Dum ergo per mortem vident se ab his omnibus expediri, ac chatissimo sponso iungi, vbi nec peccata videbunt, nec infirmitates sentient, magnam sine dubio lætitiæ caussam habent.

Ad Ph. 4. 4. Ostenditur ex varijs scripturis.

Luc. 21. 28.

1. Epist. c. 1. 9.

Qui lætentur de morte.

Luc. v. 5.

Cur lætentur.

Psal. 119. 5.

1. Ioh. 5. 19.

Rom. 7. 24.

Memini B. Ignatium Societatis nostræ fundatorem, quoties vel audiret aliquid, vel videret, ex quo ei mortis memoria ingerebatur, præ suauitate spiritus lacrymari solitum. Et vere si res examinetur bene; nihil est quo æque lætari debeamus, atque mortis memoria: quæ & mala omnia tollet, & bona conferet. Ideo in templis, & oratorijs reponuntur Martyrum reliquiæ, vt cum eas vides, eo adspires quo illi

te, crepuit, & effudit viscera. Iulianus Apostata meditat⁹ Christianorum persecutionem, post reditum suum è Persia, illic extinctus est, & vt Nazianz. [b] dicit cadauer terra absorbuit. [c] Valens Arianus Constantinopolim perdere volens, dũ contra Gothos pugnat, victus, & viuus in tugurio exustus est. [d] Zeno hereticus Catholicos persequens, epilepsiam incidit, & viuus sepelitur. Hunericus Arianus Wandalorũ in Africa Rex de Catholicis triumphum sperans, à diabolo obsessus, teste [e] Turonense, & à vermibus (teste [f] Victore) extinctus est. [g] Anastasius Eutychianus Imperator, dum Iustini, Iustiniani, aliorumq; nobilium Catholicorum mortẽ machinatur, fulmine occiditur. Et nostro sęculo Lutherus, 18. Febru. an. 1546. postquã bene cœnasset sperans se breui Wittenbergã rediturum, à diabolo noctu Islebij, vbi & natus erat, strãgulatus est. Idem Oecolampadio factũ, & Bucero, Carolstadio ac alijs. Agebat cum Beza Caluinus quomodo Galliam totam concuterent, & oppressus varijs morbis, colica, podagra dysenteria, capitis, ac stomachi doloribus tãdem à pediculis, instar Herodis, extinctus est anno 1564. 19. Maij. Caue à talibus Dei percussionibus, vere enim est patiens redditor, sed terribilis. *Nota Tertio.* Olim homines mortem multum timuisse; ideoq; à cadaverib⁹ se expediebant. Romani rogo, Iudæi deportatione extra vrbem in montes, speluncas, solitudines, alij vero alijs vtebãtur modis, nec sine caussa. Erat enim Gentilibus mors summum malum, quod omnia auferebat; nihil boni inchoabat; sed æternas pœnas. Iudæis vero pijs, & qui credebant resurrectionẽ, non erat quidem æque terribilis, tamen quia tollebat bona omnia præsentis vitæ, quibus veteris Testamẽti promissiones constabant, & quia animabus non aperiebat cœlum, sed limbum; habebat cur timeretur, tam à pijs qui (vt in Exechia patet) petebant à Deo longęuitatem; quã ab impijs quibus nulla erat alicuius post mortẽ boni spes. Propter hæc ergo mortis quoq; memoria eis erat amara. Nobis vero Christianis mors nõ terrori, sed amori esse debet: est enim vere nobis porta & initium salutis, omnisq; boni. Quemadmodũ ergo non tristareris, sed gauderes de extructione portę, per quã Rex coronandus, esses trãsiturus: sic lętari debes de mortis vicinitate, quia

[b] *Oratione in Athan.*
[c] *Ruff. l. 11. c. 13. Socrat. li. 4. c. 31.*
[d] *Euang. li. 3. c. 29.*
[e] *Lib. 2. hist. Franc. c. 3.*
[f] *L. 3. in fine.*
[g] *Zonar. p. 3. Annal.*
Act. 12. 23.

Nota tertio quod cadauer exportauerint extra vrbẽ. Iudæis & Gentilibus mors amara.

Christianus debet amare mortem. Ostenditur simili.

quia porta est ad cœli regnum, ac de ea frequenter cum gaudio meditari. Monet hoc Apostolus *Gaudete in Domino semper iterum dico gaudete. Dominus enim prope est.* id est, mors quæ ad Dominum ducit. Christus quoque cum de signis extremi temporis loqueretur. *His, ait, fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra; quia appropinquat redemtio vestra,* tempus scilicet discedendi, ex hoc mundo. De eodem gaudio loquitur etiam Sanct. Petrus. *Credentes exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata reportantes finem fidei vestræ salutem animarum.* Quasi dicat, lætitia quam ex recordatione instantis salutis accipiunt pij, explicari non potest. est enim magna, & gloriosa quia à Spiritu Sanct. animabus infunditur, quas gratia sua illuminat, & dulcedine replet. Lætitiam hanc non omnes sentiunt, sed amici Dei, qui hic laborant, & onerati sunt (vti significauit Christus, cum eam vocat *redemtionem*) quique nihil hic præter doloris materiam vident, quocunque se vertant. Suprà, cœlum est à quo tam diu absunt exclamantes *Heu mihi* cum Dauide *quia incolatus meus prolongatus est.* ibidem Deus est peccatis offensus, in terra nihil præter malitiam: *totus* enim *mundus in maligno positus est.* tam per infidelitatem, quam per alia peccata. Vnde magnus illis nascitur dolor. Inter se vident quotidie tam multos damnari, nec Gentiles tantum, & Iudæos ac hæreticos, quorum nullus saluatur: sed & malos Catholicos. In seipsis, infirmitates experiuntur, & carnis contra spiritum rebellionem, propter quam exclamat Apostolus. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Dum ergo per mortem vident se ab his omnibus expediri, ac charissimo sponso iungi, vbi nec peccata videbunt, nec infirmitates sentient, magnam sine dubio lætitiæ caussam habent.

Ad Ph. 4. 4. Ostenditur ex varijs scripturis. *Luc. 21. 28.* *1. Epist. c. 1. 9.* Qui lætentur de morte. *Luc. v. s.* Cur lætentur. *Psal. 119. 5.* *1. Ioh. 5. 19.* *Rom. 7. 24.*

Memini B. Ignatium Societatis nostræ fundatorem, quoties vel audiret aliquid, vel videret, ex quo ei mortis memoria ingerebatur, præ suauitate spiritus lacrymari solitum. Et vere si res examinetur bene; nihil est quo æque lætari debeamus, atque mortis memoria: quæ & mala omnia tollet, & bona conferet. Ideo in templis, & oratorijs reponuntur Martyrum reliquiæ, vt cum eas vides, eo adspires quo illi

te, crepuit, & effudit viscera. Iulianus Apostata meditat⁹ Christianorum persecutionem, post reditum suum è Persia, illic extinctus est, & vt Nazianz. [b] dicit cadauer terra absorbuit. [c] Valens Arianus Constantinopolim perdere volens, dũ contra Gothos pugnat, victus, & viuus in tugurio exustus est. [d] Zeno hęreticus Catholicos persequens, epilepsiam incidit, & viuus sepelitur. Hunericus Arianus Wandalorũ in Africa Rex de Catholicis triumphum sperans, à diabolo obsessus, teste [e] Turonense, & à vermibus (teste [f] Victore) extinctus est. [g] Anastasius Eutychianus Imperator, dum Iustini, Iustiniani, aliorumq; nobilium Catholicorum mortẽ machinatur, fulmine occiditur. Et nostro sęculo Lutherus, 18. Febru. an. 1546. postquã bene cœnasset sperans se breui Wittenbergã rediturum, à diabolo noctu Islebij, vbi & natus erat, strãgulatus est. Idem Oecolampadio factũ, & Bucero, Carolstadio ac alijs. Agebat cum Beza Caluinus quomodo Galliam totam concuterent, & oppressus varijs morbis, colica, podagra dysenteria, capitis, ac stomachi doloribus tãdem à pediculis, instar Herodis, extinctus est anno 1564. 19. Maij. Caue à talibus Dei percussionibus, vere enim est patiens redditor, sed terribilis. *Nota Tertio.* Olim homines mortem multum timuisse; ideoq; à cadaverib⁹ se expediebant. Romani rogo, Iudæi deportatione extra vrbem in montes, speluncas, solitudines, alij vero alijs vtebãtur modis, nec sine caussa. Erat enim Gentilibus mors summum malum, quod omnia auferebat; nihil boni inchoabat; sed æternas pœnas. Iudæis vero pijs, & qui credebant resurrectionẽ, non erat quidem æque terribilis, tamen quia tollebat bona omnia præsentis vitæ, quibus veteris Testamẽti promissiones constabant, & quia animabus non aperiebat cœlum, sed limbum; habebat cur timeretur, tam à pijs qui (vt in Exechia patet) petebant à Deo longęuitatem; quã ab impijs quibus nulla erat alicuius post mortẽ boni spes. Propter hæc ergo mortis quoq; memoria eis erat amara. Nobis vero Christianis mors nõ terrori, sed amori esse debet: est enim vere nobis porta & initium salutis, omnisq; boni. Quemadmodũ ergo non tristareris, sed gauderes de extructione portę, per quã Rex coronandus, esses trãsiturus: sic lętari debes de mortis vicinitate, quia

[b] *Oratione in Athan.*
[c] *Ruff. l. 11. c. 13. Socrat. li. 4. c. 31.*
[d] *Euang. li. 3. c. 29.*
[e] *Lib. 2. hist. Franc. c. 3.*
[f] *L. 3. in fine.*
[g] *Zonar. p. 3. Annal.*
Act. 12. 23.

Nota tertio quod cadauer exportauerint extra vrbẽ. Iudæis & Gentilibus mors amara.

Christianus debet amare mortem. Ostenditur simili.

quia porta est ad cœli regnum, ac de ea frequenter cum gaudio meditari. Monet hoc Apostolus *Gaudete in Domino semper iterum dico gaudete. Dominus enim prope est.* id est, mors quæ ad Dominum ducit. Christus quoque cum de signis extremi temporis loqueretur. *His, ait, fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra, quia appropinquat redemtio vestra,* tempus scilicet discedendi, ex hoc mundo. De eodem gaudio loquitur etiam Sanct. Petrus. *Credentes exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata reportantes finem fidei vestræ salutem animarum.* Quasi dicat, lætitia quam ex recordatione instantis salutis accipiunt pij, explicari non potest. est enim magna, & gloriosa quia à Spiritu Sanct. animabus infunditur, quas gratia sua illuminat, & dulcedine replet. Lætitiam hanc non omnes sentiunt, sed amici Dei, qui hic laborant, & onerati sunt (vti significauit Christus, cum eam vocat *redemtionem*) quique nihil hic præter doloris materiam vident, quocunque se vertant. Suprà, cœlum est à quo tam diu absunt exclamantes *Heu mihi* cum Dauide *quia incolatus meus prolongatus est.* ibidem Deus est peccatis offensus, in terra nihil præter malitiam: *totus* enim *mundus in maligno positus est.* tam per infidelitatem, quam per alia peccata. Vnde magnus illis nascitur dolor. Inter se vident quotidie tam multos damnari, nec Gentiles tantum, & Iudæos ac hæreticos, quorum nullus saluatur: sed & malos Catholicos. In seipsis, infirmitates experiuntur, & carnis contra spiritum rebellionem, propter quam exclamat Apostolus. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Dum ergo per mortem vident se ab his omnibus expediri, ac charissimo sponso iungi, vbi nec peccata videbunt, nec infirmitates sentient, magnam sine dubio lætitiæ caussam habent.

Ad Ph. 4. 4. Ostenditur ex varijs scripturis. *Luc. 21. 28.* *1. Epist. c. 1. 9.* Qui lætentur de morte. *Luc. v. 5.* Cur lætentur. *Psal. 119. 5.* *1. Ioh. 5. 19.* *Rom. 7. 24.*

Memini B. Ignatium Societatis nostræ fundatorem, quoties vel audiret aliquid, vel videret, ex quo ei mortis memoria ingerebatur, præ suauitate spiritus lacrymari solitum. Et vere si res examinetur bene, nihil est quo æque lætari debeamus, atque mortis memoria: quæ & mala omnia tollet, & bona conferet. Ideo in templis, & oratorijs reponuntur Martyrum reliquiæ, vt cum eas vides, eo adspires quo illi

te, crepuit, & effudit viſcera. Iulianus Apoſtata meditat⁹ Chriſtianorum perſecutionem, poſt reditum ſuum è Perſia, illic extinctus eſt, & vt Nazianz. [b] dicit cadauer terra abſorbuit. [c] Valens Arianus Conſtantinopolim perdere volens, dũ contra Gothos pugnat, victus, & viuus in tugurio exuſtus eſt. [d] Zeno hęreticus Catholicos perſequens, epilepſiam incidit, & viuus ſepelitur. Hunericus Arianus Wandalorũ in Africa Rex de Catholicis triumphum ſperans, à diabolo obſeſſus, teſte [e] Turonenſe, & à vermibus (teſte [f] Victore) extinctus eſt. [g] Anaſtaſius Eutychianus Imperator, dum Iuſtini, Iuſtiniani, aliorumq; nobilium Catholicorum mortẽ machinatur, fulmine occiditur. Et noſtro ſęculo Lutherus, 18. Febru. an. 1546. poſtquã bene cœnaſſet ſperans ſe breui Wittenbergã rediturum, à diabolo noctu Iſlebij, vbi & natus erat, ſtrãgulatus eſt. Idem Oecolampadio factũ, & Bucero, Carolſtadio ac alijs. Agebat cum Beza Caluinus quomodo Galliam totam concuterent, & oppreſſus varijs morbis, colica, podagra dyſenteria, capitis, ac ſtomachi doloribus tãdem à pediculis, inſtar Herodis, extinctus eſt anno 1564. 19. Maij. Caue à talibus Dei percuſſionibus, vere enim eſt patiens redditor, ſed terribilis. *Nota Tertio*. Olim homines mortem multum timuiſſe; ideoq; à cadauerib⁹ ſe expediebant. Romani rogo, Iudæi deportatione extra vrbem in montes, ſpeluncas, ſolitudines, alij vero alijs vtebãtur modis, nec ſine cauſſa. Erat enim Gentilibus mors ſummum malum, quod omnia auferebat; nihil boni inchoabat; ſed æternas pœnas. Iudæis vero pijs, & qui credebant reſurrectionẽ, non erat quidem æque terribilis, tamen quia tollebat bona omnia præſentis vitæ, quibus veteris Teſtamẽti promiſſiones conſtabant, & quia animabus non aperiebat cœlum, ſed limbum; habebat cur timeretur, tam à pijs qui (vt in Exechia patet) petebant à Deo longęuitatem; quã ab impijs quibus nulla erat alicuius poſt mortẽ boni ſpes. Propter hæc ergo mortis quoq; memoria eis erat amara. Nobis vero Chriſtianis mors nõ terrori, ſed amori eſſe debet: eſt enim vere nobis porta & initium ſalutis, omniſq; boni. Quemadmodũ ergo non triſtareris, ſed gauderes de extructione portę, per quã Rex coronandus, eſſes trãſiturus: ſic lętari debes de mortis vicinitate, quia

[b] *Oratione in Athan.*
[c] *Ruff. l. 11. c. 13. Socrat. li. 4. c. 31.*
[d] *Euang. li. 3. c. 29.*
[e] *Lib. 2. hiſt. Franc. c. 3.*
[f] *L. 3. in fine.*
[g] *Zonar. p. 3. Annal.*
Act. 12. 23.

Nota tertio quod cadauer exportauerint extra vrbẽ. Iudæis & Gentilibus mors amara.

Chriſtianus debet amare mortem. Oſtenditur ſimili.

quia porta est ad cœli regnum, ac de ea frequenter cum gaudio meditari. Monet hoc Apostolus *Gaudete in Domino semper iterum dico gaudete. Dominus enim prope est.* id est, mors quæ ad Dominum ducit. Christus quoque cum de signis extremi temporis loqueretur. *His*, ait, *fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra; quia appropinquat redemtio vestra*, tempus scilicet discedendi, ex hoc mundo. De eodem gaudio loquitur etiam Sanct. Petrus. *Credentes exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata reportantes finem fidei vestræ salutem animarum.* Quasi dicat, lætitia quam ex recordatione instantis salutis accipiunt pij, explicari non potest. est enim magna, & gloriosa quia à Spiritu Sanct. animabus infunditur, quas gratia sua illuminat, & dulcedine replet. Lætitiam hanc non omnes sentiunt, sed amici Dei, qui hic laborant, & onerati sunt (vti significauit Christus, cum eam vocat *redemtionem*) quique nihil hic præter doloris materiam vident, quocunque se vertant. Suprà, cœlum est à quo tam diu absunt exclamantes *Heu mihi* cum Dauide *quia incolatus meus prolongatus est.* ibidem Deus est peccatis offensus, in terra nihil præter malitiam: *totus* enim *mundus in maligno positus est.* tam per infidelitatem, quam per alia peccata. Vnde magnus illis nascitur dolor. Inter se vident quotidie tam multos damnari, nec Gentiles tantum, & Iudæos ac hæreticos, quorum nullus saluatur: sed & malos Catholicos. In seipsis, infirmitates experiuntur, & carnis contra spiritum rebellionem, propter quam exclamat Apostolus. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Dum ergo per mortem vident se ab his omnibus expediri, ac chastissimo sponso iungi, vbi nec peccata videbunt, nec infirmitates sentient, magnam sine dubio lætitiæ caussam habent.

Ad Ph. 4. 4. Ostenditur ex varijs scripturis.

Luc. 21. 28.

1. Epist. c. 1. 9.

Qui lætentur de morte.

Luc. v. s.

Cur lætentur.

Psal. 119. 5.

1. Ioh. 5. 19.

Rom. 7. 24.

Memini B. Ignatium Societatis nostræ fundatorem, quoties vel audiret aliquid, vel videret, ex quo ei mortis memoria ingerebatur, præ suauitate spiritus lacrymari solitum. Et vere si res examinetur bene, nihil est quo æque lætari debeamus, atque mortis memoria: quæ & mala omnia tollet, & bona conferet. Ideo in templis, & oratorijs reponuntur Martyrum reliquiæ, vt cum eas vides, eo adspires quo illi

mortui,& anima hæc enim in æterna morte,quæ in Scriptura vocatur *mors secunda*,iam torquetur; illud vero post iudicium quoq; torquebitur.Hi sunt hæreticorum duces,quos fuge ne inuoluat te *mors secunda*.neque (vt Ieremias monet) *hostes tui te deuorent.*

de qua Apoc. 20.6. Ierem, 50.7.

Differentia secunda.

Secundum discrimen est. Quod in his qui Christum sequuntur Apostoli sunt,& turbam præcedunt, in alijs ciues tantum sæculares,id est,in Ecclesia originem nostram ab Apostolis vsq; deducimus;nemo enim fuit vnquam in Catholica Sacerdos, vel Episcopus,qui non fuerit ab alio Episcopo ordinatus, & hic vicissim ab alio,donec ad Apostolos, quos Christus ordinauit,perueniatur. Sicuti enim in Lege veteri,nemo fuit Sacerdos qui nõ ab Aaron descenderit; sic & in Lege noua,nemo est quin ab Apostolis ordinetur. Non seruant hoc hæretici,quorum Concionatores nec cõsecrantur, nec legitime per Ecclesiasticos Superiores ad officium promouentur.

Differentia tertia.

Tertium discrimen est. Quod sequentium Christum numerus fuerit multo maior,nempe,vt supra dixim⁹,aliquot millium. alter vero multo minor,neq; solent funera tantos habere comitatus. Ecclesiæ cõmunio vincit singularum hæresum multitudinẽ. Vocatur enim *Catholica*,id est, *vniuersalis* quia diffusa per orbem vniuersum,hæreses vero partes habẽt, quia statim in plures sectas discedunt. Habet Ecclesia Catholica numerũ, & seriem longã à nobis ad Christum vsq;:hęretici vero in suis sistunt hæresiarchis,in Caluino,Caluiniani,Luthero,Lutherani,&c.ante quos nemo alius; eiusdem per omnia sententię in rebus fidei inuenitur. Serua ergo vnitatem Ecclesiæ, extra quam nec salus,nec quies est cõscientiæ,nec peccati remissio, nec vllum animi bonum. In hac vero neq; quiescere oportet,

Vera Ecclesia quõ Catholica seu vniuersalis.

Quid faciẽdum ijs qui sunt in vera Ecclesia.

1. neq; regredi.sed *Primo* sequere quam potes proxime Christũ, hunc tibi in rebus,& verbis omnibus propone,si quid aggrederis,cogita quomodo illud fecerit Christus,aut fecisset;hoc
2. imitare,& non errabis. *Secundo* Apostolorum & Sanctorum insiste vestigijs,qui nobis exemplum viuẽdi dederunt,cogita quomodo se in cibo,potu,veste,caussa matrimoniali,prosperis,& aduersis,emtione,& venditione,opificijs,officijs,alijsq; operib⁹ habuerunt;hos enim si imitaris vita,sequêris in gloria

Tertio.

Tertio. Mandata, & cōsilia Superiorū sequere, in his in quibus præsunt; præcipuè vero Superiorum Spiritualium, Doctorū, & Confessariorū: hi enim tibi instar Apostolorum sunt, & vitā Christi docent, noli eos negligere. habent enim supremam totius mundi dignitatē, manus eorū Filiū Dei portant, lingua cęli clauis est, pectus vero hierotheca corporis Christi. Ita vt intuitu dignitatis huius, noluerit Angelus à Ioāne adorari dicens. *Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum*; &c. Et licet Sacerdos indoctus, simplex, imo malus fuerit; noli tamen contemnere, sed cogita Israelitas etiam *asino* Christū vehenti *vestes substrauisse* non tam attendentes vilitatem portātis, quam dignitatem sedentis. Nos quoque Sacerdotes etsi ex nobis nihil habeamus honore dignum; honorare tamē debemus nostrum officium, & attēdere, qui sumus; nempe, Christo proximi, Laicorū præcessores. Viuāmus ergo, vt cū Apostolo dicere possimus, *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* adhæreat cor nostrum, soli Christo, reiectis omnibus quę de mundo sunt. Melchisedech summus Sacerdos, *Rex erat sine patre*, vt Apostolus ait, *& sine matre* vt nos, qui Sacerdotes summ⁹ digniores, & Reges, quorū nutu animę soluuntur, supra omnes mundi Imperatores, & Principes de carne & sanguine nō cogitem⁹, proposita solum futuræ vitæ gloria. Ita fiet, vt vitā nostrā, & doctrinam sequatur populus; sicuti apud Ezechielem, rotæ, sequebantur quatuor animalia; & currus, eiusque sessores, equos. 3.

Honorandi sunt superiores maximè spirituales etiā indocti & mali.

Apoc.22.9. Matth.21.

1.Cor.4.16.

Heb.6.3.

Cum autē appropinquaret portæ ciuitatis, ecce, defunctus efferebatur. *Nota* salutarē esse Christi accessum, multaq; parere bona. accessit duos energumenos, in terra Gerasenorū, & liberati sunt, accessit ad mare, vbi piscabantur Petrus, Andreas, Iacobus, & Ioannes; ad teloneum, vbi sedebat Matthęus, & ex eis fecit Apostolos; accessit ad piscinā probaticā, & lanauit paraliticum; ad cæcos, & illuminauit eos. Cū venerabile Sacramentū ædes tuas præterfertur, siue in Processione, siue ad infirmos; pręcipue cū ad ædes tuas defertur, ora Christū, vt tibi tuisq; benedicat, & ante omnia cū ipse illud suscipis, nec dubita quin peculiare aliquid, modo sis dispositus, impetrabis. *Secūdo.* Quod Christus hic inexpectatus adueniat, & mortuū suscitet, efferebatur ille ad sepulturā, nec iam aliud aliquid quisquā cogitabat,

Matth.8. Nota hic primò salutarem, esse Christi accessum.

Matt.4.& 9. Ioan.5. Ioan.9. Matth.20. Luc.18. Quando Christus venit ad nos.

Nota secūdò, quod Christus inexspectatus huc aduenerit.

Exempla quod Deus homini in perficiēdis peccatis occupato offert nonnunquam inopinatè media efficacia salutis.

Act. 9. v. 1.

In prato spirituali c. 78.

tabat, & ecce, præter omnium opinionem, Christus ei vitam reddit, omnesq; lætificat. Occuparis negotijs, imo & peccatis nonnunquã, laborans quod incepisti perficere; interim aliud de te cogitat Deus, siue melius, siue etiã peius. Persequebatur in Dasmascum vsq; Saulus Christianos, vt vinceret eos, & affligere:; sed prostrauit eum in itinere Deus, & in Apostolũ cõuertit ad mundi illuminationẽ. Pulcram historiam narrat Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus, quã à Ioanne Abbate Theopoli audierat in Ægypto. Adolescens quidã furto assuetus, audiuit extra vrbem sepultã esse virginem; pro temporis illius consuetudine valde ornatam. Noctu ergo sepulcrũ accedens, refodit illud, & detractis vestib⁹ cadauer nudũ reposuit cumq; vellet discedere cũ preda, subito quæ mortua erat læuã extendit, eaq; dexterã furis tenuit horribiliter cũ increpans. Cur me ô nequã denudasti? an Deum non times, eiusq; iudicium & inferni pęnas? quam reddes Christo de hac in me iniuria rationẽ? Christianus es & tãta audes? Tremuit adolescens, & deprecatus vitam, emendationẽ spõdet. Illa vero, nequaquã, ait, ita fiet: venisti huc spontaneus, non ita egredieris, manendũ hic in eodem sepulcro, & moriendum tibi, nec id subito, sed multis primo diebus torqueberis, tandẽ ad inferos damnandus. Flebat interea ille, & manantibus vbertim lacrymis, dimissionẽ orabat, iurans se nunquã simile quid tẽtaturum, sed genus vitæ mutaturũ. Tandẽ illa respondit, si liberari velis, sponde, quod non hoc peccati genus solum, sed omnia relinques, ac Monachus fies. Iurauit ille, se euestigio ita factũ; neq; ad ædes proprias reuersurũ. Tunc illa dixit. Ergo meis me vestibus, vt antea fui, indue; & quod promisisti perfice. Atq; ita se reclinauit mortuam, sicut ante. Adolescens vero ad Abbatem Ioannem, statim accessit, qui audita eius narratione, eum suscepit, totondit, ac habitu Monastico induit. Fœlix qui ex furto, factus est bonus. Non sunt hæc omnium priuilegia. Multos dum peccata volũt absoluere Deus morte punit, ac impedit. Exemplo sint Sodoma, Gomorrha, & aliæ tres vrbes regiæ. Dathan, & Abiron, quos terra absorptos in infernum demersit. Antiochus, dum Israëlitas cogitat opprimere, morbo percussus & magnis tormentis expirauit. Aman dum idem

Exempla quædã cõtraria impiorũ subitania morte interẽtorum.

Gen. 19. v. 25

Nu. 16. v. 32.

2. Mac. 9. v. 5.

Hest. 7.

idem cogitat, ſuſpenditur. Horribile eſt quod ad rem præſentem narrat Turonẽſis. Erat apud Aruernos ſanctus & doctus Epiſcopus Sidonius Apollinaris, erãt duo ibidẽ presbyteri nequã, (Iudas enim ſępe congregationi bonorũ admiſcetur) qui ſanctitati, & eleemoſynis Epiſcopi ſui inuidebant. Subtraxerunt ergo illi adminiſtrationẽ bonorũ Epiſcopalium, ac tandẽ noctu eũ choro eijcere, dum ad Matutinũ veniret, ſtatuerunt. Cum ergo ad Matutinum pulſaretur, vnus eorum ſtatim ad templũ acceſſit, alter vero prius iuit ad latrinam, ſecuturum ſe ſperans, ſed cum moram faceret, miſit prior qui eum vocarẽt, monerentq; accelerare, quod tempus pene effluxiſſet. illi vero eum inueniunt egeſtis viſceribus, expiraſſe. Atq; ita facinus iſtud impeditũ fuit, reſtitutaq; ſunt Epiſcopo ſua bona. Contigit mori Epiſcopum, & alter Sacerdotum ſuperſtes rurſus Epiſcopalium bonorum adminiſtrationem inuaſit, ac, Dominica ſequente, conuiuium magnificũ inſtruxit præcipuis ciuitatis, ſeq; velut breui futurum Epiſcopum in capite mẽſę poſuit. Omnibus porro diſcũbentibus, pincerna veniã præfatus, ait ſi placet Domine, narrabo ſomnium quod noctu vidi. Videbar eſſe in ampla regia, & poſitum illic ſolium, ſedentemq; in eo Regẽ, corã quo ſtabat venerabilis noſter Epiſcopus, cũ Sacerdote defuncto familiari tuo: eratq; inter eos magna lis, ſed tãdẽ ille tuus familiaris cauſa cadens, ad tenebroſum carcerẽ damnatus fuit, & abreptus. Querente dein Sidonio de te quoq;, ac vt vocareris petente; Iudex circumſpexit, nũ adeſſet quis qui te noſſet, ego igitur mihi metuens, poſt alios latebã, verum diſparẽtibus illis, manſi ego ſolus. vocat ergo me Iudex dicens, noli timere, ſed vade, & dic Sacerdoti illi, vt ſtatim adſit Epiſcopi ſui querelis reſponſurus, ni faciat peſſima te mors manet. Quę ne me opprimat, moneo iam te, Reuerende Domine, vt Iudicem accedas. His auditis Sacerdos qui manu ſcyphũ vini tenebat, putans bibere, ſcyphum cum ſpiritu ſimul excuſſit? Aliud intẽdebant hi duo Sacerdotes, ſed aliud de eis diſponebat De⁹. Dignitates ſibi ſpõdebãt, ſed in infernũ deiecti ſunt. iuxta illud Dauidis, *Deiecisti eos dum alleuarentur.* Similia exempla hiſtoriæ ſuppeditant. [a] Arrius cum ad templum iret illud ſuis ſectatoribus accepturus, vrgente naturæ neceſſitate, cre-

Lib. 2. hiſt. Franc. c. 23.

Pſal. 72. 18.

a Athan. epiſtol. ad Semp. Ruff. hiſt. c. 13.

te,crepuit,& effudit viscera. Iulianus Apostata meditat⁹ Christianorum persecutionem, post reditum suum è Persia, illic extinctus est,& vt Nazianz. [b] dicit cadauer terra absorbuit. [c] Valens Arianus Constantinopolim perdere volens,dū contra Gothos pugnat,victus,& viuus in tugurio exustus est. [d] Zeno hęreticus Catholicos persequens,epilepsiam incidit,& viuus sepelitur. Hunericus Arianus Wandalorū in Africa Rex de Catholicis triumphum sperans,à diabolo obsessus, teste [e] Turonense, & à vermibus (teste [f] Victore) extinctus est. [g] Anastasius Eutychianus Imperator,dum Iustini,Iustiniani, aliorumq; nobilium Catholicorum mortē machinatur,fulmine occiditur. Et nostro sęculo Lutherus,18. Febru.an.1546. postquā bene cœnasset sperans se breui Wittenbergā rediturum, à diabolo noctu Islebij,vbi & natus erat,strāgulatus est. Idem Oecolampadio factū,& Bucero,Carolstadio ac alijs. Agebat cum Beza Caluinus quomodo Galliam totam concuterent, & oppressus varijs morbis,colica,podagra dysenteria,capitis, ac stomachi doloribus tādem à pediculis,instar Herodis, extinctus est anno 1564.19. Maij. Caue à talibus Dei percussionibus,vere enim est patiens redditor,sed terribilis. *Nota Tertio.* Olim homines mortem multum timuisse; ideoq; à cadauerib⁹ se expediebant. Romani rogo, Iudæi deportatione extra vrbem in montes,speluncas,solitudines,alij vero alijs vtebātur modis,nec sine caussa. Erat enim Gentilibus mors summum malum, quod omnia auferebat;nihil boni inchoabat; sed æternas pœnas. Iudæis vero pijs,& qui credebant resurrectionē,non erat quidem æque terribilis,tamen quia tollebat bona omnia præsentis vitæ,quibus veteris Testamēti promissiones constabant, & quia animabus non aperiebat cœlum, sed limbum;habebat cur timeretur,tam à pijs qui (vt in Exechia patet) petebant à Deo longęuitatem; quā ab impijs quibus nulla erat alicuius post mortē boni spes. Propter hæc ergo mortis quoq; memoria eis erat amara. Nobis vero Christianis mors nō terrori,sed amori esse debet:est enim vere nobis porta & initium salutis, omnisq; boni. Quemadmodū ergo non tristareris,sed gauderes de extructione portę,per quā Rex coronandus,esses trāsiturus:sic lętari debes de mortis vicinitate,

quia

[b] Oratione in Athan.
[c] Ruff. l. 11. c. 13. Socrat. li. 4. c. 31.
[d] Euang. li. 3. c. 29.
[e] Lib. 2. hist. Franc. c. 3.
[f] L. 3. in fine.
[g] Zonar. p. 3. Annal.

Act. 12. 23.

Nota tertio quod cadauer exportauerint extra vrbē. Iudæis & Gentilibus mors amara.

Christianus debet amare mortem. Ostenditur simili.

quia porta est ad cœli regnum, ac de ea frequenter cum gaudio meditari. Monet hoc Apostolus *Gaudete in Domino semper iterum dico gaudete. Dominus enim prope est.* id est, mors quæ ad Dominum ducit. Christus quoque cum de signis extremi temporis loqueretur. *His, ait, fieri incipientibus respicite, & leuate capita vestra; quia appropinquat redemtio vestra,* tempus scilicet discedendi, ex hoc mundo. De eodem gaudio loquitur etiam Sanct. Petrus. *Credentes exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata reportantes finem fidei vestræ salutem animarum.* Quasi dicat, lætitia quam ex recordatione instantis salutis accipiunt pij, explicari non potest. est enim magna, & gloriosa quia à Spiritu Sanct. animabus infunditur, quas gratia sua illuminat, & dulcedine replet. Lætitiam hanc non omnes sentiunt, sed amici Dei, qui hic laborant, & onerati sunt (vti significauit Christus, cum eam vocat *redemtionem*) quique nihil hic præter doloris materiam vident, quocunque se vertant. Suprà, cœlum est à quo tam diu absunt exclamantes *Heu mihi* cum Dauide *quia incolatus meus prolongatus est.* ibidem Deus est peccatis offensus, in terra nihil præter malitiam: *totus* enim *mundus in maligno positus est.* tam per infidelitatem, quam per alia peccata. Vnde magnus illis nascitur dolor. Inter se vident quotidie tam multos damnari, nec Gentiles tantum, & Iudæos ac hæreticos, quorum nullus saluatur: sed & malos Catholicos. In seipsis, infirmitates experiuntur, & carnis contra spiritum rebellionem, propter quam exclamat Apostolus. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Dum ergo per mortem vident se ab his omnibus expediri, ac charissimo sponso iungi, vbi nec peccata videbunt, nec infirmitates sentient, magnam sine dubio lætitiæ caussam habent.

Ad Ph. 4. 4. Ostenditur ex varijs scripturis.

Luc. 21. 28.

1. Epist. c. 1. 9.

Qui lætentur de morte.

Luc. v. 5.

Cur lætentur.

Psal. 119. 5.

1. Ioh. 5. 19.

Rom. 7. 24.

Memini B. Ignatium Societatis nostræ fundatorem, quoties vel audiret aliquid, vel videret, ex quo ei mortis memoria ingerebatur, præ suauitate spiritus lacrymari solitum. Et vere si res examinetur bene, nihil est quo æque lætari debeamus, atque mortis memoria: quæ & mala omnia tollet, & bona conferet. Ideo in templis, & oratorijs reponuntur Martyrum reliquiæ, vt cum eas vides, eo adspires quo illi

peruenerunt. Ideo quoque mortui nunc in cœmiterijs, & templis ſepeliuntur oſſaque eorum in loco ponuntur publico, & cippis inſcribuntur nomina, vt cum multos videris, nobiles, diuites, pauperes etiam te iuniores præceſſiſſe breui ſecuturum te ſperes; eiſque, cum Deo placuerit, iungendum. Eſt hæc vna ratio cur mortuos non iam vt olim foris, ſed in vrbibus ac quaſi inter nos, in templis ſepeliamus, & cæmiterijs. ſunt interim aliæ quoque, nimirum, vt Sanctis, quorum ibi ſunt reliquiæ, commendati ſint, ait Auguſtinus *præterea* vt excitemur per ſepulcra, & oſſa ad orandum pro eis. *Tertio*, vt non pij tantum, ſed omnes omnino mortis frequenter meminerint. idem ſibi cogitantes, cito euenturum, quod tot vident nobilibus, potentibus, iuuenibus eueniſſe qui vitam non breuiorem ſperarant quam ipſi. Speculum eſt in quo te contempleris. Quale nunc eſt cranium hoc, & hæc oſſa quæ breui fuerant adhuc plena ſapientiæ, induſtriæ, eloquentiæ, ornatus, pulcra facie, tecta pretioſis veſtibus, talis & tu breui eris. latent enim iſta ſub carnibus tuis, quas cum vermes exederint, illis per omnia ſimilis eris. Præparare ad iſta, ſine dubio enim ita fiet. Multi multa à Deo impetrarunt priuilegia ſapientiæ, eloquentiæ, fortitudinis, miraculorum. nemo tamen à morte fuit exemtus. Mortua eſt B. Virgo, mortuus eſt ipſe Deus, noli ergo priuilegium nulli conceſſum tibi ſperare.

Cur mortuos modo ſepeliamus in vrbe.

Lib. de cur. c. 4. & 5.

Filius vnicus matris ſuæ, & hæc vidua erat. Mortuus hic adoleſcens fuit, & diues, ac diuitis matris vnicus filius, multorum bonorum poſt matris obitum ſperatus hæres. Tres Chriſtus excitauit mortuos, iuuenes omnes, & diuites nullum ſenem, vel pauperem. *Primo* [a] duodennem filiam Archiſynagogi *dein* hunc adoleſcentem *tertio* [b] Lazarum diuitem nobilem, & (vt Epiphanius[c] ait) annorum triginta. De omnibus his Eccleſia meminit in Euangelijs ac de duobus quidem ſemel dũtaxat, de hoc autem adoleſcente, bis; nempe iam, & feria 5. poſt *Lætare*. vt diſcamus, eos mori citiſſime, qui id minime arbitrabantur, quales ſunt iuuenes, & diuites. Pauperes, nihil habent à quo in hoc ſeculo detineantur; ſenes, mundus reſpuit, eorumq; mortem. ſiue propter moroſitatem, ſiue propter hæredita-

Quot & quales Chriſtus legatur excitaſſe mortuos.

a *Luc. 8. 55.*
b *Ioh. 11. 44.*
c *Hær. 66. Manich.*

ditatem, omnes optant. Propterea paupere defuncto, vel sene nullus turbatur, at si adolescens aliquis potens, vel virgo diues obierit, qui mundo apti sunt, mirantur, & turbantur omnes, ac sibi timere incipiunt. Oportebat tamen attendere, plures mori iuuenes, quam senes: quia pauciores viuunt senes, quam iuuenes, & qui cum his iam senibus fuerunt aliquando iuuenes, ante senectutem defuncti sunt. Pomo similes sunt homines, quæ flores habet multos, sed paucos fructus maturos: vel enim flores decidunt, vel fructus immaturi vento deijciuntur, vel à vermibus exeduntur, &cæt. Multæ sunt caussæ ob quas maturam ætatem multi non attingant. *Primo*, Ob peccata parentum, quę Deus filiorum nece punit, sic propter adulterium Dauidis, obijt infans ex eo natus, &, vt testatur Epiphanius, Aram obijt ante patrem suum Thare, quia Thare primus fecit idola. *Secundo*, Ob parentũ imprecationes, sicuti enim multum valet parentum benedictio, sic & maledictio, vti in Chanaã patet, qui, quia ab auo suo Noe fuit maledictus, cum omnibus posteris vocatur in Scriptura *semẽ maledictum* idem in Iudęis patet, qui propter imprecationem parentum clamantium Pilato, *Sanguis eius super nos et super filios nostros*, vsque hodie exules toto mundo errant, in perfidia obstinati.

Pauci senes. *Simile.* Variæ caussę ob quas multi ante maturam ætatem moriantur. *1. Causa.* *2. Reg. 12. v. 18* *2. Causa.* *Lib. 1. ser. 3.* *Gen. 11. v. 28.* *Gen. 9. v. 25.* *Sap. 12. v. 11.* *Mat. 27. v. 25.*

O quam parum Christiani parentes ista appendunt, quibus execrationes istæ tam sunt promtæ, perinde ac si per eas filij non deficerent, sed proficerent. Erant in Burgundiæ pago Vergiaco Episcopatus Eduensis, anno 1250. adolescẽtes duo, quorum vnum mater cum in taberna deprehendisset, excandescens ei imprecatur; faxit Deus, vt multis confossus vulneribus domum deporteris. Alteri, cum is parentem dextera percussisset imprecatur pater. faxit Deus vt hæc tibi manus præcidatur, tuque intra tertium ab hinc diem ex vicino patibulo suspendaris. Atque vtrumque vt optauerant contigit. Cum enim hi duo compotarent, exorta inter eos pugna, prior trucidatus est, & multis confossus vulneribus domum relatus; posterior cum fugientem lictores sequerentur, illis se opponit, sed præcisa manu dextra, qua gladium tenebat, captus, & ex eodem patibulo, quod pater nominarat,

 suspen-

suspensus fuit. Quantum putas parentes istos de imprecationibus suis doluisse? mater à lacrymis nunquam destitit, & grauissimam sibi à Confessario pęnitentiā iniungi petijt. *Tertiò* vt parentes in virtutib⁹ perficiātur, & à peccatis ac imperfectionibus purgentur. Amabat maximū natu filiū suum Ammon, Dauid: neq; eum de commisso in Thamar incestu corripuit. permisit ergo De⁹ mori illū, ne Dauid in peccato isto permaneret. Antequā liberos suscepisses, solebas frequentare Sacramenta; ab hac vero consuetudine, post eorū susceptionē, multum remittis, negligēter Deo seruis, liberos perdite amas: aufert ergo illos Deus, vt ad ipsum redeas, ac liberos Dei esse dona scias quos non concedit tibi, vt negligentius, sed vt feruētius ipsi seruias. scribit de Melania Hieron. quod mortuo marito, ac necdum sepulto, cum duo filij etiam morerentur, lacrymata non sit, sed in genua se prosternens dixerit, scio quid velis Domine, seruiam tibi posthac liberior, his per te exonerata. *Quarto* ob ipsa filiorum peccata, impudicitiā præsertim, impietatem, & inobedientiam.[a] Occisus est propter impudicitiam suam Iudæ Patriarchæ filius Onan. [b] propter impietatem Nadab, & Abiu filij Aaron, item [c] Ophni & Phinees filij Heli.[d] propter inobediētiam, & motā patri rebellionem Absalon. Ideo quarto præcepto longæuitatem annexuit Deus *Honora patrem & matrem vt sis longæuus super terram*, vt multos significet, non esse longæuos, quia inhonorauerunt parentes suos. Vocantur hi ex hoc mūdo misericorditer, vt minus peccent, minoresq; in inferno pœnas sustineant. si quis amicū videret, vespere ad candelam alea ludētem cum scurra, ac semper perdere, ita tamen lusui deditum, vt etiam cum præsenti omnium iactura cessare nolit, consulto faceret, si candelam extingueret: sic Deus vitæ lumen extinguit, cum emendationis spem non videt. *Quinto* vt maneant pueri in innocentia sua, nec deprauentur. Sic de Enoch (iuxta expositionem [a] Ambrosij) dixit Sapiens [b] *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet sensum eius.* Sic mortui sunt filij Iob, quibus ex conuiuiorum multitudine peccati periculum erat. Facit cum his Deus, quod cum vite sua homo, cuius pars in agro est, pars vero plateam tangit: vuas enim quæ plateas

3. Causa. | 2. Reg. 3. v. 29 | Epist. 35. ad Paulam de obitu Blesill. | 4. Causa. | a Gen. 38. 10. | b Le. 10. v. 2. | c 1. Reg. 4. 11. | d 2. Re. 18. 14. | Simile. | 5. Causa. | a Ambros. de obitu fratris & in Psalm. 40. & 45. | b Sap. 4. 11. | Iob 1. | Simile.

teas

teas spectant, adhuc immaturas decerpit, vt ex eis condimen-
tum faciat: si enim sineret eas maturescere, foris à prætereun-
tibus præcerperentur, sic pueros tollit Deus, ne diabolus,
caro, vel mundus eos præripiat. *Sexto* vt pro parentibus in *6. Causa.*
cœlis orent; sic occisi sunt ab Herode innocentes pueri, ac *Mat.2. v.16.*
martyrij palmam consecuti: etsi enim hi ante mortem Chri-
sti Deum non viderint in limbo tamen non minus orarunt,
pro parentibus, quam pro Israelitis, Ieremias. ideoque non *2. Mich. 15.*
debent tristari parentes, cum paruulos amittunt filios, acci- *14.*
piunt enim totidem in cœlis patronos. *Septimo* vt in omni æ- *7. Causa.*
tate memoremur nouissima; tam in iuuenili, quam senili: iu- *Eccle.12.v.1.*
xta illud Sapientis *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ,*
&, *Lætare ergo adolescens in iuuentute tua & scito quod pro omnibus* *Cap.11.v.9.*
his adducet te Deus in iudicium. id est, quicquid agis mortem co-
gita, & Dei iudicium: neque enim creauit nos Deus, vt in se-
nectute solum ei seruiamus, sed vt omni vita, ac præcipuè in
iuuentute, vitæ flore. Flos hic Deo magis, quam diabolo de-
betur, aut mundo. Estq; adolescentibus frequens huius rei **Cur adole-**
meditatio multum vtilis *Primo* vt impudentem suam insolen- **scentibus mortis me-**
tiam quasi freno constringant *Secundo* vt timor Dei eis perfe- **ditatio vti-**
ctius imprimatur, est enim puer chartæ mundæ similis, cui **lis.**
quicquid primo inscribitur, inhæret: si à primis annis timo- **1.**
rem Dei imbibas, atq; in eo paulatim exercearis, nemo illum **2.**
tibi vnquam eripiet, sed paulatim ad perfectionem adscẽdes, ***Simile.***
Christianæ fidei. quemadmodum non facile, eorũ, quę in pri-
ma didicisti ætate obliuisceris, sed magis in eis proficis; si ea
perpetuare velis. Et tamẽ rara est mortis apud illos meditatio, **Cur adole-**
neq; vlla sibi ratione mortis vicinitatem persuadere possunt **scentes pa-**
Primo quia breue tempus est, ex quo in mundum venerunt; **rũ de mor-**
non ergo putant se tam cito eijciendos. sed mortis ignorãt na- **te cogitẽt.** **1.**
turã, quæ ætates non respicit, tollit enim, & pueros quorum
est vnius diei vita super terram. *Secundo.* Quia suauitatem mũ- **2.**
di percipiunt, amaritudines vero animi, vel suauitatem futu-
ri sæculi non item. atque ita vitam optant, & optando spe-
rant, nec attendunt multos spe sua frustratos fuisse, ac quo-
tidie frustrari. *Tertio.* Quia respiciunt ad annos quos homo **3.**
attingere possit, & aliqui attigerunt, vt 80. 90. 100. sed cogi-

gitare debebant, maiorem multo eorum numerum, qui eo vsque non perueniunt. dein centum annos vere esse tempus exiguum, quod nobis videatur magnum, quia nos sumus exigui, sicuti pueris magnus videtur locus, quem tamen vbi adoleuerint magnum negant. Aliter de hominum vita loquuntur Scripturæ: *Numerus dierum hominum, vt multum centum anni: quasi gutta aquæ maris reputati sunt, & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui:* & Dauid: *Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum, ante te.* Id est, comparatione futuræ æternitatis, in qua non viuemus nec erimus quales hic, vitæ præsentis tempus longissimum, instar guttæ est, ad mare; aut arenæ, ad vniuersam terram comparatæ, imo nihil est: finiti enim, nulla est proportio ad infinitum. Præterea attendere oportebat, magnam vitæ partem nobis effluxisse qui enim annos 80. sperat, si iam 20. exegerit quartam exegit vitæ suæ partem; quæ sicuti breuis fuit, siquidem vix è pueris excessisti, sic & aliæ breues erunt. *Quarto.* Laborat in hoc diabolus, vt non iuuenes tantum, sed neque senes mortem sibi vicinam cogitent. Rapit ille secularium affectus, quo voluerit: propterea sicuti nunc eos ad superbiam, nunc agit ad iram, luxuriam &cæt. ita nunc ad mortis metum, nunc ad neglectum. Oratores imitatur, qui pro oportunitate lacrymas auditoribus excutiunt, vel risum. Aliquando mortis inijcit metum *Primo*, Cum filijs prouidemus de temporalibus bonis *Secundo*, Cum pro talento nobis diuinitus dato, boni aliquid sumus facturi, facit, vt metu districti iudicij ab opere supersedeamus, talentum defodientes, ac cum nequam seruo dicentes: *Domine, scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti.* *Tertio*, Cum ad desperationem homines conatur inducere, præsertim tẽpore morbi. Contra vero meditationem mortis excutit homini, cum is peccat, excitans spem, imo præsumptionem diuturnioris vitę. Deus mortẽ timeri vult, vt à peccato desistamus, ideoq; peccata magis, quam mortem vult timeri. Nã, vt rectè Chrysost. qui mortẽ timent peccatũ vero non; pueris similes sunt, quos vmbra terret, carbones vero igniti non; volũt enim eos manibus, & ore sumere, *Memorare mortẽ, et nouissima tua, & nõ peccabis.* Et

Eccl. 18. v. 8. — Ps. 38. v. 6. — 4. — Inijcit aliquando Diabolus mortis metum. — 1. — 2. — Matt. 25. 24. — 3. — Aliquando excutit. — Simile. — Eccl. 7. 40.

Et turba ciuitatis magna cum illa. Turba hæc docet viduam fuisse diuitem, ac primariam, similiter funera semper solenni ritu & cæremonijs sepulta fuisse. Damnant has hæretici nostri sola concione funebri contenti. interim vestibus, & prandijs sumtus magnos impendunt. Ecclesia semper honorifice suos sepiliuit, ac decentibus cæremonijs, partim ex Scriptura partim ex traditione Apostolica acceptis, quæ vel defuncto vtiles sunt, vel nos ad orandum pro eo, mortisque meditationem excitant. *Primo*, Cadauera lauantur, vti Tabithæ factum in Actis Apostolorum & alijs, de quibus Gregorius: vt significemus, quod sicuti corpus infertur in Ecclesiam mundum, sic & anima vt cœlum ingrediatur, munda esse debeat. quodque corpus hoc ipsum quod lauimus, postea luce noua fulgebit. *Secundo*, Adspergitur funus aqua benedicta. & Apostolorum temporibus, (vt Dionysius refert) oleo consecrato vngebatur, vt defunctus significetur fuisse Christianus, baptizatus, Dei misericordia vnctus: item vt diabolus inde fugetur, qui Christianos nonnunquam terrere solet, quod enim aqua consecrata vim magnam contra diabolum habeat Sanct. Matthæus Apostolus testis est apud S. Clementem, & post eum Sanct. Alexander Papa & Martyr. *Tertio*, Thurificamus, vt pro defuncto pias Deo preces, & ignitas charitate, ac odoras offeramus, fiatque quod Dauid ait *oratio nostra, sicut incensum in conspectu Domini.* neque enim pro defunctis negligenter, sed ardenter orandum est, adhibito bonorum operum odore. *Quartò*, Nigris induimur, & parietibus niger pannus suffigitur, vt luctum de proximi obitu testemur, cuius anima ad regionem migrauit ignotã; siue inferni, vt illic perpetuo puniatur; siue purgatorij, vt mũdetur, & perpetuæ cœlorum luci aptetur (paucorum enim animæ ab ore ad cœlum recta perueniunt.) ad quam cum eos peruenisse certo cognoscimus (vti de canonizatis certi sumus) nigra albis commutamus, eorumq; in Sacrificio gloriam vestibus vt plurimum albis celebramus. *Quintò*, Campanas mouemus, ad significandum Angelicæ tubæ sonum, de quo Apostolus, quique mortuos vocaturus est ad iudicium; sicuti campanæ sono corpus vocatur ad sepulcrum. Habet hic sonus tristitiæ speciem,

Probantur ritus sepulturæ Ecclesiasticæ.

1. Ritus. *Act. 9. 37.* *Ser. 3. dial. c. 13. & l. 4. ca. 16. & 27.*

2. Ritus. *c. 7. Eccl. hier.*

Lib. 1. constit. Apost. c. 20. *Epistol. 1.*

3. Ritus.

Psal. 140. 2.

4. Ritus.

5. Ritus. *1. Cor. 15. 52. 1. ad Thess. 4. 16.*

vt eo exciteris ad feruenter pro anima orandum (quæ in ambiguo, & periculo est, quia extremam, & æternam accipiet sententiam) vt Deus ei sit benignus iudex, neque secundum actus, & opera puniat. *Sexto*, Cantamus iuxta antiquam Ecclesiæ consuetudinem, cuius meminerunt [a] Dionys. Areop. [b] Nazianz. [c] Chrysost. [d] Hieron. & alij Doctores tũ vt laudemus Deũ, quod defuncto dederit in fide perseuerãtiam, eumq; ex hac lacrymarum valle ad se assumserit; tũ, vt defuncto peccatorum veniam impetremus. Habet quoq; cantus tristitię speciẽ, vt nos ad orationẽ excitet. *Septimo*, Lumine vtimur. cuius meminerunt Nazianz. & Hieronym. nuper citati vt significemus quod defunctus lumẽ fidei in baptismo acceptum, ad finem vsq; conseruarit: ac cũ lumine gratię hinc discesserit. dein vt eidem lumẽ gloriæ impetremus. Et quia diuites ac nobiles ordinariæ plus habent de peccatorũ tenebris, plus quoq; luminis eis adhibetur vt significentur, maiori lumine ad pellẽdas tenebras egere. Corporibus quoq; Sanctorum lumen accendimus, quia cum viuerent erant lux mundi, & iam in cęlo lucent, ideoq; eos, ait Chrysostomus quasi de diabolo triumphum agentes sepelimus. *Octauo*, Crucem panno loculi supersternimus; quia defunctus, in baptismo cruce signatus fuit, & characterem accepit indelebilem. *Nono*, Crucem præferimus funeri, quia cũ viueret in Christi castris sub crucis vexillo cõtra diabolũ militauit, oramus ergo, vt meritorum crucis iam particeps fiat. *Decimo*, Magnus hominũ numerus comitatur, vti & in præsenti Euangelio, & in sepultura Iacob Patriarchę contigit, tum vt pro anima orent, tum vt significemus iustorũ animas, ab Angelorum choris in cœlum deduci. sicuti de Lazaro legimus, quem Angeli deportarunt in sinum Abrahæ. *Vndecimo*, Sepelimus eos in locis consecratis, exemplo Iacob, Ioseph, ac fratrum eius, qui in terra promissionis sepeliri eoq; à posteris deportari voluerunt, vt Stephanus narrat; tum propter loci sanctitatem, quem sciebant à Christo inhabitandũ, & labore, sudore, ac sanguine eius benedicendum, tum vt inter fideles quiescerent, cum quibus æternam gloriam sperabant. Defunctos nos in Ecclesia sepelimus, aut cæmiterio, quia in eadem nobiscum Ecclesia adhuc sunt, participes merito-

6. Ritus. [a] *Cap. 7. cœl. Hier.* [b] *Orat. 2. in Iul.* [c] *Hom. 4. ad Habr. ser. 16. ad pop.* [d] *De Paulo Erem. Paula & Fabiola.* *7. Ritus.* *Hom. 70. ad pop.* *8. Ritus.* *9. Ritus.* *10. Ritus.* *Gen. 50. 9.* *Luc. 16. 22.* *11. Ritus.* *Act. 7. 16.*

ritorum, bonorum operum, & orationum nostrarum, nō minus quam viui, vt proin pro eis orare debeamus, ac pœnitentię opera suscipere; Corinthiorum instar, de quibus ait Apostolus quod ꝓ mortuis baptizabantur, id est, lacrymabantur, corpusq; affligebant. sic enim voce baptismi vsus aliquoties est Christus, cum passionem suam *baptismum* vocat. Corpora Sanctorum in templo sepelimus; quia animæ eorum in cœli templo sub altari, q̄ Christus est; quiescunt. *Duodecimo*, Sacrificium pro eis offerimus, sicuti Iudas duodecim millia drachmas Ierosolymam misit, pro sacrificijs mortuorum. Ita, Chrysostomo teste, docuerunt, & tradiderunt Apostoli, atque Ecclesia perpetuo cultu ad nos vsque obseruauit. vti ex antiquis Doctoribus [a] Tertulliano, [b] Cypriano [c] Augustino [d] Gregor. &c. patet. *Decimotertio*, Eleemosynas pro eis damus, Thobiam imitati. quantum vero hæ animabus ad pœnæ remissionem prosint, vel imminutionem [a] Chrysostom. [b] Ambrosius [c] Augustinus docent, & Angelus apud [d] Bedā in historia Driethelmi *Verba Augustini* sunt. Pompa funebris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturæ, monumentorum opulenta constructio, viuorum sunt qualiacunq; solatia, non adiutoria mortuorū: orationib. v. Ecclesiæ sanctæ & sacrificio salutari, & eleemosynis, quæ pro eorū spiritibus erogātur, non est dubitandū mortuos adiuuari, vt cū eis misericordius agatur à Domino, quam eorum peccata meruerunt, hoc enim à patribus traditum, vniuersa obseruat Ecclesia.

1. Cor. 15. 19. Mar. 10. 38. Apoc. 6. v. 9. 2. Mach 12. 43. Hom. 69. ad pop. Ant. Hom. 3. in ep. ad Philip. a de cor. mil. b li. 1. ep. 9. c libr. 9. conf. cap. 12. d l. 4. dial. c. 49. 55. 57. Tob. 4. a Hom. 32. in Matth. hom. 41. in epist. 1. ad Cor. b Libr. de fid. resur. c Serm. 2. de verbis Apostol. d Lib. 5. hist. Ang. c. 13.

Illud interea certum, dānatos nullis Ecclesiæ precibus, eleemosynis, sacrificijs, bonis operibus iuuari: sed magis grauari, per confusionem conscientiæ, & insultationes dæmonū; quia à viuis eis pręstatur beneficium, vt iuuentur; idq; ex bona quā de eis habent opinione, cum tamen miserrimi sint, & tales tādem ab eis qui beneficia hæc præstant, inuenientur. Certum quoq; beatorum cum Christo regnantium animas, illis operibus non iuuari; quia auxilio non egent. gaudent nihilominus vt docet Innocent. 3. Papa de opere bono præstito. In sepeliēdis ergo Catholicis adhibe cōsuetas Ecclesię cęremonias, hęreticos vero cuiuscunq; sectæ fuerint eis adiūgi ne permittas. *Primo*, Quia indigni sunt eis coniungi post mortem, quibus 1.

Ext. de cel. miss. c. 6. circ. fin.

Cur hęretici non sint sepeliendi in Ecclesijs.

cum

cum viui nullam habuerunt fidei communionẽ. & à quibus in extremo iudicio, corpore pariter & anima diuellentur prę-
4. Reg. 23. 4. cipitãdi in infernum. Iosias rex Iuda refodit ossa Pseudoprophetarum qui in eodem loco iacebant cũ Propheta Domini, eaque comburi iussit tanquam loco tali indigna, digna vero vt in inferno cum animabus arderent. *Secundo*, Quia hoc ani-
2. mabus ipsorum inutilius est, patiuntur enim maiorem San-
Libr. 4. dial. cap. 52. & 53. ctorum, quibus iungũtur, indignationem. Ideo vt refert Gregorius iubentibus Sanctis nonnunquam, damnatorum cadauera refossa sunt, imo refodit ea aliquando diabolus, atque ex Ecclesijs protracta in cloacas, & paludes præcipitauit, aut in loca infamia. Quod autem qui in hęresi moriuntur damna
Mar. 16. 16. Heb. 11. 6. Eph. 4. 5. ti sint, articulus fidei est, dixit enim Christus *Qui non crediderit condemnabitur*, & Apostolus, *Sine fide impoßibile est placere Deo.* Hæretici vero fidem non habent, quia hæc Apostolo teste, *vna est* nempe antiqua, quam in Catholica, & Romana Ecclesia per orbem vniuersum iam amplius quam 1500. annis seruatam, seruamus. Caue ab hæresi, omniq; peccato mortali vt non te eadem Christi sententia inuoluat, & corpore pariter, ac anima à communione Sanctorum diuidaris, ac in extremas tenebras mittaris.

Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam. Christus vt homo, mouetur misericordia; vt Deus vero, suscitat mortuum. Misericordia magnum Dei donũ est, humanæ naturæ insitum, vt mutuis infirmitatibus succurreremus. Carent eo bruta, etsi fœtus suos naturaliter ament, quin omni rabie quæ possunt deuorant, ac discerpunt, solis hominibus datum id fuit, quos natura ad miseriæ æstimationem & leuationem
Exod. 2. v. 5. Luc. 10. 34. mouet, sic Pharaonis filia Moysem eduxit ex aquis. Samaritanus vulneratum imposuit iumento, & vexit in stabulum. Itaq;
Psal. 144. 9. qui hoc humanitatis affectu caret, bellua magis, quam homo
Nota Christum exhibuisse misericordiam viduę. videtur, qui vero eo ducitur ad iuuandũ proximũ, Deo placet cuius *misericordia super omnia opera eius.* Nota Cui Christus misericordiã exhibeat; nempe viduæ afflictæ, mandauit enim in
Exod. 22. 22. Isai. 1. 17. Zach. 7. 10. Psal. 67. 6. veteri Testamento Deus, cõsolandas iuuãdasq; viduas & pupillos, quia specialem horum curam habet, propter quod & *Pater* dicitur *orphanorum, ac iudex viduarum.* Christus ergo mandato

dato huic obediens, viduæ compatitur, eamq; nullis prouocatus precibus, iuuat. A quo longe absunt multi Christiani, viduarum oppressores. at longius adhuc filij qui mortuo patre matres contristant, eisque quicquid possunt subtrahunt. Attendere hi debebant illud Sapientis: *Qui subtrahit aliquid à patre suo, & à matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est.* Item: *qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus & comedant eum filij aquilæ,* id est, qui matrem contristat, neglectis doloribus quos illa habuit cum eum pareret, dignus est laqueo, vt oculos eius corui effodiant & carnes deuorent. Prou. 28. 24. Cap. 30. 17.

Dixitq; ei, noli flere. Non prohibet Christus fleri mortuos, cũ & ipse Lazarum fleuerit, sed matrem solatur afflictam, cui volebat filium resuscitare, eamque sic lætificare. Docet quoque vt Christiani non fleant immoderate *sicuti Gentes quæ spem* resurrectionis *non habent* nec nimis diu, vt in veteri Testamento permittebatur, cum necdum pateret cælum, sed animæ ad inferos descendebant. neque tunc repræhensionem merebatur Ioseph, quod patrem fleret 77. dies. Modum luctus recte præscripsit Sapiens: 1. *fili mi in mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus incipe plorare,* id est, ante sepulturam ostende humanitatis affectum, neque te Stoicorum instar, sine affectione esse monstra. Iob audito decem liberorum obitu, *scidit vestimenta sua* & pro temporis illius consuetudine *totondit caput suũ* tristitiam ostendens, simulque docens, vt cum à Deo corripimur, non imitemur filios malos qui castigati præ obstinatione nec lacrymas, nec doloris signum vllum ostendunt. *Et secundum iudicium contege corpus illius & ne despicias sepulturam eius.* id est, pro patriæ illius consuetudine honeste eum sepeli. *Propter delaturam autem amarè fer luctum illius vno die,* id est, post sepulturam, tristitiæ quoque signa ostende, ne de obitu gaudere videaris siue propter bona, siue ex inimicitijs, aut alia de caussa. 3. *Et fac luctum secundũ meritum eius, vno die vel duobus.* Maioris vel minoris luctus caussa, merita defuncti sunt, siue nobis, siue Reipubl. præstita. Dole ergo de obitu patris, matris, mariti, filij, fratris, sororis, amici, benefactoris, & quicunque aliquod tibi bonum præstiterit. Item in obitu eius qui Remp.

Ioh 11. 35. Docet Christus nõ immoderatè flendos mortuos. Thess. 4. Gen. 50. 3. Modum luctus docet Sapiens. 1. Eccl. 38. 16. Iob. 1. v. 20. 2. 3.

Rempu. aut Collegium iuuat tam authoritate vt Superioris, Principis, Prælati, quam meritis, sic Elisei mortem flebat Rex Ioab, dicens. *Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius.* quasi dicat, multum amiserunt Israelitæ, soles enim eos meritis, orationibus, monitis & instructionibus iuuare. *Et consolare propter tristitiam* nempe, quia tristitia diuturna nō est, vt enim alio loco idem dixit *luctus mortui septem dies.* Nam si anima sit in loco bono, lacrymis non eget: sin in malo, illis nō iuuatur. Maxima lugendi mortuos caussa est, nostrum damnum, quia solatio destituimur, metuimusq; Deum nobis offensum cum bonos tollit, ne mala nostra videant. Sic Iosiam, fleuit regnum vniuersum, & præcipue Ieremias qui videbat mala ex eius obitu nascitura. Si lacrymas tuas defuncto vis vtiles, pro anima precare Deum, & peccata defle sic tota vita, ait Chrysost. flere licet, moderate tamen & honeste. Flebat Dauid mortuum in peccatis Absalonem; mouebatur enim paterno affectu, quia tamen sciebat eum à damnatione liberari non posse, cessauit.

4. Reg. 2. 12. *Eccl. 22. 13.* *2. Par. 35. 25.* *Hom. 69. ad pop. Antioc.* *2. Reg. 18. 33.* *Epist. 25. ad Paul. de morte Blesillæ.*

Mortuum Bethsabee filium, vt Hieronymus notat, non fleuit; quia peccata nulla habebat. Debemus nos in hoc Christianitatis edere specimen, vt virtus eundem statuat dolori modum, quem tempus: sicuti enim dies dolorem mitigat sic & virtus eum moderari, & componere debet.

VIII. *Et accessit & tetigit loculum, hi autem qui portabant, steterunt.* Per hunc mortuum potes, cum Ambrosio, August. alijsque Doctoribus, peccatorem intelligere, cuius anima peccato mortali moritur. quod enim peccatum animæ mors sit, & ab eo recte dici possit homo mortuus, multis locis Scriptura docet. Dixit senibus adulterium tentantibus Susanna: *si hoc egero mors mihi est, si autem non egero, non effugiā, manus vestras* similiter Christus *sine,* ait, *mortuos sepelire mortuos suos,* & de filio prodigo dixit Pater, *mortuos erat & reuixit.* de impudica vidua Apostolus. *Viuens mortua est.* Sicuti enim homo duabus quasi naturis constat, Angelica nimirum, & terrena. sic duo habet vitæ genera. Nam anima viuit, vt Angeli, corpore vt bruta. Animę vita est Dei gratia, quæ peccato mortali amittitur: corporis autem vita, est anima ipsa. qui ergo mortale peccatum habet, solum

Li. 5. in Luc. *Ser. 44. de verbis Dom.* *Dan. 13. 22.* *Matt. 22.* *Luc. 15. 32.* *1. Ad Timo. 5. 6.*

lum viuit vt bellua, corpore, non anima. Peccatum fulguris instar est, quod intacta vagina gladium ei insertum frangit. sic corpore non occiso, peccatum animam occidit. Quia vero pauci de anima solliciti sunt, & cogitant, ideò quoque pauci animæ mortem attendunt, & appendunt, quasi hæc non sit periculosissima quæque & corporis & animę æternam perditionem caușset. Conditiones in morte animæ eædē sunt quæ in morte corporis, multo tamē peiores, & periculosiores. *Primo*, Sicuti mors corporis ab homine omnia tollit, animā, corpus, bona, &c. sic & mors animæ nobis Deum, gratiam, merita, virtutes, Spirit. S. dona, opera bona aufert. Manetq; homo instar terræ desertæ, infructuosæ, incultæ vt ait Hiere. & similis arbori defoliatæ; aut horto sine aqua, vt dixit Isaias. *Secundo*, Sicuti mors corpus deformat, ita vt nemo ei velit perpetuo adesse, nec mater, nec liberi, nec vxor, nec maritus, nec spōsus, nec sponsa, sed oēs fugiant, illudq; curent deportari: sic peccatū, homines multo facit horribiliores, imo diabolis assimilat, neque. n. hi aliunde, quam à peccato fęditatē suam acceperūt. *Tertio*, Sicuti corpus mortuum motu caret, & sensuum vsu. sic & peccatum homines sensu priuat, vt non sentiant læthalia animæ vulnera, nec Dei correptiones, Dei beneficia quotidie pręsentia nō vident, Dei verbū quod in cōcionibus, monitionibus, & interiori inspiratione eis proponitur, non audiunt. Deniq; peccatum omnis mali supremū, & omnis mali est initium. Non possunt creaturæ oēs tantum te lædere, quantū te ipsum peccato lædis. Neq; enim aliud illæ possunt, quam pœnam infligere, hæc autē non est absolutè mala. sed multa sæpè caussat bona dum peccatū corripit per iustitiā, & cœlum aperit per patientiam: peccatum vero absolute malū est sine omni bono. Ac propterea Deus quidem pœnæ author est, peccati vero vel culpæ etiā minimæ nequaquā. Disce ergo nihil ęque, ac peccata vitare. Multa pro vitæ cōseruatione pateris, rei tormenta ferunt, ne occidantur, alij præsectionem manus, pedis &c. vt ignem à corde arceant, & viuant. Nemo vt mortem fugiat labori parcit, vel sumtui. Tu vero idem fac, vt animæ mortem, id est, mortale peccatum fugias. Qui vero iam illud commisit, discit hic modum redeundi ad vitam. Initium à Deo

Peccatum cōparatur fulguri.

Eædem cōditiones mortis animæ & corporis.

1.

Ierem. 6. 8.
Isa. 1. 30.

2.

Nihil æque nociuum quam peccatum.

Quomodo redeundũ à morte animæ ad vitam. Deo est. Christus occurrere debet, & flentem viduam solari mortuum accedere, loculum tangere, & iubere vt qui portant subsistant. id est, cum quis in peccatum mortale incidit, quem consuetudo paulatim ad infernum deportat, bonum est, vt cum ipso alij, imo & mater nostra Ecclesia orent, cum luctu. ita veniet ad orantes Christus, spem suggerens ac fiduciam, mortuum accedit, cor eius metu mortis, iudicij, & inferni tangit, iubet eum subsistere, ne progrediatur ad noua peccata, sed quæ futura sunt, respiciat. Fecit hoc Deus cum Iona fugiente in Tharsis, fecit cum Saulo proficiscente in Damascum. Initium conuersionis est timor Dei, & peccati omissio. Ion.1.3. Act.9.2.

IX. *Et ait: Adolescens tibi dico, surge.* Omnis peccator, adolescens est, ignorans, imprudens, patre orbatus, sui arbitrij, sine timoris freno, quem in concionibus his Christi verbis compellare oporteret *adolescens tibi dico surge.* id est, Impudice, Auare, Superbe, Ebriose &c. tibi dico; cogitate singuli vobis me, imo non me sed Christum loqui per me. Qui sic Dei verbũ audit, quasi sibi diceretur sigillatim, initium habet conuersionis, sed verbum efficax quo peccator excitatur, absolutio est Sacramentalis, cum dicit Sacerdos, *Ego te absoluo.* Sicuti enim hæc Christi verba, virtutem habebant suscitandi mortuum sic & verba Sacramentalia habent virtutem operandi quod significant. Frequenter ergo confitere, & communica: in his enim Sacramentis accedit ad te Christus, teq; alloquitur benigne, & efficaciter, vt possis vi verborum eius, erui ab omni malo, & assequi omne bonum.

X. *Et resedit qui erat mortuus, et cœpit loqui.* Turpe est mortuos audire Dei vocem, nos autem, qui viuimus esse surdos: audiebat in limbo anima vocem Christi, & tu qui ipsi in mundo vicinus es, vocem eius dissimulas. Dixit apud Dauidem, *Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ*, & necdum audis. vide ne post mortem cogaris audire inuitus quando non vocabit te vt accedas; sed ablegabit cum diabolo *in ignem æternum*: clamabis tunc tu, sed non exaudiet; imo cum fatuis virginibus increpabit te, Discede, nescio te. nunquam noui te. Nota excitatum hunc non statim loculo desilijsse, & egisse gratias, sed resedisse. Psal.68.4. Matt. 25. Mat. v.5. & cap.7. Nota hic, non omnes peccatores

resedisse. Lazarus quatriduanus statim ad illa Christi verba *Lazare veni foras*, prodijt. Sunt enim peccatores qui simul ac verbum Dei audiunt,& sentiunt, ad perfectionem currunt, vt Paulus, Matthæus, Magdalena. Talis quoque erat Florentiæ Aduocatus Ioannes nomine (vt scribit Sanct. Antoninus) qui egressus villam, vidit ex fenestra redeuntem cum porcis, subulcum suum, cumq; illi reluctarentur ingredi in porcile, quantumlibet anniteretur & clamaret subulcus, tandē dixit ille, Currite ad porcile, sicut Aduocati ad infernum. & statim vno impetu ingressi sunt, ita vt in se mutuo insilirent. Tunc Aduocatus secum perpendens ait, si isto impetu ruunt Aduocati in damnationē, ego Aduocatus mori nolo, Atq; ita mundo renuntians ordinem S. Francisci ingreditur, eius tūc rigoris cuius nunc Ordo Capuccinorum est, vixitq; in eo tā sanctè vt factus sit Minister Generalis. Alij sunt qui nō statim ita perficiuntur, prius erigunt se cum hoc adolescente, interim paulatim in virtutibus proficiunt. Si quis ergo nō sentiat feruorē maximum, caput saltem, & corpus erigat, id est, voluntatem Deo tradat, terrenis renuntians; aderit ei Deus, & de virtute ducet in virtutem. Neq; adolescens resedit solum, sed etiam cepit loqui: est.n. locutio vitę indicium, sicuti peccator Deum non audit loquentē (iuxta illud Christi: quare loquelam meā non cognoscitis? quia non potestis audire sermonē meum) sic neq; loquitur, vt à Deo intelligi possit. qualis ipse, talis & vox est, inarticulata sc. & bestiarum similis, quas ipse peccato imitatur, superbus pauonis instar effatur, cuius vox audientibus ingrata est, nihil vero ingratius superbi iactantia, qui se ipsum in omnibus laudat, alios despicit, auari grunniunt vt porci, adulatores clamant vt feles quæ heri sui vestes mulcere solent, irati latrant, vt canes; impudici apud Ieremiam, hinniunt vt equi; murmuratores, & detractores, glocitāt vt gallinæ; gulosi, coaxant vt ranę. Qui vero per Dei gratiā suscitatus est loqui incipit, confitetur peccata, laudat Deum, libenter orat, de virtutibus proximi loquitur & de cœlo ac bonis operibus. Examina te ipsum quorum voce loquaris, belluarum, an hominum; dæmonum, an Angelorum, carnis, an spiritus ex hac interiorem animi compositionē disces. sicuti .n. auium cantus

[Margin notes: æque viuaciter sentire verbum Christi. — Ioh.11.43. — Part.4. summ. histor. — Ioh.8.v.43. — Ier.5.8. — Simile.]

cantus pendet ex rostro, sic hominem aperiunt sua verbã.

XI. *Et dedit illum matri suæ.* Sicuti excitatos à se mortuos Eli

3.Reg.17.23. & Helisæus matribus reddiderunt, non reseruantes eos si

4.Reg.4.36. vsibus, sic & Christus. *Primo,* Vt doceat nos fugere van:

I. gloriam, quæ oriri potest ex præsentia eorum quibus bene

Cur Christus tradidit eum matri. cimus. Ideo neminem Christus in Apostolum elegit, & Dis pulum in quo signum aliquod fecisset, imo cum vellet san torum vnus eum sequi, non permisit ei dicens: *Vade ad tuos*

Mar.5.19. *domum tuam, & annuncia illis, quæ Deus fecit tibi.*

2. *Secundo,* vt non verbo tantum, sed & re ipsa proximum, cu potes, adiuues. Verbum illud *Noli flere,* parum mulieri pr fuisset si non reddidisset ei Christus filium. Cum eleemos nam à te pauper petit, verbum quidem bonum est, iuuet e Deus, sed pauperibus gratius multo est, si & tu eos iuuare v lis. *Diligamus,* ait Ioannes, *non verbo neque lingua, sed opere &*

1.Ioh.3.18. *veritate*: in solis enim verbis, non est vera, sed ficta charitas. Adorabant iacẽtem in præsepio Christum tres Reges, sed apertis quoq; thesauris obtulerunt munera, ad subleuationem infantis, & matris eius.

3. *Tertiò*, Ne post peccati remissionem tibi ipsi innitaris, sed à matre Ecclesia doctrinam accipias, eique perpetuo adhæreas. Hanc enim tibi matrem dedit Deus, cui honorem in omnibus, & fidem, amorem, ac obedientiam debes. de qua Cy-

De simpl. pralat. prianus: Non habebit Deum patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem.

XII. *Accepit autẽ omnes timor, & magnificabant Deum dicentes.* Non

Cur omnes timuerint. erat eis timoris, sed lætitiæ caussa, quod mortuũ vident suscitatũ; timebant tamen ob diuinitatis præsentiã, quam ex miraculo colligebãt. Tã est infirma, & vilis hominũ natura, vt non tantũ à Dei maiestate sed & à supernaturalib. rebus timeam⁹. pueros magna statua terret, aut alta turris, si sub ea sint, eamq;

Dan.2.46. adspiciant. Nabuchodonosor cũ Danielem audiret supra naturæ vires somniũ enarrantem, in terram præ timore corruit.

Exod.20.18. Hab.12.21. Israelitæ Deum audientes loqui, & decalogum proponere territi sunt valde: ita vt Moyses quoque dixerit *Exterritus sum*

Apoc.1.17. *& tremebundus.* id est, terrore tremo. Ioann. Euangelista Ange-

Dan.8.17. lum vidẽs præ timore procidit in faciem. quod idem Danieli quoq;

quoque, & Thobiæ contigit. Disce hinc quantus futurus sit terror cum in maiestate sua Christus, vultu irato, ad iudicium veniet, & toruis oculis malos intuens, æternam, & horribilẽ pronuntiabit sententiam. *Ite maledicti in ignem æternum.* Si enim Deum homines timent, cum miraculose facit bona, quid erit cum eos in æterna damnabit mala? O Christiane, quisquis hæc credis, time Deum dum viuis, ne æternus te terror corripiat. vbi ineffabilis est timendi materia, ex Dei ira, Diabolorum præsentia, pœnæ æternitate. Time hic Deum, & ex timore peccata fuge, ita fiet vt securus, & cum gaudio dulcem audias benedictorum sententiam. *Tob. 12. 16.* *Mat. 25. v. vl*

Quia propheta magnus surrexit in nobis & quia Deus visitauit plebem suam. Non faciunt hi, quod Pharisæi vt contemnãt Christi miracula, sed ad ea attendentes, eum fatentur Messiam esse, & Prophetam à Deo promissum per Moysen: *Prophetam suscitabo eis, de medio fratrum suorum similẽ tui & ponam verba mea in ore eius.* Disce hic. *Primo,* Non contemnere Dei miracula, vt nunc hæretici faciunt, qui ea quæ ad imagines, reliquias, & Sanctorum memorias vel per Ecclesiæ Sacramenta fiunt stolide, impie, & Pharisaicè rident. quia in sua synagoga non vident similia. Roboratur in nobis per miracula fides, & sicut homines hi Messiam ex illis cognoscunt; sic & tu dubitare noli quin illic vera sit Christi sponsa veraque doctrina, vbi eam Deus per miracula testatur esse. Disce. *Secundo,* Alia Dei magnalia appendere, etsi enim prima specie miracula non videantur, vere tamẽ omni miraculo maiora nonnunquam sunt. v. g. quod in *Eucharistia* panis & vinum vi verborum Christi in corpus eius, & sanguinem transsubstantietur: quod Sacerdos te ab omnibus peccatis absoluat: quod in Sacramentis particeps fias *sanguinis* Christi &c. Etsi enim hæc oculis externis non videas, scis tamen per fidem & animo sentis. Disce *Tertio,* Beneficia quæ, & quanta secum Prophetæ adferant. visitatur enim à Deo & iuuatur vniuersa regio, propter vnius sancti præsentiam. Etsi enim Christus qui tanta signa præstitit non fuerit purus homo, sed etiam Deus: solent nihilominus Sancti quos Deus inhabitat, per Spiritũ sanctum & corporales, & spirituales vtilitates Rebuspublicis adferré.

Deut. 18. 18.
Discendum hic.
1.
2.
3.

Fassus est Abrahamo Deus, se quinque ciuitates regias propter decem iustos conseruaturum: Moyses solus, Israelitas ab ira Dei, & ingruente perditione defendit. Paulo Apostolo, donatæ sunt animæ omnes quæ in naui erant, vt nulla periret naufragio omnibus enatantibus. Noli ergo iustos contemnere, noli Religiosos & Ecclesiasticos ridere, illorum enim intercessione, & meritis ciuitates, & regiones vniuersæ à Deo conseruantur. Et quemadmodum nos à malis protegunt dum viuunt, sic mortui, & quidem multo magis protegent, cum Christo regnantes: habent enim peculiarem eorum locorum curam in quibus reliquiæ ipsorum, debito honore, coluntur. Cole Sanctos, Obserua Dei famulos, eorum te precibus, & meritis frequenter commenda, vt Deus & hic tibi adsit, & tandem ad gloriam te adducat.

Gen. 18. Exod. 31. 32. Act. 27. 24.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, consolator afflictorum, Pater orphanorũ, defensor viduarum, resurrectio mortuorum, ac vita denique piorum, qui vbique misericordiam tuam ostendis, neque vllum derelinquis, qui auxilium tuum petit: oramus te, digneris ad nos venire, nostras regiones & Rempublicam visitare gratia tua diuina, & societate omnium tuorum sanctorum, quemadmodum cum Apostolis tuis, & cum magna hominum turba in ciuitatem Naim *venisti, vt ibidem hominibus misericordiam præstares: mortuumq́; adolescentem resuscitares. nostras animas quæ peccatorum multitudine prægrauatæ, mortuæ iacent, & per spem longioris vitæ, amorem mundi, timorem laboris, ex omnibus pijs operibus, & ex mala consuetudine paulatim efferuntur, atque ad sepulchrum desperationis deferuntur, per virtutem tuam diuinam à morte excitare digneris, atque matri suæ* Ecclesiæ *sanctæ restituere, vt inde in virtutibus instruamur, & in certa cognitione veritatis, corroboremur. Imple nos timore tuo sancto, vt semper ante oculos nostros nouissima habeamus, quò te nunquam offendere discamus. Moue corda nostra misericordia tua, & incende nos ardenti tuo amore, vt exemplo tuo proximum nostrum interna quadam commiseratione intueamur, verbis blandis consolemur, & re ipsa iuuemus. Aperi quoque oculos incredulo-*

credulorum hæreticorum, vt per tua opera, quæ quotidie in Catholica Romana Ecclesia mirabiliter facis, clarè testentur, apud nos veram esse fidem, atque viam æternæ salutis; & vt ex hoc hæreticas suas nouitates relinquere discant, (quibus certè nemo hominum cœlum promeritus est, quæque nec nullum vnquam inferni pœna, liberarunt,) atque etiam ad concordiam antiquæ Catholicæ Ecclesiæ quasi postliminio reuerti, quæ originem suam & principium, ad sanctos ipsos Apostolos reuocat, quæque innumerabiles animas ad cœlum prouehit: de quibus per tua diuina miracula certi sumus, quod nunc vna tecum in æternum regnent. O Domine Iesu habe commiserationem cum tot tantisq; hominibus, næuis variorum errorum obfuscatis, qui per hæresim ad infernum rectà currunt. Quod etiam orant te omnes pij, per tuam ineffabilem misericordiam, Domine Iesu, qui cum Patre & Spiritu sancto Deus vnus, regnas in perpetuum. Amen.

DOMINICA XVI. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Lucæ 14.



VM intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum, Sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus dixit ad Legisperitos, & Pharisæos dicens: Si licet Sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens Iesus dixit ad legisperitos & Pharisæos: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet eum die Sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere, sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco: vt cum venerit, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

Breuis

Breuis Euangelij expositio.

ERAT in verbis pariter & operibus Saluator noster, ita circumspectus vt nihil in eo esset, quod quisquam reprehenderet. Ideoque quęrebant Pharisęi, & Scribæ modos omnes, quibus eum reprehendere possent. Quidam ergo eorum Princeps, Dominum sabbatho inuitauit, vt dispiceret an sabbathum, quo operari non licebat, accurate esset obseruaturus: vt tamen ei occasionem violandi Sabbathi præberet, hominem adduxerat hydropicum, sciens tantam Christi misericordiam, vt sine dubio eum statim sanaturus esset. Christus cognita inuitantis nequitia, quodque non vt amicus, sed vt obseruandus accusādusq; vocaretur ab eo, iuit nihilominus, vt aduersarios suos & verbis instrueret & factis, eisq; facti sui rationem redderet. simul voluit hanc corporalem eleemosynā prandij, vt pauper, suscipere, etsi à mala intentione profectam. Veniens porro in domum videns hydropicum, seq; à circumstantibus Pharisæis obseruari considerans; hydropico simul, & illorum excæcationi condoluit, quorum cogitationes intuebatur, eisq; hac interrogatione respondet. *Licetne Sabbatho* infirmum *curare*? putatisne hoc Dei præcepto contrarium? Prudenter vero hanc quæstionem Christus præmittit, vt omnem tollat calumniæ occasionem, neq; enim reprehendere poterant opus cui nihil contradixerant rogati. Omnes vero tacuerunt, nescientes quid dicerent: si enim concessissent opus, contradixissent conscientiæ? sin negassent, metuebant reprehensionem, sicuti & postea reprehensi sunt. Christus cum neminem videret res-

pondentē, apprehensa hydropici manu sanauit eū, iussitq́; , nulla petita beneficij mercede ire domum. Vidit quoq; Pharisæos in hoc offensos, quasi male facto, ideoq́; rursum cogitationibus eorum respondet, volens post sanatum corporis morbum, animos quoq; illorū sanari, quærit ergo de opere quod sine reprehensione omnes faciebant, Sabbatho, in re vili, vt doceat opus suū multo minus reprehensionē mereri *si cuius vestrū*, ait, *bos vel asinus sabbatho cadat in puteum* nūquid omnē adhibetis laborem vt educatis eum ne aquis suffocetur neq; propterea putatis *Sabbathū* violari? Cur ergo Sabbathū ego violare iudicor, cùm minori labore, solo manus attactu, hominē ab aquis libero, ne eis suffocetur? Taxat simul tectè hoc exemplo auaritiā eorū, & hypocrisin, qui Sabbatho non timebant impendere bestijs, quod reprehendebāt præstari hominibus. Postea accumbēs, pulcra eis pro more suo documēta proposuit, sumta occasione, ex eo quod tunc ibi contingebat. Viderat tum ex moribus, tum ex animi cogitationibus, laborare oēs pro primo loco, quod quia displicebat ei, tanquā superbiæ, qua pleni erant Pharisęi, nota: voluit illud curatū, cōmendatamq́; eis humilitatē. Etsi enim, quod hic Christus docet vile videatur & tāto Doctore indignū, voluit tamē docere illud, tum vt aduerteremus etiā defectus paruos, ab ipso obseruari; tū ne humilitatis exercitia cōtemnamus, sternūt .n. viā ad humilitatē, quę magna virtus est. Proponit ergo hanc parabolā, docēs quomodo in omni conuiuio, cōgregatione, & opere habere se debeant. Cū inuitatus fueris ad nuptias, aut cōuiuium celebre, ad ꝙ multi vocātur tibi ignoti, noli sine hospitis iussu, 1. locū tibi deligere. nam si fors alius te honoratior vocatus sit, cū hospes tibi præponet, teq́; faciet des-

cendere. & si frequentius id in eodē fieret cōuiuio, tandē ad vltimū locū cū ignominia detruderetis. Occupa ergo locū infimū, sic.n. ignominiā euades, & hospes cum venerit teq; illic viderit sedentē, iubebit vt cum honore ascendas; fit enim, ex Dei ordinatione, vt plurimum, vt qui se humiliat, exaltetur; qui vero exaltat, humilietur.

Documenta Concionis Decimæsextæ.

CVM *intraret Iesus in domum cuiusdam Principis Pharisæorum, Sabbatho manducare panē.* Vidimus pręcedenti Dominica quam facile mortuū Christus suscitet, hic videmus etiā corporis morbos ab eo facile sanari, animū vero nō tam facile sanabilē. Sanat hic hydropicū, vt auaros & superbos Pharisęos, à peccatis suis abducat, datq; ad hoc eis instructiones vtilissimas, sed nihil proficit, imo illi magis obdurantur. Princeps Pharisæorum erat homo nequā qui Christū nō ex amicitia, sed ex malitia inuitabat, adeoq; nō peccauit vt Paulus,[a] ignorans, neq; vt [b]Petrus ex infirmitate, ac propterea nō exprimitur eius nomen, sicut alias nomē *Simonis leprosi* ad cuius domū Magdalena venit, qui ignorās peccabat, & sicut nomina [c]Zachæi, & [d] Matthęi qui ex infirmitate in peccato auaritię viuebāt. Odit.n. Deus peccatū ex malitia, adeo *vt neq; in hoc seculo remittat illud, neq; in futuro.* Qui ex ignorātia peccat, aut infirmitate, videtur aliqua ratione mereri veniā, quia videtur aliquid habere excusationis. perinde.n. est ac si infirmus, vel qui in tenebris ambulat, offendat. qui vero ex mera peccat malitia, nihil omnino excusationis habet. Ideo cū peccassent primi parētes, rogabat Deus Adamū, qui ex amore vxoris peccarat, & Euā, quæ quasi ignorās seducta fuerat, serpentē vero nihil rogauit, quia ex malitia, & mera inuidia peccatū suggesserat atque illi vt Scripta testatur per pœnitētiā *educti sunt è delicto*, serpēs vero, qui est diabolus, non itē. Caue tibi ab hoc peccato, quia periculosum est & cōtra Spiritum S. diciturq; irremissibile, non quia nunquam remittitur, si cum debito dolore illud quis confiteatur, (sic enim remittuntur omnia peccata) sed *Primo*, Quia in homine tali præter malitiam nihil est, hæc

[Margin notes: 1. | a 1. ad Timo 1.13. | b Mat. 26.70 | Luc. 7.39. | c Luc. 19.1. | d Matt. 9.9. | Matth. 12.32. | Peccans ex malitia nihil excusationis habet. | Gen. 3.11. | 1. ad Timot. 2.14. | Sap. 10. v. 2. | Cur peccatum ex malitia dicatur irremissibile. | 1.]

autem non meretur remissionem. *Secundo*, Quia taliter peccantium pauci ad veram pœnitentiam perueniunt, vt in hæresiarchis patet quorum paucissimi conuersi fuerunt. Talis erat Princeps hic Pharisæorum, eiusque socij, qui præ malitia Christum contemserunt. Testabatur quidem eorum conscientia ipsum esse Messiam per Prophetas promissum, sed quia reprehendebat peccata eorum, noluerunt eum, quærebantque modos omnes, quibus eum reijcerent. Legerant in Isaia Messiam non facturum iniquitatem, laborabant ergo vt iniquitatis Christum conuincerent, atque ita eum respuerent, & cum notoria in eo peccata non reperirent, peccatum dicebant, quod vere tale non erat. audebantq; ipso absente spargere *scimus quia hic homo peccator est*. ipso autem præsente & rogante *quis ex vobis arguet me de peccato*? tacebāt. Excusabat enim & verba, & facta sua Christus à peccato, ne videretur pro se ipso passus, qui pro peccatis mundi debebat pati. Non latebat Christum hæc Pharisæorum nequitia, sciebat præterea dixisse Salomonem, *ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius quoniam in similitudinem arioli & coniectoris æstimat, quod ignorat. Comede, & bibe dicet tibi, & mens eius non est tecum*. Erat tamen tanta eius benignitas, vt non recusarit ad inimici sui domum digredi, vt illic data occasione bonum aliquod faciat. Beata domus in quam ingreditur Christus; semper in ea boni aliquid præstat. in nuptijs *aquam conuertit in vinum*, in domo Petri sanauit [a] *socrum eius*, in domo, [b] Matthæum conuertit & [c] Zachæum, apud [d] Martham & Magdalenam suscitauit Lazarum &c. Suscipe eum tu quoque in domum tuam, sic fiet vt benedicat tibi, cum pauperem recipis, Christum recipis, quemadmodum declarabit ipse in extremo iudicij die. *hospes eram & collegistis me*. Imo fit nonnunquā, vt dum pauperem tibi adesse putas, Deus ipse adsit vti [a] Abrahamo [b] Loth & [c] S. Gregorio cōtigit. Cum Eucharistiā sumis, venit quoque ad te Christus nō sine donis liberalibus, suscipe ergo frequēter, vt abundantiori gratia benedicaris, ac copiosius replearis sicuti pro communicantibus Ecclesia in Sacrificio orat.

Nota quod iuerit Christus vt manducaret panem, non quod alius præterea cibus non adesset, sed *Primo*, Quia Hebræi omnem

Marginalia: 2. — *Isa. 53. v. 9.* — *Ioan. 9. 24.* — *Ioan. 8. 46.* — *Prou. 23. 26.* — a *Matt. 8. 14.* — b *Matt. 9. 9.* — c *Luc. 19. 8.* — d *Ioh. 11. 44.* — Cum pauperem suscipimus Christum suscipimus. *Matth. 25. 35.* — a *Gen. 18. 4. & 5.* — b *Gen. 19. 3.* — c *Hom. 23. in Euang.* — Nota cur fiat hic mētio tantum panis. — 1.

omnem cibum vocant panem sicut & nos in oratione Dominica, *panem* petimus *quotidianum* vt delitias vitemus, necessarijs contenti. *Secundo*, vt Christi discamus sobrietatem, qui in prandio optimis cibis instructo, vilissimo fuit contentus. 2.
Scribit de S. Francisco S. Bonauentura, quod Romæ in domo Cardinalis hospitatus, & ad mensam eandem inuitatus, iuerit primo mendicatum ostiatim panem, cumque ad mensam Cardinalis apportarit, & maiori cum suauitate quam alios cibos comederit. Legimus de multis sanctis, quod in prandijs nihil prçter aquam biberint, & cibos viliores comederint, vt concupiscentiam, ad Dei honorem domarent. Quicquid enim voluptati ad honorem Dei, subtrahis qui sub meridie, dum prandes, felle pro te & aceto potatus fuit, in futuro recipies, cum Deo impleberis; & hic interiorem consolationem senties. sicuti enim adscendens de terra vapor solis *Simile.* obnubilat splendorem, qui tanto est lucidior, quanto aer à fumo & nebulis est purior: sic tanto clarior est in animo tuo Dei gratia, quanto ille minus terrenis voluptatibus obfuscatur.

Et ipsi obseruabant eum. Nota *primo* Principi huic Pharisæorum non suffecisse peccatum proprium,, voluit & complices quos etiam ideo ad prandium vocauit. Sicuti enim pij alios sibi optant similes, sic & impij. Docet hoc Eua quæ ad peccati societatem Adamum induxit, & senior filia Loth, quæ Sorori incæstum suasit. Abſalon, vniuersum Israel aduersus Dauid concitauit. Ebrij impudici, hæretici, &c. non quiescunt, donec alios sibi iunxerint. Ratio est *Primo*, vt peccent liberius sicuti enim lignum vnicum minus ardet, sin plura coniugas focus fit lucuentus: sic impiorum animos societas, ad malū accendit. *Secundo*, Ne soli videantur peccatores. *Tertio*, Vt societate timorem sibi minuant. Nemo peccatore timidior est (vt testatur Scriptura) idque propter conscientiæ turbationē, quæ iustam Dei vindictam metuit, & propter diabolorum præsentiam, qui omnibus peccatoribus adsunt. Nota *Secundo*. Quis obseruet, & quis obseruetur. Pharisæi obseruant, Christum, & mali, bonos; quorum vitia acutius semper quā propria vident. Legato vel Commissario similes sunt, qui missus

[Margin notes: Nota 1. — Sicut pij sic impij alios sibi similes optant. — *Gen.3.v.6.* — *Gen.19.34.* — *2.Reg.15.6.* — Cur impij alios sibi similes optēt — 1. — *Simile.* — 2. — 3. — *Sap.17.3.* — *Iob 15.21.* — Nota dein. Obseruant mali alios & vt plurimum pios.]

peregre quid domi suæ agatur, nescit. Commissarij dæmonis sunt, vt aliorum vitia notent, & reprehendant, ac reprehendentes imitentur: vt plurimum enim eadem faciunt quæ reprehenderunt. Garruli reprehendunt garrulos, inflati, superbos, iracundi, præcipites, impudici, impudicos, gulosi, ebriosos, &c. Et dum extra se alijs intendunt, à diabolo obseruantur, qui omnes eorum actus annotat. Obseruantur vt plurimum soli pij, hi enim, propter vitæ sanctitatem, quasi in edito sunt, & ab inferioribus conspiciuntur, qui tamen quia lippi sunt, mala vident, in bonis: Pharisęos imitantes, qui Christum reprehendunt quod in Sabbatho hominem sanet, quasi misericordiæ opus sit malum. Sic malum otiosis videtur, quod coniugati singulis Dominicis communicent, vanitates, & mundi ineptias fugiant. Pharisęis tamen in obseruandis proximis hæretici simillimi sunt, qui vt aliquid in Catholicis inueniant reprehensione dignum, omnia perlustrāt, & excutiunt: præcipue in Pontificibus, Cardinalibus, Episcopis, Sacerdotibus, Monachis, Virginibus sacris, &c. Sequebantur Christum Pharisæi quocunque ibat, dissimulabāt miracula eius, sanctitatem, humilitatem, benignitatē aliasq; virtutes, doctrinam, & instructiones diuinas, &c. quicquid vero contra honorem Sabbathi videbatur, ad hoc attendebant. Idem hęretici faciunt. Romam abeunt vbi Pontifex habitat, & Cardinales, non vt videant eorum bona opera, & doctrinam audiant, nec attendunt tot pauperum millia, & egenos Conuentus ab eis ali infirmos innumerabiles in Nosocomijs S. Spiritus ad S. Petrum, S. Ioannis ad Lateranum, B. Virginis sub Capitolio & S. Iacobi ac alijs locis decumbere, quorum singularis habetur cura, nec vlla est penuria. Quod Pontifex in grauibus Ecclesiæ negotijs ipse nudis pedibus Processionem, cum Cardinalibus & Prælatis, comitetur. Nihil de locis sanctis, quæ cum tanta deuotione illic quotidie visitantur, sciunt; denique Romæ nihil vident boni. Videntur nulla, nisi inhonesta loca frequentasse ac cum nullis, nisi cum scurris, & nebulonibus versati, quorum sicut alibi, ita & Romæ copia non deest. Has sordes domum reportant, bonis Romæ relictis. Qui scientiæ inter illos nomen affectant, excutiunt

Pharisæis hæretici similes sunt in obseruādis Catholicis, maxime Pontificibus, &c.

cutiunt Pontificum vitas, vt aliqua eorum peccata reperiant. Tacent interim primis ſex ſæculis ad tempora vſque Gregorij Magni, omnes omnino Pontifices numero *66.* fuiſſe ſanctos & ex eis 33. & amplius martyres: poſterioribus vero ſeculis, alios ſimiliter ſanctos floruiſſe. Tacent eorum doctrinam, pietatem charitatem in pauperes, erecta templa, Monaſteria, Noſocomia, fundatas congregationes, & fraternitates, conuerſas ad fidem regiones, & gentes. totam fere Africam & Europam Pontificum labor ad fidem adduxit, ac præcipuè noſtrum Belgium, Angliam, Galliam, Germaniam, quæ nũc per hæreſes Romanam Sedem ita impudenter impugnant. Hæc inquam omnia tacent, ſed vt filij ingrati, imitatores maledicti Cham, diſcipuli Marcionitarum, Arrianorum, & Donatiſtarum in patrum ſuorum defectus inquirunt. quicquid à Pontifice ſaltem videri poteſt, vel ſcriptum minus bene, vel factum, id ſtatim exaggerant, & ex muſca vt dicitur elephantem faciunt. Imo Iuliano Apoſtatæ ſimiles ne quidem S. Petro, quem tamen à Chriſto ſciunt præ alijs dilectum parcunt, quin impudẽter omnino, & impie quindecim ei peccata impingunt eaque quaſi mortalia ſint, criminantur: cum eorum plurima, tantũ à peccatis mortalibus abſint, vt opera bona ſint. v. g. quod ad Chriſtum accedere voluerit *ſuper aquas* quod in monte Thabor *tria* voluerit facere *tabernacula*, quod Domino dixerit: *Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te quid ergo erit nobis?* Similiter in cœna. *Non lauabis mihi pedes in æternum* item *etſi oportuerit me mori tecum non te negabo.* Cætera quæ enumerant (excepto quod Chriſtum negarit) vel peccata non ſunt, vel non niſi venialia quæ tamen multi doctores excuſant à peccato. Caue obſeruatores illos qui contra legem Dei *iniquitatem* quærunt *in domo iuſti.* Nota *Tertio*, Vbi hi obſeruẽt, nempe in menſa, nuſquã enim homo, ſic, vt in mẽſa ſe aperit, effundũtur oẽs ſenſus, oculi, aures, nares, os, &c. Ad menſam Ammon filius Dauid, & Simon Iudæ Machabæi frater, vterq; ebri⁹ occiditur. Ioãnes Baptiſta iubetur decollari. Balthaſſar, cõtra ſe videt ſcribi ſententiã mortis. omnis deniq; detractio malorũ inſtituitur, & bonorũ merito pij mẽſas tales vitãt, vbi peccãdi aperitur occaſio, & verborũ, factorũq; omniũ adſunt obſer-

Gen. 9. 24.
Ioh. 21. 15.
Magdenb. Cent. 1. l. 2. c. 10. col. 558. & ſeq. de quibus conſule Bell. lib. 1. de ſum. Pont. c. vlt.
Matt. 14. 28.
Matt. 17. 4.
Matt. 19. 27.
Ioan. 13. 8.
Matt. 26. 35.
Nota vltimò vbi obſeruent.
2. Reg. 13. 29.
1. Mach. 16. 16.
Matt. 14. 10.
Dan. 5. 5.

obſeruatores. Sęculares ſi Eccleſiaſticum videant cum appetitu comedentem, & cum alijs hilarem, offenduntur ſtatim, nec laborem cogitant, quem fere continuis 24. horis impendit concionibus, cantui, ſtudio, ac ſimilibus idque forſan ſine vllo cibo. non poteſt arcus ſemper intendi. Qui ſeipſum vincit, ac paſſiones ſuas, quotidie impugnat, carnem conſumit, & ſanguinem, ac maiori nonnunquam cibo, & recreatione eget quam ſęculares, quos voluntatis proprię impletio ſatiat, quique nullos faciunt in ſeipſis ſuperandis labores. Diſce ex his Phariſæis, obſeruare Chriſtum, non vt reprehendas, ſed vt eum ſemper conſideres & imiteris.

Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Bonum erat, quoad exteriora, infirmum Chriſto ſiſtere ſanandum, ſed quia externa ab internis bonitatem accipere debent, abſolute malum erat quod hic faciunt Phariſæi. neque enim infirmi quærebāt ſanitatem, ſed Chriſti accuſandi occaſionem. Examina ergo opus tuum accurrate, ſicuti examinaturus illud eſt Chriſtus in iudicio, nam ſi neceſſariarum circumſtantiarū ei vel vna deſit, v.g. intentio, locus tempus, reijcietur. Vult Chriſtus *opera*, vt dixit, *plena*, etſi enim dederis per opera alijs nonnunquam occaſionem alicuius boni, hoc tamen non magis tibis Deus tribuet, quam Phariſęis his hydropici ſanitatem, mali namque non faciunt bonum, cum mala intendunt, ſed Deus; qui ex malis bona nouit elicere. S. Pauli aduerſarij qui Euangelium annuntiabant, vt ei ſuſcitarent preſſuram non ob hoc merebantur quod eorum concionibus aliqui ad Chriſtum conuerterentur, ſicut nec hæretici minus peccant, etſi occaſio ſint, cur multi Sacerdotes vitam corrigant, ac diligentius ſtudeant, ad ipſos expugnandos: ſic enim & diabolus meretur, cum pij vt eius tentationibus reſiſtant ſe pœnitentiæ operibus affligunt.

(Quod mali dent occaſionem boni nō illis, ſed Deo tribuendum.)

(*Ad Philip. 1.17.*)

Magna Dei prouidentia hydropicus hic in domo Phariſæi ſedet, vt interiores eius morbos ſignificaret. Fœtent hydropici propter aquę impuritatem, inflati quoque ſunt, & perpetuo ſitibundi. Patent hęc tria in omni peccatore, præcipuè tamen in ſuperbo, quem nullus honor ſatiat, ſed perpetua ſitis maioris dignitatis cruciat, & in auaro, qui ſimiliter nunquam

(Rectè ſedet hydropicus in domo Phariſæi.)

nunquam satiatur. Fœtent hi duo, & ab omnibus odio habẽrur, inflati sunt temporalium cupiditate, & amore sui. Pij qui ex fonte vitæ bibunt cuius tantæ sunt diuitiæ, vt non Angelos tantum, sed Deum quoque ipsum satiet, temporalia non sitiunt. hic incipiunt satiari sed plenitudinem eius expectant in patria. si hydropicus es, superbia, auaritia, aut alio peccato inflatus, ad Christum accede. Iuuenit eum Magdalena, & hydropicus hic, in domo auari, & superbi Pharisæi. etsi Pastorem habeas, vel Sacerdotem peccatorem, noli eum contemnere quia etiam illius ministerio, Christus animam sanare potest. **Differentia inter sitim iustorum & peccatorũ.**

Et respondens IESVS, *dixit ad Legisperitos, & Pharisæos dicens,* Nota *Primo* Misericordiam Christi, non expectat donec rogetur vt sanet, nec differt post prandium, nec rogat, quid vis, quid hic agis? nec excusat se, dicens; quid cogitabunt & dicent hi? non decet hæc à me in alienis ędibus fieri. Talia enim solemus nos prætexere, cum boni aliquid faciendum est, & dilationem quærimus. Non est modo oportunum, occupor alijs, redi postea, &c. *habent* quidem vt Sapiens dixit *omnia tẽpus suum* sed qui vere amat, semper virtutis, & boni faciẽdi tẽpus habet. Abraham in feruentissimis diei caloribus excipiebat peregrinos. Tobias de conuiuio surrexit, vt sepeliret mortuos. Cum proximum vides in necessitate, tunc tempus est iuuandi eum, & animam tuam saluandi. Si in carcere esses, teque intelligeres liberum: semper, etiam prandens, paratus esses exire. Cum proximum iuuas plus tibi præstari cogita, quam si de carcere exires. **Notandum 1.** *Eccles. 3. 1. Gen. 18. 4. Tob. 2. 3.*

Nota *Secundo.* Respondere Christũ cum tamen nemo ponatur locutus, videbat enim, & audiebat cogitationes eorum, nihil ei occultum est. vide ergo vt cogitationes tuæ mundæ sint. *auferte,* clamat Isaias, *malum cogitationum*, imo cor & cogitationes omnes in Deum eleua, vt non tantum eas videat, sed etiam illuminet. Opus sub artificis sui conspectu esse debet. Deus cordis tui factor est, conuerte ergo illud ad eum, vt perficiat. **Notandum 2. Cogitationes cordis Deus videt.** *Isa. 1. 16.*

Nota *Tertio*, Obseruatores Christi fuisse Scribas, id est, Doctores, & Pharisæos, quasi dicas, Religiosos, quia populus neglectis horum concionibus, Christum audiebat. Qui eadem tractant, mutua **Notandum 3.**

laborant

laborant inuidia; defectu amoris, auaritia, & superbia. Mirum ergo non est quosdam bonos, à quibusdam Religiosis, aut Ecclesiasticis imperfectis, odio haberi: in omni enim hominum genere superbiam, inuidiam, auaritiam, aliaque vitia possumus deprehẽdere. Tu Apostolum sequere, qui gaudebat promoueri honorem Dei, quomodocunque tandem id, & à quocunque fieret. *Ad Phi. 1. 18.*

Si licet Sabbatho curare? Nota benignam Christi humilitatem, & humilem misericordiam. Videbat malitiam cordis eorum, nec tamen increpat sed quasi veniam rogat, vt vel sic præuentos emolliret. *Vir iracundus prouocat rixas, sermo autem benignus amorem.* Mandarat Sabbathi obseruationem in veteri Lege Deus admodum rigide: *Memento vt diem Sabbathi sanctifices. Sex dies operaberis & facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbatum Domini Dei tui est: non facies omne opus in eo, tu & filius tuus & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui est intra portas tuas. Item nullus egrediatur de loco suo die Sabbathi.* Pridie cibi præparabantur eratq; parasceue; ipso autem Sabbatho, nec coquere, nec quicquam facere licebat, imo nec ambulare nisi ad medium miliare, id est, vt Lucas habet 15. parua stadia vel vt Epiphan. 5. magna. Audiebant isto die Legem Moysis in Synagoga, instituebantque conuiuia ad recreationem corporis, & pauperibus mittebant partes. Volebat autem hæc omnia Deus tam stricte seruari, vt pauperem Sabbato ligna colligentem iusserit ab omnibus lapidari, illis quoq; qui Sabbatum bene seruarent, multa apud Ieremiam promittit: vetans opera externa, & sarcinas in vrbem deforis inferri, per vrbem deportari, è domibus eijci. Seruabatur porro Sabbathum in memoriã quod *septimo die* quieuerit Deus, postquã cœlum, & terram, omniaq; quæ in eis sunt, sex diebus creasset. Interim opera illa, quæ vel ad vitæ conseruationem, vel ad mali grauis auersionẽ, necessaria erant, non prohibebantur. Ideo cum Israelitæ Sabbatho oppugnarentur, intellexerunt se lege non prohiberi, à necessaria defensione, & hostibus repugnarunt. Eodem modo, permittebant Pharisæi bestias periclitantes iuuari, & equos, boues, asinos, &cæt. Si in puteos cecidissent, educi. Multo minus

Prouer. 29. 22
Stricte ob seruandus dies Sabba. apud Iud.
Exod. 16. 29.
Luc. 24. 13.
Act. 1. 12.
Hier. 66.
Act. 15. 21.
2. Esd. 8. 10.
Tob. 2. 2.
Num. 15. 32.
Ierem. 17. 25.
2. Esd. 13. 19.
Gen. 2. 2.
Quid in Sabb. non prohibebatur.
1. Matt. 2. 41.

minus vetitum erat, sine corporali labore quenquam vt Christus faciebat sanare. hoc enim humanum non est, sed Dei opus supra naturam, per inhabitantem Dei virtutem. Quatuor autem in hoc præcepto intendebat Deus. *Primo*. vt homines sex diebus vtilitati suæ impensis, septimum Deo sacrarent. Docet enim naturalis ratio, aliquod tempus Deo impendendum, pro gratiarum actione de pręstitis ab eo beneficijs, & secludendas tunc distractiones, occupationesq; alias, sicuti habemus quotidie tempus somno, & cibo destinat[illegible]m, quo reliqua omnia seponimus. Huic rei aptissimus erat dies septimus, vt Deo gratias ageremus de maximo beneficio tũc præstito, nempe cœli & terræ creatione. *Secundo*, Vt impensis corpori sex diebus, vnum animæ saluti impenderent. *Tertio*, vt auaritia compesceretur, cui homines alioqui nullum ponerent terminum. *Quarto*, ad seruorum & ancillarum quietẽ, ac solatium, quos alioquin Domini laboribus opprimunt. Ideo etiam equos mandabat Deus quiescere, & alias bestias ne serui his occuparentur, similiter cessationem à præparandis cibis, & lotionibus, vt ancillæ quiescerent. In noua vero lege etiam præcepto hoc tenemur, non tamen secundum Iudæorum cæremonias, sed Ecclesiæ doctrinam, ab Apostolis traditam. Et quia nobis plura Deus, quam Iudæis pręstitit: æquum etiam est, vt maiores Deo gratias agamus, festaq; maiori cum reuerentia, & deuotione celebremus Maximum inter præstita nobis à Deo beneficia est, quod Filius Dei pro peccatis nostris sit passus, & mortuus: nosque passione, sanguine, & morte sua ex diaboli tyrannide liberarit; resurgens à mortuis prima hebdomadis die, nempe Dominicâ, postridie Sabbathi. Propterea Apostoli Sabbathum mutarunt in Dominicã, eiq; nomen Dominicæ diei indiderũt: vt tunc, initio sc. hebdomadis, beneficia Christi cogitarem⁹, & pro gratitudine omnia illius hebdomadis opera, illius honori sacrarem⁹. Quod vt fieret cõmodius, alias nobis cæremonias, pro Iudaicis, dederũt, proponẽtes quid facere & quid debeam⁹ omittere. *Primo*, Laborabimus vt die festo magis à peccatis, q̃ alias abstineamus: tunc enim tempus est, quo contra diabolum Christo inimicum præliari debemus. Ideo sicuti nequiter, &

Quadruplex ratio cur Deus tam rigide voluerit obseruari Sabbathum. 1. 2. 3. 4.

Sabbath[illegible] Christian[illegible]

Quid in eo faciendum. 1.

pro-

proditorie facit miles, qui alijs diebus in Regis sui castris otiosus ludit, die vero prælij transit ad hostes, ac Regem suum cum his oppugnat: sic pessime faciunt, qui tota hebdomade mercaturam, opificia, officia administrãt, diebus autem Dominicis, peccata plura committunt, quam alias: in conuiuijs, superbo ornatu, otio, detractione, lusu, saltatione, impudicitia, &c. atque ita faciunt voluntatem diaboli, repugnantes voluntati Dei. Timendum est vt festa nostra non minus oderit Deus propter peccata quæ in eis committimus, quam festa Iudęorum, quæ vti apud Prophetas grauiter queritur, eadem de caussa oderat: *Secundo*, Vetantur opera seruilia, vt
2. sunt opera mechanicorum rusticorum, &c. *Tertio*, Mercatu-
3. ræ, & negotiationes. *Quarto*, Quicquid caussas ciuiles concer-
4. nit, & lites; vt sunt. *Primo*, Cogere pro caussa ciuili Magistratũ ciuilem. *Secundo*, Præstare coram Magistratu solenne iuramẽtum. *Tertio*, Pronuntiare sententiam capitalem. *Quarto*. Lites ciuiles audire, promouere, sollicitare, &c. Possunt interim

Primo. hæc certis quoque de causis licite tunc fieri. *Primo*, Ex necessitate, sic licet alligare vulnera, sanare morbos, cibum pręparare, & coquere. Quemadmodum & Apostoli Sabbatho dũ irent per sata, stimulante fame, vellebant, & fricabant spicas.

Secundo *Deinde*, ad impediendum notabile aliquod damnum, quemadmodum Pharisæi animantes suas, ex foueis in quas inciderant, extrahebant. Ita quidem animalia dum in diuersoria veniunt, exonerantur, atque etiam conceditur, vt frumentum

Tertio. in horrea, timore imminentis pluuię, inuehatur. *Tertio*, dum res exigua est, qua quis non multũ molestetur, veluti, si quid necessariò reparetur, sarciatur, ematur, quod iustum ac statu-

Quarto. tum suum pretium habeat. *Postremo*, dum in commodum cõmunitatis fit, neq; in alium diem differri possit, quemadmodum in bello fodere, tormenta onerare, &c. Igitur intentio Ecclesiæ in hoc præcepto est, vt omnes nostras occupationes, molestias, & mentis turbationes abijciamus, vt eo melius nos Deo conciliemus. Quod attinet ad illud, quod quidem festis diebus facere tenemur Ecclesia etiam ad multa non obligat, propter torporem & imperfectionem mentis nostræ. Certè temporibus Apostolorum, & diu post, dum Christiani feruentiores

uentiores essent, strictius, meliusque omnia fiebant. Neq; enim solum singulis diebus Dominicis Sacrū & concionem audire, sed etiam Sacrosanctum altaris Sacramentum suscipere tenebantur, quemadmodum in Canonibus Apostolorum expressè præcipitur, atque multis annis obseruatum fuit vt testantur S.[a] Iustinus, & S.[b] Cyprianus, martyres. In Actis Apostolorum Christiani primo die hebdomadis, nimirum, die Dominica, ad frangendum panem conueniebant, id est (vt Beda interpretatur) ad fruendum hoc sacramento altaris. Igitur, quo propius ad priscum illum morem & viuendi normam accedimus, eo etiam perfectius præceptum hoc Apostolicum implebimus. Quoniam autem Ecclesia nostram inertiam perspexit, neque etiam nos diebus Dominicis & festis ad aliud opus obligat sub pœna peccati lethalis, quam ad audiendum integrum sacrum, vti declaratum est in multis Concilijs, veluti[c] Agathensi 1.[d] Aurelianensi,[e] Triburicensi, &c. Atque hoc vt huic vnico sacrificio assistamus, (quod secundum Malachiæ prophetiam) loco plurium Sacrificiorum in Veteri Testamēto offerri solitorum, institutum est, in quo magnum illud sacrificium nobis in memoriam reuocamus, quod à Christo pro peccatis nostris, tanquam supremo Sacerdote, & Filio Dei, in altari crucis, in sancta passione & morte, oblatum est, atque (iuxta mandatum ipsius:) inde etiā maximum Christi beneficium, nobis in memoriam redit. Quoties ergo Sacrificium Missæ audimus, toties meritis Christi, ac eius beneficijs respondemus: confitemur enim Catholicam nostram fidem; satisfacimus pro peccatis nostris, veniam quotidianorum defectuum & errorum acquirimus, nouam gratiam & beneficia accipimus, merita Christi participamus, spiritualiter denique Sacramentum altaris suscipimus, &c. Nam sacrificium Missæ, summum opus est totius mundi, in quo panis & vinum in verum Christi corpus & sanguinem transsubstantiatur, in quo Sacerdos Filium Dei Patri suo cœlesti offert, atque ante oculos eius ponit mortem Christi per species aridi & azymi panis, tum etiam sanguinē effusum, tanquam per species humidi vini in calice collectū. Proinde conuenit, vt hoc sacrificium cum omni deuotione audia-

Can 16. Et de conse rat. distinct. 1. Cap. omnes 62.
a Apolog. 2. ad Antonin.
b Ser 5. de lapsis.
Actor. 2.4 & Ibid. 20.7.
c Cap. 47.
d Can. 28.
e Can. 35.
Malach. 1. 11.
Luc. 22. 17.
Luc. 11. 7.

audiamus: quia quisquis sub sacro fabulatur, aut se sciens volensque alijs negotijs occupat, is nec sacrum audit, nec pręcepto Ecclesię satisfacit. Quin tamen ad hoc præceptum non obligantur illi, qui sacrum contra voluntatem suam audire nequeunt, veluti, captiui, infirmi, aut qui alibi essent, vbi sacrum nullum fieret. Item qui sine notabili damno & dedecore sacrum audire non possunt, veluti viatores, qui tempus Missæ expectare nequeunt. Nam Ecclesia sancta est mater nostra, quæ secundum animam & corpus, commodum nostrum quærit & amat, & non nouerca, quæ onera intolerabilia imponit. Quicquid vero de Dominica iam dictũ est, hoc etiã intelligere debemus de festis diebus, propterea quod Ecclesia, quę potestatẽ habebat Sabbathũ mutãdi in diẽ Dominicũ, eandẽ potestatẽ habeat festos etiã dies instituẽdi, nõ minus, q̃ superiores in veteri Testamento festos dies instituerũt. Quoniã Deus per miracula frequentia ostendit, se velle omnino, festos dies celebrari; vti S. Gregor. Turonẽsis, vltra mille annos, de hac re prodigia tradidit, & nominatim de duobus, qui festos dies transgrediendo, puniti sunt: vnius .n. ceruices Dæmonem fregisse, alterius vero domum cum omni suppellectile deflagrasse, commemorat. Vide hic Deũ velle Sanctos suos honorari, & in pretio haberi. Quamobrem Dominicam diem celebra, & omnes dies festos, quia nihil inde incõmodi patieris: cogita opus tuum non tantum vtilitatis afferre, quãtum Deus ipse, qui te sua gratia promouet. Videris quidẽ laborando festis diebus, lucelli aliquid facere, sed plus damni tibi concilias; perdis enim res tuas si vel alius foro cedat, vel tu ipse bonorum tuorum iacturã facias, aut etiam in morbũ grauem & diuturnum incidas: quod aliam non habet causam, nisi quod vitam, Christiana fide relicta, humanæ tuę sapientiæ & rationi accommodare solitus sis.

VI. *At illi tacuerunt.* Homines hi in absentia Christi satis loquaces erãt: quia peccatorem illum esse, Sabbathum violare, cõtra legem Dei agere calumniabãtur, sed in præsentia eius obmutescebant. Ita etiam nunc multi inueniuntur, qui in conuiuijs, aut alijs conuentibus mira de proximis absentibus afferre norunt, quorum tamen in præsentia, pisce magis muti

sunt,

sunt, quin & rogāt cōuiuas, ne quid de dictis effutiant, læsæ nimirū alienæ famæ sibi cōscij. Verū enimuero, quotquot tales sunt, Pharisęorum filij sunt, vti & illi, qui aliorū peccata & defectus alijs propalant, ad irridendū aut detrahendum, ad corrigendum autem nemini aperiunt, imò & à superioribus Ecclesiasticis aut sæcularibus interrogati tacent, & veritati parcētes, nihil se de altero scire aiunt: Tales denique sunt hæretici, qui apud imprudentes homines, nil nisi scripturas clamitant: sed dum in conspectum viri docti veniunt, muti ipsi, alios se libenter, vt superiores audituros, affirmant. Aduerte hic omnem sapientiam humanam diuinę oppositam mutam esse. Licet ergo in hoc mūdo loquax sis admodum, in iudicio tamen nouissimo, verendum ne prorsus obmutescas. Proinde nunc coram hominibus parum admodum loquere, cum Deo & sæpè & multum, vt & ipse tuam, & tu illius loquelam agnoscas, ne dum venerit interrogare aut loqui tecum in illo die, respondere vel non valeas, vel saltem excuses.

Ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Aduerte *Inprimis*, Christum miserum hunc virum sanasse, non obstante mala Pharisæorum voluntate, quos etiam sciebat hoc facto grauiter commouendos. Quando bonum aliquod fecisti propositum, noli illud propter obloquia hominum, missum facere: sed cogita canes eos oblatrantes esse, qui nec te ab instituto reuocare nec res tuas impedire debeant. Vtere ergo ratione recta contra impudentes has animantes, nec magni latratus illarum facito, quia si latratus istos suos nihili fieri aduertant, ipsæ sibi silentium imponent. Parum siquidem boni præstabit, qui rumores hominum excipere, ijsque turbari intendit: nulla est enim virtus tam magna aut tam parua, quę non summè Diabolo displiceat, & quam ille per ministros suos & satellites non gestiat impedire. Aduerte *deinde*, Christum hūc hydropicū ad se sumere, idest purissimis suis manib. attingere licet sordid⁹ omnino ac fœtidus esset, ad docendū nos inprimis, q sancto suo corpore nos attingere etiā cupiat, licet multū sordescam⁹, valdeq; imperfecti simus, si modo bonā volūtatē ad placēdū ipsi, cōferamus. Idcirco ne verecūderis, diuino ei⁹ corpore in Sacramēto vti: quia per aduentū & attactū VII.

illius, omnem puritatem & sanitatem acquires. Deinde, quod auxilium nostrum proximo subtrahere nō debeamus, ob immunditiem eius, quantumuis etiam nostra immortificata natura à fœditate illius abhorreat: quia in hoc seipsum superare magnæ virtutis est, & veri erga proximum amoris inditium. S. Catharina Senensis ex puro amore fœminæ cuidam pauperi inseruiebat, quæ vlceribus & sordibus plena erat. Quod cum ægrè ferret Dæmon, mirabili quodam astu S. Catharinam in pio hoc opere impedire cogitabat: quare hoc effecit, vt maior solito ex vulneribus miseræ istius fœminæ fœtor exhalaret, qui, dum Catharina solitum curationis adhibitura remedium, eadem nudaret, etiam illam afflaret, flatuq; tam graui impleret os eius, vt accessura deinceps ingenti nausea afficeretur. Illa vero, licet à natura huiusmodi fœtoris exhorresceret, Diaboli tamen insidias hac arte modoque illusit, suæque naturæ vim intulit: accedens namque primo os suum ad fœtida illa vulnera propius admouet, ad fœtorem magis percipiendum, deinde omnem saniem absorbet, quo de cætero ad huiusmodi vulnera non horreret. Christus vero ostensurus gratum sibi & acceptum hoc eius facinus fuisse, illud ei concessit, vt dulcissimum sibi cibum comedisse videretur. Sequenti dein nocte apparuit illi cum quinque suis vulneribus, quibus illa visis mirum in modum exhilarata fuit. Simile quid nostro hoc tempore factitasse legitur Sanctus Franciscus Xauerius, primus Iaponum & Chinensium Apostolus. Venetijs namque in Xenodochio quodam cum pauperibus inseruiret, ex impura vulnerũ sanie, horrore quodam motus, seipsum superaturus omnem saniem ex vulneribus exsugit, illud consecutus, vt nunquam huiusmodi vel similes sordes auersaretur. Cæsarius quoque æquè notabilem scribit historiam, quæ tempore suo, hoc est circa annum Domini M C C. in partibus Galliæ contigerit. Ait enim Episcopo cuidam licet iuueni, amoris tamen in proximum pleno obuium fuisse factum leprosum, ita fœtidum, & sanie tam graui turpem, vt sine singulari horrore nemini eum vel aspicere liceret. Inclamans porro auxiliarem Episcopi manum, largam ab eodem eleemosynam consecutus est. Qui tamen, dum

Raymund. in vita eius.

In eius vita lib. 1. cap. 5.

Lib 8. c. 32.

dum pecuniam ſibi offerri vidit, hanc inquit, nolo Epiſcope, ſed ſaniem mihi iſtam ex hoc vulnere profluentem abſterge. Epiſcopus igitur ſumpto ſtrophiolo, ſaniem conatur abſtergere; ſed ille nimis hoc aſperum eſſe conqueritur: vnde manũ extendit Epiſcopus, quam tamen etiam duram ſibi, leproſus ait. Quærit ergo Epiſcopus, quomodo ſibi ſaniem iſtam velit abſtergi? Lambe illam, reſpondet, lingua tua, & nullum inde dolorem ſentiam. Ex hoc igitur magnum in ſe certamen perſentiens Epiſcopus, ſeipſum tamen vincit, & lingua lambit vulnera eius: ſed ecce, dum lambit, loco saniei, in os eius pretioſiſſima margarita decidit, & leproſus ſubito ab oculis eius euaneſcens, in cœlum rapitur: CHRISTVM ſe fuiſſe oſtendendo, qui ad probandum eum venerit, quique nunc ad preparandum illi triumphalem locum obiret, quem pro tam glorioſa victoria habiturus eſſet. Verum hæc opera & geſta Sanctorum ſunt, quibus docemur opitulari proximo in quauis neceſſitate, & nobis ipſis ad honorem Dei vim inferre. Aduerte poſtremò, quod Chriſtus hominem iſtum, poſtquam ſanaſſet dimiſerit, nullum præmium expectans, prius adhuc quam cum Phariſæis diſputaret. Inprimis, vt nos libentiſſimè, ob amoré Dei, proximo noſtro, ſine vllius mercedis deſiderio, opitulemur, expectemusque à ſolo Deo remunerationem, quam ille centuplicem refundet: quo enim plus hic in terris, pro operibus illi exhibitis, accipis, eo minus in cœleſti patria tibi adſignabitur. Beatus ergo ille, qui cum benè probeque agat, mala patitur hic, quoniam præmium eius in cœlo integrum reſeruatur. Deinde, ad docendum nos, ſuperiores repræhenſione forſan aliqua dignos, non in præſentia, ſed abſentia ſubditorum admonendos, quo & exiſtimatio eorum & authoritas ſeruetur illæſa, noſque in omni humilitate ijſdem ſubiaceamus.

Et reſpondens dixit ad illos: Cuius veſtrum aſinus, aut bos in puteum cadit, & non continuò extrahet illum in die Sabbathi? Reddit hic Chriſtus rationem operis ſui facti in die Sabbathi. Nam ſi licet Sabbatho beſtias iuuare, longe magis licet hominem curare, propter quem omnia animalia facta ſunt. Certè & nunc multos Phariſæorum licet inuenire diſcipulos, qui hoc Chri- VIII.

sti argumentum non capiant, cum minoris æstimēt hominē, quā bestias, easq; licet irrationales, ratione vtenti præferant. Equis enim suis, & canibus nihil deesse volunt: cubiculorum parietes nescio quam variegatis tapetibus conuestiunt & exornant; mulos holoserico aut alia quantumuis pretiosa materia sternunt. Sedes etiam auro illiniūt: pauperis interim Lazari cum socijs suis ante ædes iacentis obliti: nec est vel domesticorum vllus, qui aut nuditatem eius vestire, aut rabidā ipsius famem micis de mensa Domini cadentibus, sedare cogiter, nullus est omnino qui rebus adeo secundis miserę illius & infœlicis fortunæ misereatur. Asinus in lutū cadit, & quilibet iuuat, vt resurgere valeat, homo in peccata labitur, & nemo est, qui æstimet aut procuret, vt ex tanto malo resurgat. Vnde autem ista cœcitas? nisi quod pluris faciamus bestias, quam homines; quos tamen Christus filius Dei, sanguine suo & morte redemit. Excęcamur enim adeò proprio amore, vt res illas pluris æstimemus, quæ nobis maiorem vtilitatem afferūt. Tu vero sedulo tibi caueas ab huiusmodi cęco iudicio, quia sicut non cupis iudicē aduersario tuo affinitate aut sanguine iunctum, vel etiam largitione corruptum, ita & tuo ipsius iudicio noli acquiescere, cum prauis huiusmodi affectibus plenus sis, qui te tantum non excęcant, & sensibus ac cōcilio orbant. Cum ergo post hanc mortem sistendus sis Iudici omnium harum inclinationum experti, tu & ita hic iudica, vti ab illo iudicari desideras.

Bernard. lib. 4. de conside-rat. in fine cap. 9.

IX. *Et non poterant adhoc respondere illi.* Eheu, quam multas tibi Christus in nouissimo illo suo iudicio, quæstiones proponet, ad quas non poteris respondere quicquam? Dicet etenim: Ecce, esuriui & non dedisti mihi manducare, maiorem habens curam canis quam mei. Eleemosynam petij, sed & hic meretrices mihi tuas & cōcubinas prætulisti, multos illis aureos elargitus. Nudum vidisti me, sed tanquam non visum transiens, bestias, cubiculi tui parietes, pretiosis tapetibus exornasti, abacos scyphis & pateris argenteis tantum non depressisti. Iacui ante fores domus tuæ, non inueniens vbi reclinarem caput meum, sed & inde mulieribus mihi inhonestis prælatis, depulisti. Infirmum sciebas decumbere, sed maiori tibi

tibi curæ fuit ægritudo equi tui aut canis, quã mei ipsius. Sed, cur te mihi tam inhumanum pręstitisti? an ego bestijs non erã præferendus? annõ sciebas, in pauperibus me delitescere, & quicquid eis præstiturus fores, hoc me tibi abũdè redditurũ? Sed, quęso, quid ad has tam graues & difficiles quęstiones respondebis ô homo dure & immisericors? Illud profectò Dauidis. *Omnis iniquitas oppilabit os suum*: itemq; illud, *Muta fient labia dolosa*. Cõsidera igitur statũ impiorũ hominũ, qui cum nihil ad defensionẽ sui respõdere possint, ad meliorẽ tamẽ frugẽ nõ reuertuntur. Tales ferè pro maiori parte sunt hæretici oẽs, ijs enim licet os soliditate doctrinæ Christianæ obtures, ad saniorem tamen mentẽ propter duritiẽ cordis eorum, vix reuocare poteris. Fides namq; ingens quoddã Dei donũ est, quod non homo, sed Deus homini concedit. Quare disputaturus cum hæreticis, noli doctrinæ tuæ nimium cõfidere, sed ora Deum, vt eorũ intellectum gratia sua illustrare, & saxea corda emollire dignetur. Porro, teipsum quoq; diligenter custodias, & ab illa pestilẽti lue tibi caueas necesse est. Quẽadmodũ enim mulier, quæ in adulterio diu vixit, nõ facilè pristinũ honorẽ recipit. Sed semper propensa manet ad consuetã illam suã turpidinem: ita quoq; anima Deo per fidẽ despõsata, dum per hæreticã incredulitatẽ fit sponso suo infidelis, adeo multum à Diabolo per incredulitatem vexatur, vt difficulter admodũ pristinam suam quietem recuperare valeat.

Psal. 106. 42. *Psal. 30. 19.* *Simile.*

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Aduerte hic *Inprimis*, quod Christus, ne in mensa concederet conuiuis tempus, de rebus inutilibus differendi, prior ipse loqui incipiat de rebus bonis, quæ & hospitem & reliquos discumbentes mouere possent ad vitæ emendationem: quorum etiam vnus adeo fuit amore cœlesti inflammatus, vt coram omnibus exclamando diceret: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.* Laudabile igitur est ac salutare, vt dum corpus cibis corporalibus satiatur, anima simul verbo Dei reficiatur. Plus enim externa ista cibi sumptio proderit nobis, si prauam illam proximis detrahendi consuetudinem relinquamus, neque sermones illicitos, quandoque & inuerecundos, epulis IX.

immiſceamus. Atque hinc eſt, quod vſus in monaſterijs & religioſorum hominum cœtibus obtinuit, vt in menſa quilibet tacens, ad ea tantum, quæ ex libro ſpirituali leguntur, attendat, quo cor ſic ſurſum eleuetur, & ad cœleſtia contemplanda erigatur. Aduerte *Secundo*, quod Chriſtus, licet mediũ ſe inter inimicos ſuos ſedere ſciret, oblatas tamen eos docendi occaſiones non intermiſerit: incertum eſt enim, vbinam Verbum Dei hominem capiat. Vnde licet illud haud multũ ſæpè cures, moneris tamen ſubinde, ſimilis ſportulæ quæ etſi in aquam demiſſa eandem non capiat, madefit tamen. Accidit enim quandoque vt poſt annos viginti vel triginta recorderis in iuuentute auditorum, dum fortaſſis morbo aliquo aut graui calamitate premeris, ſicque ad ſaniora conſilia reuertaris, &, vt inquit Iſaias Propheta, *Sola vexatio intellectum det auditui*. Qui ergo veri Euangelij præcones eſſe deſiderant, verbum Dei tacere non debent: etſi ludibrio illud auditores pro tunc habeant, fortè namque erit ex tanto numero vel vnus, qui reſipiſcat, vti in hac menſa accidit, vnde & reliqui exemplum ſumant, vt & ipſi aliquando reuertantur ad cor. Aduerte *poſtremo*, quod CHRISTVS, ſimilitudine hac ſua lõgè aliud, quam verba præ ſe ferant, intendat, per humilem enim iſtum modum ſedendi ad menſam, veram in omnibus rebus humilitatem ſectandam, prçcipuè vero inter Chriſtianos & Eccleſiaſticos, oſtendit.

Simile.

Iſa. 28. 19.

XI. *Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco:* Chriſtus non vetat primum locum in menſa occupari, quia non vult locum iſtum vacuum manere, ſed prohibet, ne ex ſuperbia quadam locum iſtum eligas & occupes. Cum ergo vocatus ab amico, primo loco menſę collocaris, ſine vlla reprçhenſione ibidem poteris conſidere. In Eccleſia ſiquidem ſuperiores eſſe debent, tam ſæculares, quam Eccleſiaſtici: ad hunc autem ſtatum quiſquis ſeipſum promouet, & non eligitur legitimè, in hunc verba Chriſti optimè conueniunt. Verum eſt quidem primo loco ſedentibus plus honoris deferri, iiſque lautiora quælibet fercula apponi: ſic & ſuperiores plus cæteris honorantur, maioremque habent rerum omniũ abundantiam ſubditis. Quoniam autem nemo Sanctorum

cupiuit

cupiuit vllam huiusmodi amplitudinem, aut officium Superioris, veluti Summi Pontificis, Episcopi, Abbatis, Prioris, Antistitis &c. sed potius oblatum, respuit, signum est, sub tali amplitudine plus mali aut periculi delitescere, quã quisquã primo intuitu cognoscere possit. Filij Zebædei in alto digni- *Matt. 20. 22.* tatis loco sedere cupiebant, alter quidem ad dexteram Christi, alter vero ad sinistram, sed responsum tulerunt: *Nescitis quid petatis.* Superior enim inter suos subditos, quod opilio inter suas oues esse debet. Quemadmodum namque magnũ discrimen est inter opilionem, vt ratione præditum, & oues vt omnis rationis expertes, vnde & præeuntem sequuntur: ita & Superior subditis suis maiori quadam sapiẽtia, prudentia, consilio, sanctitate, & reliquis omnibus virtutibus anteire tenetur: quia Superioris est illos regere, subditorum vero cõsilium eius sequi, & præceptum libenter acceptare, nec curiosè circa illud inquirere, verum cœca quâdam & simplici animi promptitudine eiusdem voluntati ac mandato acquiescere. Certè plus laborat auriga alios vehens, quam illi qui in curru sedent: plus nauclerus, quam illi qui naui vehuntur: Vnde & si quod damnum vectoribus inferatur, ipsorum incurria, resarcire tenentur. Idcircò non appetas dignitatem vllam, priusquam à Deo legitimè ad illam voceris: neq; etiam temporalem honorem affectes, considerans te nullo honore dignum. Honor enim præmium est virtutis, qui nulli debetur, nisi qui virtutibus eminet, easque factis ostendit. Atq; hic est humilis, qui seipsum non habet pro viro virtuoso ac pręmijs digno, sed pro minimo, & cui nullus omnino honor debeatur. Quisquis iam sibi persuadet se dignum esse honore aliquo, is falsò opinatur se hominem probum, pium, &c. ac proinde superbus, & omni honore indignus est.

XII. *Ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum.* Alia hæc causa est, quare nõ conueniat tibi, temporales honores quærere, scilicet, ne cum dedecore ab ijsdem reijciaris. Et quidem malos interdum homines Deus præsidere permittit. Inprimis, propter pecca- *Iob. 34. 30.* ta populi, vt dicit Scriptura. Deinde vt Superioris peccata *2. Reg. 18.* grauius puniantur, quemadmodum contigit Absaloni, & *[illegible]*

 super-

superbo Aman. Si ergo indignus es honore cogita te facilè eum abdicare posse. Certè si Deus cum populo suo tibi commisso benignè agere cogitat, aut etiam tua peccata punire constituit, excludet te à dignitate tua, aliumque sufficiet in locum tuum, qui officio illo melius ac dignius fungatur; atque hoc aut in vita hac te relinquendo, vt miserias tuas superstes intuearis, quemadmodum Adonias & Vasthi suo regno sunt spoliati, & Abiathar suo sacerdotali primatu, in quorum locum substituti sunt, Salomon, Esther, & Sadoch: aut tollendo te ex hac vita ante tempus, quemadmodum accidit Sauli & Aman, quibus successerunt, Dauid, & Mardochæus. Et huius nobis rei exempla quotidiana sunt, in magnatibus præcipuè. Neque id mirum, cum loca ista sublimia periculosa sint & lubrica, quare si in ijsdem constitutus es, merito lapsum timere poteris, maximè si officio indignus existis, multorumque fraudes & insidias, qui te ex illa amplitudine detrudere gestient, vereri. proinde si concidas semel, caue ne ceruices frangas: ex alto enim loco haud sine grandi periculo quis labitur.

3. Reg. 2. 2. Esth. 1. 9.

XIII. *Et tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere.* Homo superbus & ambitiosus cani similis est, qui cum alios semper conetur anteire, sequentibus se plerumque impedimento est, vnde de via meritò turbatur. Sic & superbi, cum se cæteris præferant, paulatim etiam deprimuntur, ita vt infimum tandem locum obtineant. Antiochus & Herodes viui aliquando capita in sublimè erexerunt, nunc à vermibus exesi, & mortui, esca sunt Inferni. Verum nunc verba huius sententiæ aduerte, & illud imprimis, *Et tunc incipias.* Nonnunquam superbi homines in hac vita incipiunt sperni ab alijs & reijci, sed semper incipiunt illud in Inferno, in quo nullus vnquam finis, nullus progressus, sed sempiternum principium est.

2. Mac. 9. 9. Act. 12. 23.

Nam post annorum aliquot myriades nihil adhuc quicquam imminutum erit de tempore pœnarum: quicquid enim de æternitate abstuleris, cum infinita sit, nihil tamen imminuetur, & adhuc tempore suo constabit. Hæc

tecum

tecum cogita ô homo, & nullum æternitatis finem esse considera. Deinde, *Cum rubore*; Quemadmodum enim nemo est, qui rerum temporalium iacturam ægrius ferat, quàm auarus: nemo qui velocius malo aliquo tangatur, quam cholericus & iracundus: nemo qui citius corporalem pœnam, aut incommodum sentiat, quam homo mollis & effœminatus: ita nec vllus est, qui ignominiam sibi illatam iniquius ferat, quam homo superbus & inflatus. Aman adeò ægrè tulit, quod Mardochæus eum, secundum arbitrium suum non honoraret, vt etiam omnes eius diuitiæ, amplitudo, authoritas, & quicquid possideret temporalium bonorum, nihil sibi esse præ ignominia illa viderentur, vnde vt hanc vindicaret, cogitauit omnes Iudæos interficere, & vniuersæ Iudaicæ nationi exitium afferre. Quando homo superbus & ambitiosus ad extremam illam ignominiam & confusionem deueniet, quantum obsecro tūc verecundabitur, quomodo non maximam ignominiam & dedecus sentiet? Quod si esset honesta quædam matrona vna cum viro suo in prandio aliquo, & in summo mensæ loco consideret, carnifex autem infami suo satellitio stipatus intraret locum conuiuij, mulieremque istam vi loco suo pulsam spoliaret vestibus, omniique ornatu nudaret, diceret insuper: Meretrix hæc inhonesta mulier est, & vera falsis miscendo, omnia ipsius occulta & clandestina peccata detegeret: quod putas dedecus mulierem istam, quæ ad illud vsque momentum honesta esset habita, passuram? Hoc ipsum planè superbis longè aliquando horribilius eueniet. In hoc quidem mundo dedecoris materiam suppeditabunt paupertas, nuditas, contemptus, illusio, pœna publica: sed in inferno omnia hæc illis verius euenient, vtpotè cum ista superbiæ & ambitionis affectio non minor illic, quā & in hac vita fuerat, quin & maior, futura sit. Postremo. *Nouissimum locum.* Non quidem aliquo modo infimum locum, ad comparationem huius, aut istius, sed absolutè extremum, humillimum, sordidissimū, fœtidissimū, turpissimū totius mundi, adeò procul à Deo, & ab omni bono,

Esthe. 5. & 6.

Simile.

bono, vti infernus à cœlo distat. Eant iam nunc politici isti cum Machiauello suo, & dicant, propter honores temporales & diuitias, non abstinendum esse ab homicidijs, iniustitia, & peccatis quibuscunque. Quid enim, quæso, nunc prodest Machiauellistis, illegitimis medijs in hoc mundo ad honores peruenisse, cum in imo iã Inferni barathro delitescãt, ibique in omni confusione, paupertate, & miserijs incredibilibus exurantur, derelicti ab omnibus & illusi, idque sine termino ac fine. Itaque hoc omnes diligenter ponderate, qui honoribus huius mundi ita insidiamini, quod cupiditas illa & temporalis honoris ambitio sempiternum tandem vobis exitium conciliabit.

XIV. *Sed cum vocatus fueris, vade, recũbe in nouissimo loco: vt cũ venerit, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius.* Multi humilia loca occupant, qui sublimioribus digni sunt, & quidem illi sapienter faciunt, qui illam viam ingrediuntur, vt ad altiora loca ascendant. Etenim honor est tanquam vmbra tui corporis: quam si fugis insequetur te, si illam insequeris, fugiet. Si vero illam totam habere cupis, corrue in terram, & subter te erit, nec à te aufugiet. Certè humilitas, singularis Christianorum virtus est, Gentilibus prorsus ignota: quam Christus verbo nos & exemplo docuit, inquiens; *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* Cum enim in hunc mundum venisset, mox quæsiuit locum humillimum, stabulum scilicet & præsepe, & per humillimos hos gradus, vti & patibulum crucis, adeo altè ascendit, vt nunc in supremo cœli loco ad dexteram Patris sedeat. Vnde cum ipse humilis sit, similes sibi quærit homines eãdẽ virtute præditos, eos vt extollere possit: sicut contigit Abrahamo, qui dum seipsum puluerem & cinerem æstimaret, pater multarum gentium fieri meruit. Dauidi qui, dum iunior & abiectissimus fratrum suorum esset. Rex super Israel constitutus est: pastoribus, qui dum custodirent vigilias noctis super gregem suũ, ab Angelo ad præsepe vocati sunt: piscatoribus, quos in Apostolos, dum reficerent retia, elegit: Lazaro, quem vlceribus deformem, in sinu Abrahæ collocauit: ante omnia autem humillimæ Virgini Mariæ, quam in matrem suam & nutricem elegit. Et quidem omnibus istis dixit:

Matt. 11. 29.

dixit: *Amice ascende superius.* Quare vestigijs horum insiste, vt ijsdem ab illo verbis compellari & inuitari merearis. Multi principes & magnates, qui hanc inuitantis vocem audire voluerunt, alta huius mundi loca relinquentes, in solitudines aut Cœnobia secesserunt, religiosum & pauperem habitum assumpserunt, & in hoc mundo abiecti & abominabiles esse voluerunt: quibus post hanc mortem à Christo dictum est; *amici ascendite superius,* humili enim illo loco sat diu consedistis: relinquite vilem illum habitum meâ causâ assumptum, vt induam vos stolam gloriæ: relinquite illam paupertatem & contemptum vt æternis mecum delitijs & honoribus perfruamini. CHRISTVS de Lazaro sermonem instituens, non dicit, Lazarus mortuus est, sed mendicus mortuus est. Lazarus quippe in gremium Abrahæ descendit, mẽdicitas autem eius & paupertas in hoc mundo permansit. Quamobrem exemplo Sanctorum humilitatem sectare, amicus sis Dei, constitutus nempè in statu gratiæ: ama & quære hic quod humillimũ est, vt & tibi à Christo dicatur, *Amice, ascende superius,* ascende ad me in altum, noli erubescere de humili loco: quia à quo tempore Christus in illo sedit, honestior fuit ille locus, primo. Locus enim in quo Rex cum nobilibus suis sedet summus est, licet extremus alioquin: sic Roma, Christiani orbis caput est, quod ibi Summus Pontifex resideat; locus enim non dat honorem hominibus; sed ab hominibus locus honorem accipit. *Luc. 16. 20.*

Tunc erit tibi gloria cum simul discumbentibus. Christus non vult humiles nos esse, vt postea honoremur & extollamur, aut infimo loco considere, vt sic cum honore ad altiorem euocemur, sic enim solent hypocritæ agere: nec enim Christus superbiæ magister est, sed humilitatis: vult ergò temporalem honorem contemni, non, vt non acquiramus illum, sed vt non indecenter acquiramus, quærẽdo locum infimũ, & relinquendo hospiti omnem potestatem disponendi & collocandi conuiuas suos, qui etiam te iubebit sedere secundum conditionem tuam, atque merita. Aduerte quo honore & gloria, humilis anima solet sursum ad cœlum ascendere. Angeli enim sancti molliter eam portant, & ducunt cum XV.

maxi-

si humilis es, profundus es & vacuus, ac proinde valde aptus ad gratiam DEI hauriendam: Si vero superbus es, tibique ipsi nimium complacens, suam tibi Christus gratiam infundere nequiet, cum vanæ gloriæ lapidibus cupam impletam afferas. *Deinde*, quod humiles seipsos paruipendentes.
2. Deum magni æstiment: superbi vero, inani quodam fastu turgentes eidem se præferant, cum tamen ab illo habeant o-
Psal. 67. 3. mne id, quod possident. Proinde rectè à Dauide fumo assimilantur, qui per caminum ascendit, inquinans quicquid in eodem repererit, verum dum altius assurgens fistulâ exit, mox ventorum flatu discipatur adeo, vt ne inditium eius remaneat. Sic & Deus superbos insequitur, ac in nihilum redigit, quod debitum sibi honorem auferant. Ipse est enim dator omnis honoris, atque illius est, homines in officijs, dignitatibus & honoribus collocare: Quare si quid horum tuis conaris viribus occupare, Deo vis esse similis, & de officio illius participare. In humilitate ergo permane ô homo fœtide, qui ex fœtore prouenis, & fœtore plenus es, quique nihil aliud fies, quam fœtida vermium esca: fœditas enim origo tua cum sit, finis etiam erit. In peccato conceptus es, in peccato natus, & in eodem hucusq; viuis: verseris ergo hic animo demisso ac humili, ne peccata tibi tua ad finem vsque vitæ permaneant, & ad superbum vsq; luciferum in imo Inferni barathro commorantem, demergant.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, vere medice animarum & corporum, qui vt benefacere posses alijs, domum inimicorum tuorum non vitasti, quos tamen illud sciebas intendere, quomodo te caperent in sermone, quomodo in factis reprahenderet, quomodo ad alios tanquam de re malè perpetrata deferrent, sed potius in eadem hydropicum sanasti, eoq; te demisisti, vt & causam huius tui facti Iudæis explicares, illosq; instrueres, quomodo secundum voluntatem Dei festum diem celebrare deberent ac sanctificare, quomodo veram humilitatem sectari; qua tibi placere possent, & tuæ gratiæ suscipiendæ capaces reddi. Oramus te omni humilitate mentis nostræ, digneris omnium nostrorum diram hydropem curare,

rare, sitibundam scilicet auaritiam, fœtidam luxuriam, induratamque voluntatem & intellectum in omni malitia. Da nobis gratiam, vt in cibo potuque seruemus modum, nobisq; in prandiis nostris caueamus ab omni detractione, leuitate, & indecenti animi effusione; tum quoque vt singulis diebus dominicis, & ab Ecclesia institutis festis, Deum veneremur, eosdemque piis operibus, Sacro audiendo, templaque frequentando celebremus. Fac vt temporalis ista nostra auaritia non auferat nobis deuotionem mentis, quo te exoremus ardentius, tuorum beneficiorum recordemur sæpius, omnia denique verba & opera nostra in honorem tuum & gloriam dirigamus. Quod ipsum oramus te & obsecramus ô Domine Iesu, per amorem & misericordiam tuam, qui cum Patre & Spiritu Sancto regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

si humilis es, profundus es & vacuus, ac proinde valde aptus ad gratiam DEI hauriendam: Si vero superbus es, tibique ipsi nimium complacens, suam tibi Christus gratiam infundere nequiet, cum vanæ gloriæ lapidibus cupam impletam afferas. *Deinde*, quod humiles seipsos paruipendentes,
2. Deum magni æstiment: superbi vero, inani quodam fastu turgentes eidem se præferant, cum tamen ab illo habeant o-
Psal. 67. 3. mne id, quod possident. Proinde rectè à Dauide fumo assimilantur, qui per caminum ascendit, inquinans quicquid in eodem repererit, verum dum altius assurgens fistulâ exit, mox ventorum flatu discipatur adeo, vt ne inditium eius remaneat. Sic & Deus superbos insequitur, ac in nihilum redigit, quod debitum sibi honorem auferant. Ipse est enim dator omnis honoris, atque illius est, homines in officijs, dignitatibus & honoribus collocare. Quare si quid horum tuis conaris viribus occupare, Deo vis esse similis, & de officio illius participare. In humilitate ergo permane ô homo fœtide, qui ex fœtore prouenis, & fœtore plenus es, quique nihil aliud fies, quam fœtida vermium esca: fœditas enim origo tua cum sit, finis etiam erit. In peccato conceptus es, in peccato natus, & in eodem hucusq; viuis: verseris ergo hic animo demisso ac humili, ne peccata tibi tua ad finem vsque vitæ permaneant, & ad superbum vsq; luciferum in imo Inferni barathro commorantem, demergant.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, vere medice animarum & corporum, qui vt benefacere posses alijs, domum inimicorum tuorum non vitasti, quos tamen illud sciebas intendere, quomodo te caperent in sermone, quomodo in factis reprahenderet, quomodo ad alios tanquam de re malè perpetrata deferrent, sed potius in eadem hydropicum sanasti, eoq; te demisisti, vt & causam huius tui facti Iudæis explicares, illosq; in[...] res, quomodo secundum voluntatem Dei festum diem cel[...] ac sanctificare, quomodo veram humilitatem secta[...] possent, & tuæ gratiæ suscipiendæ capaces re[...] litate mentis nostræ, digneris omnium r[...]

rare, sitibundam scilicet auaritiam, fœtidam luxuriam, induratamque voluntatem & intellectum in omni malitia. Da nobis gratiam, vt in cibo potuque seruemus modum, nobisq; in prandiis nostris caueamus ab omni detractione, leuitate, & indecenti animi effusione; tum quoque vt singulis diebus dominicis, & ab Ecclesia institutis festis, Deum veneremur, eosdemque piis operibus, Sacro audiendo, templaque frequentando celebremus. Fac vt temporalis ista nostra auaritia non auferat nobis deuotionem mentis, quo te exoremus ardentius, tuorum beneficiorum recordemur sæpius, omnia denique verba & opera nostra in honorem tuum & gloriam dirigamus. Quod ipsum oramus te & obsecramus ô Domine Iesu, per amorem & misericordiam tuam; qui cum Patre & Spiritu Sancto regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

si humilis es, profundus es & vacuus, ac proinde valde aptus ad gratiam DEI hauriendam: Si vero superbus es, tibique ipsi nimium complacens, suam tibi Christus gratiam infundere nequiet, cum vanæ gloriæ lapidibus cupam impletam afferas. *Deinde*, quod humiles seipsos paruipendentes.
2. Deum magni æstiment: superbi vero, inani quodam fastu turgentes eidem se præferant, cum tamen ab illo habeant o-
Psal. 67. 3. mne id, quod possident. Proinde rectè à Dauide fumo assimilantur, qui per caminum ascendit, inquinans quicquid in eodem repererit, verum dum altius assurgens fistulâ exit, mox ventorum flatu discipatur adeo, vt ne inditium eius remaneat. Sic & Deus superbos insequitur, ac in nihilum redigit, quod debitum sibi honorem auferant. Ipse est enim dator omnis honoris, atque illius est, homines in officijs, dignitatibus & honoribus collocare. Quare si quid horum tuis conaris viribus occupare, Deo vis esse similis, & de officio illius participare. In humilitate ergo permane ô homo fœtide, qui ex fœtore prouenis, & fœtore plenus es, quique nihil aliud fies, quam fœtida vermium esca: fœditas enim origo tua cum sit, finis etiam erit. In peccato conceptus es, in peccato natus, & in eodem hucusq; viuis: verseris ergo hic animo demisso ac humili, ne peccata tibi tua ad finem vsque vitæ permaneant, & ad superbum vsq; luciferum in imo Inferni barathro commorantem, demergant.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, vere medice animarum & corporum, qui vt benefacere posses alijs, domum inimicorum tuorum non vitasti, quos tamen illud sciebas intendere, quomodo te caperent in sermone, quomodo in factis repræhenderent, quomodo ad alios tanquam de re malè perpetrata deferrent, sed potius in eadem hydropicum sanasti, eoq; te demisisti, vt & causam huius tui facti Iudæis explicares, illosq; instrueres, quomodo secundum voluntatem Dei festum diem celebrare deberent ac sanctificare, quomodo veram humilitatem sectari, qua tibi placere possent, & tuæ gratiæ suscipiendæ capaces reddi. Oramus te omni humilitate mentis nostræ, digneris omnium nostrorum diram hydropem curare,

rare, sitibundam scilicet auaritiam, fœtidam luxuriam, induratamque voluntatem & intellectum in omni malitia. Da nobis gratiam, vt in cibo potuque seruemus modum, nobisq; in prandiis nostris caueamus ab omni detractione, leuitate, & indecenti animi effusione; tum quoque vt singulis diebus dominicis, & ab Ecclesia institutis festis, Deum veneremur, eosdemque piis operibus, Sacro audiendo, templaque frequentando celebremus. Fac vt temporalis ista nostra auaritia non auferat nobis deuotionem mentis, quo te exoremus ardentius, tuorum beneficiorum recordemur sæpius, omnia denique verba & opera nostra in honorem tuum & gloriam dirigamus. Quod ipsum oramus te & obsecramus ô Domine Iesu, per amorem & misericordiam tuam, qui cum Patre & Spiritu Sancto regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

ſi humilis es, profundus es & vacuus, ac proinde valde aptus ad gratiam DEI hauriendam: Si vero ſuperbus es, tibique ipſi nimium complacens, ſuam tibi Chriſtus gratiam infundere nequiet, cum vanæ gloriæ lapidibus cupam impletam afferas. *Deinde*, quod humiles ſeipſos paruipendentes,
2. Deum magni æſtiment: ſuperbi vero, inani quodam faſtu turgentes eidem ſe præferant, cum tamen ab illo habeant o-
Pſal. 67. 3. mne id, quod poſſident. Proinde rectè à Dauide fumo aſſimilantur, qui per caminum aſcendit, inquinans quicquid in eodem repererit, verum dum altius aſſurgens fiſtulâ exit, mox ventorum flatu diſcipatur adeo, vt ne inditium eius remaneat. Sic & Deus ſuperbos inſequitur, ac in nihilum redigit, quod debitum ſibi honorem auferant. Ipſe eſt enim dator omnis honoris, atque illius eſt, homines in officijs, dignitatibus & honoribus collocare: Quare ſi quid horum tuis conaris viribus occupare, Deo vis eſſe ſimilis, & de officio illius participare. In humilitate ergo permane ô homo fœtide, qui ex fœtore prouenis, & fœtore plenus es, quique nihil aliud fies, quam fœtida vermium eſca: fœditas enim origo tua cum ſit, finis etiam erit. In peccato conceptus es, in peccato natus, & in eodem hucuſq; viuis: verſeris ergo hic animo demiſſo ac humili, ne peccata tibi tua ad finem vſque vitæ permaneant, & ad ſuperbum vſq; luciferum in imo Inferni barathro commorantem, demergant.

ORATIO.

O *Domine Ieſu Chriſte, vere medice animarum & corporum, qui vt benefacere poſſes alijs, domum inimicorum tuorum non vitaſti, quos tamen illud ſciebas intendere, quomodo te caperent in ſermone, quomodo in factis reprehenderēt, quomodo ad alios tanquam de re malè perpetrata deferrent, ſed potius in eadem hydropicum ſanaſti, eoq; te demiſiſti, vt & cauſam huius tui facti Iudæis explicares, illoſq; inſtrueres, quomodo ſecundum voluntatem Dei feſtum diem celebrare deberent ac ſanctificare, quomodo veram humilitatem ſectari; quæ tibi placere poſſent, & tuæ gratiæ ſuſcipiendæ capaces reddi. Oramus te omni humilitate mentis noſtræ, digneris omnium noſtrorum diram hydropem curare,*

rare, sitibundam scilicet auaritiam, fœtidam luxuriam, induratamque voluntatem & intellectum in omni malitia. Da nobis gratiam, vt in cibo potuque seruemus modum, nobisq; in prandiis nostris caueamus ab omni detractione, leuitate, & indecenti animi effusione; tum quoque vt singulis diebus dominicis, & ab Ecclesia institutis festis, Deum veneremur, eosdemque piis operibus, Sacro audiendo, templaque frequentando celebremus. Fac vt temporalis ista nostra auaritia non auferat nobis deuotionem mentis, quo te exoremus ardentiùs, tuorum beneficiorum recordemur sæpius, omnia denique verba & opera nostra in honorem tuum & gloriam dirigamus. Quod ipsum oramus te & obsecramus ô Domine Iesu, per amorem & misericordiam tuam, qui cum Patre & Spiritu Sancto regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

bono, vti infernus à cœlo distat. Eant iam nunc politici isti cum Machiauello suo, & dicant, propter honores temporales & diuitias, non abstinendum esse ab homicidijs, iniustitia, & peccatis quibuscunque. Quid enim, quæso, nunc prodest Machiauellistis, illegitimis medijs in hoc mundo ad honores peruenisse, cum in imo iã Inferni barathro delitescãt, ibique in omni confusione, paupertate, & miserijs incredibilibus exurantur, derelicti ab omnibus & illusi, idque sine termino ac fine. Itaque hoc omnes diligenter ponderate, qui honoribus huius mundi ita insidiamini, quod cupiditas illa & temporalis honoris ambitio sempiternum tandem vobis exitium conciliabit.

XIV. *Sed cum vocatus fueris, vade, recũbe in nouissimo loco: vt cũ venerit, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius.* Multi humilia loca occupant, qui sublimioribus digni sunt, & quidem illi sapienter faciunt, qui illam viam ingrediuntur, vt ad altiora loca ascendant. Etenim honor est tanquam vmbra tui corporis: quam si fugis insequetur te, si illam insequeris, fugiet. Si vero illam totam habere cupis, corrue in terram, & subter te erit, nec à te aufugiet. Certè humilitas, singularis Christianorum virtus est, Gentilibus prorsus ignota: quam Christus verbo nos & exemplo docuit, inquiens; *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* (Matt. 11. 29.) Cum enim in hunc mundum venisset, mox quæsiuit locum humillimum, stabulum scilicet & præsepe, & per humillimos hos gradus, vti & patibulum crucis, adeo altè ascendit, vt nunc in supremo cœli loco ad dexteram Patris sedeat. Vnde cum ipse humilis sit, similes sibi quærit homines eãdẽ virtute præditos, eos vt extollere possit: sicut contigit Abrahamo, qui dum seipsum puluerem & cinerem æstimaret, pater multarum gentium fieri meruit. Dauidi qui, dum iunior & abiectissimus fratrum suorum esset. Rex super Israel constitutus est; pastoribus, qui dum custodirent vigilias noctis super gregem suũ, ab Angelo ad præsepe vocati sunt: piscatoribus, quos in Apostolos, dum reficerent retia, elegit: Lazaro, quem vlceribus deformem, in sinu Abrahæ collocauit: ante omnia autem humillimæ Virgini Mariæ, quam in matrem suam & nutricem elegit. Et quidem omnibus istis dixit:

dixit: *Amice ascende superius.* Quare vestigijs horum insiste, vt ijsdem ab illo verbis compellari & inuitari merearis. Multi principes & magnates, qui hanc inuitantis vocem audire voluerunt, alta huius mundi loca relinquentes, in solitudines aut Cœnobia secesserunt, religiosum & pauperem habitum assumpserunt, & in hoc mundo abiecti & abominabiles esse voluerunt: quibus post hanc mortem à Christo dictum est; *amici ascendite superius*, humili enim illo loco sat diu consedistis: relinquite vilem illum habitum meâ causâ assumptum, vt induam vos stolam gloriæ: relinquite illam paupertatem & contemptum vt æternis mecum delitijs & honoribus perfruamini. CHRISTVS de Lazaro sermonem instituens, non dicit, Lazarus mortuus est, sed mendicus mortuus est. Lazarus quippe in gremium Abrahæ descendit, mẽdicitas autem eius & paupertas in hoc mundo permansit. Quamobrem exemplo Sanctorum humilitatem sectare, amicus sis Dei, constitutus nempè in statu gratiæ: ama & quære hic quod humillimũ est, vt & tibi à Christo dicatur, *Amice, ascende superius*, ascende ad me in altum, noli erubescere de humili loco: quia à quo tempore Christus in illo sedit, honestior fuit ille locus, primo. Locus enim in quo Rex cum nobilibus suis sedet summus est, licet extremus alioquin: sic Roma, Christiani orbis caput est, quod ibi Summus Pontifex resideat; locus enim non dat honorem hominibus, sed ab hominibus locus honorem accipit. Luc. 16. 22.

Tunc erit tibi gloria cum simul discumbentibus. Christus non vult humiles nos esse, vt postea honoremur & extollamur, aut infimo loco considere, vt sic cum honore ad altiorem euocemur, sic enim solent hypocritæ agere: nec enim Christus superbiæ magister est, sed humilitatis: vult ergò temporalem honorem contemni, non, vt non acquiramus illum, sed vt non indecenter acquiramus, quærẽdo locum infimũ, & relinquendo hospiti omnem potestatem disponendi & collocandi conuiuas suos, qui etiam te iubebit sedere secundum conditionem tuam, atque merita. Aduerte quo honore & gloria, humilis anima solet sursum ad cœlum ascendere. Angeli enim sancti molliter eam portant, & ducunt cum XV.

maxi-

maximo triumpho: in cœlo ab omnibus sanctis expectatur, qui ei non minorem honorem exhibent, nec exhiberi cupiunt, quam sibi ipsis. Immò totum cœlum epinicia concelebrat, & maximo cum gaudio gratulatur ei de aduentu. Denique Regina Maria, occurrit ipsamet amoris & gaudij solemnia instituere, deducitque illam animam, cum vniuerso cœlitum exercitu ad Christum sponsum, & supremum regem omnium creaturarum. Qualis & quanta gloria erit hæc! quantum gaudium & exultatio! Quis, vt illius particeps esse possit, nolit in hoc mundo extremè despici, & omnium peripsema esse? Gratulatio enim illa, quæ aduentanti animæ exhibebitur, tanta erit & tam copiosa, vt omnem præcedentium miseriarum & dolorum memoriam obliteratura sit: honor ille, qui cœlorum limina subeunti deferetur, tam erit triumphalis, vt & damnatos in admirationem rapturus sit, adeo vt dicturi sint illud Sapientis. *Hinc sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij? Nos vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est,* nos autem iacemus hic in perpetuo contemptu & cruciatu. Neque hæc gloria, temporalis erit, sicut mundana consueuit esse, quæ momentanea est solum, & quam si quis hodie habeat, cras fortè non habet: Sed nullo vnquam fine terminabilis. Quare cœlestem illam & diuinam affecta, breuem istam & mundanam despectui habens.

Sapie. 5. 3.

XVI. *Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* Conclusio hæc est doctrinæ Christi, scilicet vt in omni animi demissione nos semper contineamus. Hæc enim virtus principale vinculum est virtutum Christianarum, Christus cupit, vt omnem diligentiam adhibeamus ad hanc humilitatis virtutem addiscendam. Mundani porro homines sibi persuadent, opera humilitatis solum ad Religiosos aut Ecclesiasticos spectare, atque illa nisi consilium esse, ijs solum datum qui perfecti plenè esse cupiant. Verum huiusmodi homines Christum hic ad omnes promiscuè loquentem audire deberent, dicentemque generaliter: *Omnis qui se exaltat,*

Matth. 23. 12.

exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur, vt & alio loco: *Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum*. Virtus ergò hæc humilitatis omnibus & singulis ad salutem summè necessaria est. Porta enim cœli cum angusta sit, inflata neminem & erecta ceruice incedentem admittit. Nota etiam Christum non dicere, quia omnis qui exaltatur, humiliabitur, sed, *qui se exaltat*, Honor enim non reprehenditur, sed ambitio vituperatur. Multi sancti in alto honoris vastigio consederunt, Summi Pontifices, Episcopi, Cæsares, Reges &c. qui idcirco de suæ sanctitatis linea non deflexerunt. Neque Christus dicit, Omnis qui corpus suum, aut vestes, aut aliud quid extremum humiliat, sed *qui se humiliat*, scilicet, cor suum, voluntatem, & intellectum. Internam igitur illam humilitatem, quærit Christus, vt quę ab hypocrita nullo adumbrari possit. Vnde voluntatem tuam & intellectum ei subijcias: velis quicquid ipse vult, & superiores tui, Vicarij eius. Bonum iudica & crede esse, quicquid tibi dixerit per Ecclesiam suam, & noli pertinax esse in eo admittendo, quod te illius superiores docuerint. Christo intellectum tuum & voluntatem resigna, atque esto coram Deo vt iumētum, (sicut Dauid loquitur,) nec aliud quid opinare, aut expete quam quod ab illius Vicarijs audis, & mirū in modum exaltaberis. Quicquid enim Deo obtuleris, custodietur optimè, quin & centuplum refundetur. Ita, cum se Christus vermem diceret esse & non hominem, exaltatus est à Deo Patre super omnes choros Angelorum. Sic Moyses cum seipsum contemneret, factus est Deus Pharaonis. Aurum quod grauius est pondere à mercatoribus appetitur, quod leuius reijcitur: Sic & Deus humiles recipit, & qui seipsos extollunt à se reijcit; atque hoc ea *In primis* de causa, quod humiles ad suscipiendam gratiam suam magis sint apti & idonei. Ad hæc sicut mercator amicitiam illius affectat, qui multa ab ipso emit, sic & Deus amat illum, qui ad multa ab ipso accipienda idoneum se exhibet. Fonti enim pleno similis est, qui exonerari cupit. Si ergo vacuam attuleris vrnam, replebitur ex isto fonte: Si autem lapidibus oppletam habueris minus sine dubio liquoris continebit. Ita plane si hu-

Matth. 18. 3.

Psalm. 72. 23.

Simile.

Cur humiles gratia Dei citius repleantur.

I.

si humilis es, profundus es & vacuus, ac proinde valde aptus ad gratiam DEI hauriendam: Si vero superbus es, tibique ipsi nimium complacens, suam tibi Christus gratiam infundere nequiet, cum vanæ gloriæ lapidibus cupam impletam afferas. *Deinde*, quod humiles seipsos paruipendentes
2. Deum magni æstiment: superbi vero, inani quodam fastu turgentes eidem se præferant, cum tamen ab illo habeant o-
Psal. 67. 3. mne id, quod possident. Proinde rectè à Dauide fumo assimilantur, qui per caminum ascendit, inquinans quicquid in eodem repeterit, verum dum altius assurgens fistulâ exit, mox ventorum flatu discipatur adeo, vt ne inditium eius remaneat. Sic & Deus superbos insequitur, ac in nihilum redigit, quod debitum sibi honorem auferant. Ipse est enim dator omnis honoris, atque illius est, homines in officijs, dignitatibus & honoribus collocare. Quare si quid horum tuis conaris viribus occupare, Deo vis esse similis, & de officio illius participare. In humilitate ergo permane ô homo fœtide, qui ex fœtore prouenis, & fœtore plenus es, quique nihil aliud fies, quam fœtida vermium esca: fœditas enim origo tua cum sit, finis etiam erit. In peccato conceptus es, in peccato natus, & in eodem hucusq; viuis: verseris ergo hic animo demisso ac humili, ne peccata tibi tua ad finem vsque vitæ permaneant, & ad superbum vsq; luciferum in imo Inferni barathro commorantem, demergant.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, vere medice animarum & corporum, qui vt benefacere posses alijs, domum inimicorum tuorum non vitasti, quos tamen illud sciebas intendere, quomodo te caperent in sermone, quomodo in factis repræhenderent, quomodo ad alios tanquam de re malè perpetrata deferrent, sed potius in eadem hydropicum sanasti, eoq; te demisisti, vt & causam huius tui facti Iudæis explicares, illosq; instrueres, quomodo secundum voluntatem Dei festum diem celebrare deberent ac sanctificare, quomodo veram humilitatem sectari; qua tibi placere possent, & tuæ gratiæ suscipiendæ capaces reddi. Oramus te omni humilitate mentis nostræ, digneris omnium nostrorum diram hydropem curare,

rare, sitibundam scilicet auaritiam, fœtidam luxuriam, induratamque voluntatem & intellectum in omni malitia. Da nobis gratiam, vt in cibo potuque seruemus modum, nobisq; in prandiis nostris caueamus ab omni detractione, leuitate, & indecenti animi effusione; tum quoque vt singulis diebus dominicis, & ab Ecclesia institutis festis, Deum veneremur, eosdemque piis operibus, Sacro audiendo, templaque frequentando celebremus. Fac vt temporalis ista nostra auaritia non auferat nobis deuotionem mentis, quo te exoremus ardentius, tuorum beneficiorum recordemur sæpius, omnia denique verba & opera nostra in honorem tuum & gloriam dirigamus. Quod ipsum oramus te & obsecramus ô Domine Iesu, per amorem & misericordiam tuam; qui cum Patre & Spiritu Sancto regnas Deus in sæcula sæculorum.

Amen.

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Matth. 22.



N illo tempore: Accesserunt ad Iesum Pharisæi, & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor tentans eum: Magister quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem est simile huic: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Prophetæ. Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo: sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? & nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

COM-

Compendiosa Euangelicæ enarrationis explicatio.



Vm Christus populum doceret, atque sapientiam suam & authoritatem manifestam faceret, diuersi ad eum homines conuenerunt, eique varias quæstiones proposuerunt, quos inter & Saducæi erant, qui à Iudæis habebantur hæretici, quod putarent animas hominum immortales esse, neque resurrectionem mortuorum futuram, &c. Hi ergo, licet irrisorie Christo quæstiones suas proponerent, responsum tamen tulerunt adeo prudens & doctum, vt & ipsi obmutescerent, & populus circumstans eruditionem istam insolitam miraretur. Pharisæi, cum audirent Christum, ob responsionem tam doctam & solidam, à populo summè laudari, illud, coacto concilio egerunt, quomodo hunc eius honorem imminuere, & omnem illam eruditionis opinionem, ab illo in se deriuare possent. Quare cogitantes, facile ei fuisse hæreticos istos vincere, difficilius tamen fore ad quæstionem suam respondere, atque ob id doctiores vtique se à plebe habēdos, censuerunt. Eligunt ergo inter se vnum, peritum legis, & difficultatum in ea contentarum apprime conscium, qui etiam priori disputationi cum Sadducæis habitæ interfuerat: eumque interrogare iubent, quodnam esset primum & maximum in lege mandatum: quidam enim dicebant, mandatum hoc esse sacrificiorum Deo offerendorum:

alij mandatum Sabbathi: alij aliud quid nominabant. Hanc igitur quæstionem difficillimam ratus, Doctor hic, Christo proponit, non tam vt instrueretur, quam vt periculum faceret doctrinæ eius, atque sic coram populo confunderet, si malè respondisset. Christus autem, qui æterna Sapientia erat, quique legem cum omnibus suis mandatis dederat, ita mox respondet: Primum mandatum hoc est: Audi Israel, Dominus Deus tuus, vnus est Deus, quem amare debes ex toto corde tuo, anima, intellectu, & viribus: hoc primum est, & maximum. Secundum, simile est huic, & ex primo profluit: *Diliges proximum sicut te ipsum.* Atque hæc duo præcepta adeo sunt magna, vt non sint alia in vniuersa lege maiora, quia comprehendunt totum, quod in Sacris paginis continetur, vniuersa enim Scriptura Sacra ad alium finem non tendit, quam vt diligatur Deus, & proximus propter Deum. Et hac quidem adeo docta & insigni responsione CHRISTVS Pharisæis occurrebat, (licet eos non tam ad discendum, quam vexandum se, venisse sciret) partim, vt ostenderet se Doctorem esse, cui ad omnes quæstiones propositas respondere incumberet, illudque præcipue in rebus quæ Christianam fidem concernerent: partim vt doctis illis suis responsionibus conuerteret interrogantes ad se, vti & contigit huic legisperito (Marco teste) commotus enim dixit: Magister bene dixisti, quia non est, nisi vnus Deus, atque hunc ex toto corde suo, anima, intellectu, & viribus, tum etiam proximum sicut seipsum, diligere melius est

quam

quam sint omnia sacrificia & oblationes. Iesus vero hæc audiens, dixit legisperito: Neque tu procul es à regno Dei, id est, facile acquireres veram fidem, & amicus Dei fieres, si modo hanc cognitionem, quam nunc habes ad effectum perducere velles. Cum autem iam Pharisæi nihil haberent, quod vlterius quærerent, priusquam à Christo discederent, voluit & ipse quæstionem quandam vtilem proponere, ipsisque soluendam obijcere. Atque ex quo optime poterant cognoscere ex miraculis, Christum esse verum illum Messiam, qui à Deo per prophetas eis promissus esset (licet scandalizarentur magis ex hoc, quod diceret filium se Dei esse) Christus etiam in hac disputatione, (quæ vltima fuit cum illis habita) conatur illis probare ex Scriptura Sacra, se non male dixisse; quod filius Dei esset, vt sic eos omnes ad veram fidem adduceret, sine qua nulla opera hominem saluare queunt. Quærit ergo ab illis: Christus aut Messias cuius est filius? Respondent illi, Dauidis; quia hoc expresse satis Scriptura dicit. Christus vlterius quærit: Quomodo ergo Dauid in Psalmis quos mouente Spiritu sancto scripsit, eum vocat Dominum? neque enim parentes solent filios appellare Dominos, nisi maiores ipsis, & digniores sint. Porro non potuit humana aliqua dignitas in Dauidis filio esse maior, quam in Dauide fuerit, attigerat enim hic supremam inter homines dignitatem, Regiam scilicet. Est ergo in Christo dignitas aliqua supernaturalis, quę in Dauide esse non potuit: hæc autem alia esse nequit, quam quod sit filius Dei. Non potuerunt ad hæc Pharisæi respondere, sed cum doctrinę eius se vide-

rent impares, non ausi fuerunt amplius cum eo disputare, eumue rogare, quia metuebant confundi, doctrinamque eius ista occasione celebriorem reddere.

Documenta decimae septimae Concionis.

ACcesserunt ad Iesum Pharisaei. Sicuti commendata fuit Superiore Euangelio Christi humilitas, sic proponitur hodie, & commendatur verae fidei necessitas. Nota *Primo*, Pharisaeos ex omnibus Christi doctrinis nihil omnino mutatos, semper aliquid noui habebant, quod ex eo quaererent. Multi sunt qui licet multa audiant, nunquam tamen quiescunt de quibus Apostolus; *semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes*: Et apud Isaiam Dominus: *Me de die in diem quaerunt, & scire vias meas volunt*, sed quia non inueniunt placentia non sequuntur consilia bona, nec faciunt quod debent: seque tandem deceptos cum S. fatuis virginibus inuenient. *Secundo*, Pharisaeos, Sadducaeos, & Herodianos inter se conspirare contra Christum; vti & in horto, Gentes cum Iudaeis in Christi captiuitatem conuenerant, etsi in praecipuis religionis articulis dissiderent. Typus hic fuit, eius quod contra Ecclesiam facturi erant haeretici. Arriani contra eam Iudaeos concitarunt, & Gentiles, & hodie adhuc haeretici se mutuo detestantur, execrantur, deuouent, ac nomina sibi horrenda & impia impingunt, interim in Ecclesia oppugnanda conueniunt. Imo Caluinistae in hoc voluerunt secum adducere Turcas, Lutherani Schismaticum Patriarcham Constantinopolitanum. Praedixerat hoc olim Isaias: *Vnusquisque carnem brachij sui vorabit, Manasses Ephraim, & Ephraim Manassem, simul ipsi contra Iudam*. Gregorius, magnum, hoc dicit, Dei beneficium bellum enim haereticorum, pax est Ecclesiae, nam in quibus dissident, pars altera Ecclesiae saepius sententiam tuetur. dein se inuicem conficiunt. Debemus & nos Catholici illos in bonum imitari, vt depositis, quae inter nos per superbiam,

1. Tim. 3.
Isai. 58.
Consensus malorũ cõtra bonum.
Isai. 9. 21.

perbiam,ambitionem,auaritiam exortæ sunt,litibus, vnanimes Dei, & Ecclesiæ oppugnemus inimicos. Si pastorum molossi inter se pugnant,accuratque lupus vt ouem rapiat, statim illi relicta pugna lupum aggrediuntur,vt iugulent eũ, vel saltem fugent.Sic & nos pacem decebat seruare, & amicitiam; ac societatem inire, ad hæreticos vel conuertendos, vel extirpandos.Fiet autem facile,si Ecclesiastici & doctrina, & vitæ probitate eis ora obstruant: sæculares vero magistratus, iuxta Imperatorum primorum decreta, fidem defendant,& hæreticos coerceant.Laici demum, deuote Deum orent, vitæ sanctitate alios ædificent, & cum necessum fuerit, Superioribus, in hæresum extirpatione, collaborent.

Et interrogauit eum, vnus ex eis Legis Doctor, tentans eum. Multi conuenerant,vt si triumpharent;omnes fierent honoris participes:sed vnus interrogat,ne illo conuicto,omnes viderentur conuicti,ac confunderentur. Duas habemus in hoc Euangelio quæstiones, vnam Pharisæorum, alteram Christi. Paulo ante aliam adhuc,sed ridiculam proposuerantSadducæi,vt possent ridere Christum, de muliere quæ septem habuit maritos, omnes sine liberis defunctos, cuiusnam hæc futura esset vxor in resurrectione, quia omnibus successiue nupserat,sed vno tempore vnum duntaxat maritum poterat habere.Solenne fuit hæreticis omnibus,fidei negotia ridicule tractare,vt plebi fidem nostram persuadeant falsam.quasi quæ tot ridicula contineat. Negabant Marcionitæ Deum incarnatum,quia ridiculum videbatur, Deum vtero virginis claudi,& portari in præsepio reponi,in stabulo nasci. Idem negabat Nestorius,quia ridiculum putabat Deum dicere triginta annorum, & duas vel tres vlnas longum. Ridiculum putant Arriani,Patrem in diuinis non esse Filio antiquiorem, aut magis honorandum. Gentiles stultum dicunt quod in Deum credimus, inter duos latrones crucifixum. Similiter rident hæretici nostri sanniones,Catholicos q͏̃ oleo in Sacramentis vtamur,nosque per contemtum *vnctos* vocant; quod ad imagines oremus, quas vocant trunceos sanctos; quod die pariter, ac nocte eis lumen accendamus, quasi lumine

Hæreticorũ scommata.

egeant ad videndum, quod medio die defunctos cum lumine sepeliamus, quod reliquias (& vt ipsi contemtim cum patre suo vigilantio loquuntur aliquid cineris, panniculos, S. Iosephi caligas) honoremus, &c. Sed non mouetur his eorum sannis Ecclesia, Deum sciens irrisores, vt Salomon ait, delusurum & sub paruis magna nobis exhibere. Nota Christo tria fuisse proposita quæstionum genera, in quibus omnibus sapientia eius eluxit. Primæ, Bonæ erant & vtiles vt illa S. Petri: *Quoties peccabit in me frater meus & dimittam ei? vsque septies?* & Apostolorum; *Quare nos non potuimus eijcere illum?* His Christus semper respondit. Secundæ, Curiosæ, & inutiles, ad quas Christus non solet respondere, sic rogantibus Apostolis: *Si in tempore hoc restitues regnum Israel?* non respondit nisi: *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta quæ Pater posuit in sua potestate.* Tertiæ vtiles quidem erant, sed ex mala intentione proponebatur, ideoque aliquando nolebat respondere, vt cum rogarent Pharisæi. *In qua potestate hæc facis?* Respondere potuisset in potestate Diuinitatis meæ, sed illi non erant tali responsioni apti. ideoque dixit, *Interrogabo vos & ego vnum sermonem. Baptismus Ioannis vnde erat, &c.* Aliquando etiam respondebat vt obstrueret eis os, non tamen tam aperte, quam ipsi optassent. vt cum rogant; *Licet tributum dare Cæsari,* respondet; *Date quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Aliquando etiam aperte respondet propter speratam ex responsione vtilitatem, etiamsi à rogantibus quæstio ridicule proponeretur, sic cum rogassent eum de muliere septies maritata Sadducæi: dixit: *Erratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. &c. quoniam in regeneratione non nubent, neque nubentur: sed erunt sicut Angeli Dei.*

Prouer. 3.

Tria quæstionum genera.

Matth. 18. 21.

Matth. 17. 19

Act. 1.

Matth. 22.

Talis est & præsens quæstio, ad quam apertissime Christus respondet præuidens interrogantis ex responsione vtilitatem. Vides in his Christi sapientiam, quam imitari quoque debemus vt non facile de Diuinis mysterijs disputemus, etsi id frequenter impie fiat in omni loco, in conuiuijs, nauibus, curribus, officinis, imo à fœminis ad colum, ad labra lotoria, & quocunque tandem conueniunt. Res hæc periculosa est, præsertim si hæretici argutiores sint qui obiiciunt, & Catho-

Catholici simpliciores respondeant. Quid enim hinc nisi error sequitur, & rerum diuinarum irrisio. Quisq; quod suum est tractet, neque ordinem aut gradum officij sui excedat.

Magister, quod est mandatum magnum in lege. Grauis erat hæc inter Doctores Veteris Testamenti quæstio, ob multitudinem mandatorum, erant enim 613. Marcus eum rogasse dicit quod esset *mandatum primum*? atque ita permiscebantur duæ quæstiones, vt responsio redderetur difficilior, nempe quod esset primum, & quod esset maximum. Nota *Primo*, Quod Doctor hic Christum vocet *Magistrum* cum tamen eum nolit sequi. Pij Magistrum eum vocant, & Dominum vti de Apostolis testatur Christus. *Vocatis me Magister & Domine.* Credunt ei, vt Magistro discipuli, obediunt, vt domino serui. Quisquis Christo non credit, nec obedit, nec minas eius aut promissiones curat, neque seruus est Christi, neq; discipulus, nec potest eum vere vocare Magistrum, & Dominum: etiamsi ore aliud nihil sonet. sic Iudæos rogat Christus: *Quid vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico vobis?* & apud Malachiam: *Si Pater ego sum, vbi est honor meus? si Dominus ego sum, vbi est timor meus?* Crede igitur Christo, non mundo, sequere consilium eius, & imple mandatum, sic verum te habebit discipulum, & docebit indies maiora, & tanquam seruum fidelem pro meritis remunerabit. Nota *Secundo*. Quod Doctor hic quærat de mandato magno, qui, vt Chrysostomus ait, necdum seruarat minimum. Imitantur eum. *Primo*. Sæculares, qui sublimia indagant, & de eis discurrunt, cum tamen nec facillima intelligant; neque enim ipsorum est, ista scrutari, vel tractare, *Secundo*. Hæretici omnes, qui de fidei mysterijs intellectum ipsorum superantibus disputant, cum vix literas, & notare norint, latina non intelligant, Theologiam nunquam attigerint; & tamen in Scriptura se occupant, hanc pro arbitrio, id est, pro rudi & stupido captu suo interpretantur, neglecta SS. Patrum & Ecclesiæ Doctorum authoritate & Apostolorum traditione: hi enim, dicunt, homines fuerunt. atque id verum est: sed, docti quoque erant, & sancti, Spiritu Sancto pleni, sanctitatem vitæ probitate docentes, & mi-

Marc. 12. Ioan. 13. Luc. 6. 46. Mala. 1. 6. Qui hunc doctorem imitentur. 1. 2.

& miraculis confirmantes. Iam fex plebis Scripturam tractat, & qui nondum ære lauantur. Queritur hoc de temporis sui hæreticis Sanctus Hieronymus, multo autem potiori iure, de hæreticis nostris queri possumus. Nemo ad opificium promouetur, nisi didicerit, & à Decano atque iuratis istius artis sit probatus. Sola Scripturarum ars hanc patitur ignominiam, vt quiuis eam illotis manibus, & pro stupiditate sua trahat. quolibet, viri, fœminæ, senes, iuuenes, scioli, indocti, famuli, & famulæ. *Tertio.* Qui ad meditationes sublimes eleuari volunt, priusquam ad eas per inferiora adscenderint, imo primum gradum attigerint. Amabat Rachaelem pulchram Iacob, prius tamen debuit coniungi Liæ, quæ lippos habebat oculos. Qui in domum Magdalenæ vult ingredi, debet à Martha suscipi. Exerceas te prius in vita actiua, humili obedientia, iuuandis proximis, & subigendis passionibus, tunc ad contemplationem poteris peruenire, quam consecutus, etiamsi à Deo nonnunquam eleueris, tamen noli vitam actiuam relinquere. Iacob non repudiauit Liam, post ductam Rachel, neque Apostoli Marrham eiecerunt domo, postquam venissent ad Magdalenam.

Ep. ad Paulinum.

3.

Ait illi: Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Bis hanc legem tractat CHRISTVS, semel rogatus à Legisperito quid faciendo possessurus esset vitam æternam? Secundo hic duobus enim modis diuina disputari solent, & tractari. *Primo.* Vt intelligantur, vt in scholis vbi disputatur de materijs grauibus, de virtutibus, vitijs, passione Christi, gloria cœlesti, pœnis inferni, &cæt. solum vt sciantur, faciantque hominem doctiorem. Modus autem hic per se exiguæ vtilitatis est, multo enim plura diabolus nouit, quam omnes homines, sed sine fructu. interim naturaliter omnes scire desiderant. Traximus hoc à matre nostra Eua, quæ volebat scire bonum, & malum. Scientia hæc homines inflat, sicuti & diabolus inflatus est. *Secundo.* Cum in sola rei cognitione non sistimus, sed voluntatem formamus, vt ex rerum Diuinarum notitia, ardorem diuini amoris concipiat,

Dupliciter tractantur Diuina.

1.

2.

piat, de peccatis vere doleat, vitæ emendationem proponat, Deoque velit perfectius seruire. Ideo concionamur, explicamus scripturas, & meditamur Diuina. Estque modus hic valde vtilis, quia frequenter, fœmina etiam pauper, exercitata in meditationibus plus capit ex vna concone vtilitatis, quam Doctores multi ex omni scientia sua; imo quæ dicta sunt sentit, & gustat suauius, quam ipse Concionator. Salutarius est amorem Dei, & pœnitentiam sentire, quam scire. Intellectus Sapiens, neminem saluabit, sed voluntas charitate ardens. Sicuti cæcus quem ostiatim pro eleemosyna petenda puer ducit, nihil accipiet quamdiu puer otiose spectat in plateis, neque sollicitus est vt aliquid accipiat, aut si quid acceperit, id sibi retineat, nec det cæco. voluntas cæca est, ab intellectu duci debet. Præstat scire pauca, & sentire, quam scire multa, sine vllo affectu. Ideo vtiliter faciunt doctores, qui pro materiæ oportunitate etiam Auditores monent nonnunquam, ac laborant vt simul cum doctrina, timorem Dei instillent, & amorē. In hoc charitatis præcepto duo præcipiuntur. *Primo.* Vt Deum amemus. *Secundo.* Modus amoris. Quo ad prius non dicitur hic: Time Deum: amor enim timori præstat. Serui timent, filij amant; timor contristat, amor exhilarat, timor diuidit, amor vnit; timor perit, amor manet; timor amorem caussat, amor timorem fugat, & vt Ioannes dixit, *mittit foras.* Similiter non dicitur: Cognosce Deum, crede in Deum, confide in Deum: multi enim Deum fide cognoscunt, multi præsumentes in eum confidunt, & tamen displicent ei, propter peccata & malā vitam. Dicitur ergo: *Diliges Dominū Deum tuum:* quia sine dilectione nihil est in homine boni, neque vlla virtus. Contra vero quisquis dilectionem habet, omne bonum omnesque virtutes possidet: reliquæ virtutes faciunt nos homines ratione præditos, sed amorem dat nobis Spiritus Dei, nosque facit tanquam Deos vt ait S. Paulus. *Qui adhæret Domino, vnus Spiritus est.* Eua cupiebat Dea esse, vt sciret bonum & malum; sed facta est diabolo similis, cognoscendo bonum per scientiam, & malum per expe-

Duo in præcepto charitatis.

1. Cor. 6. 17.

experientiam. Vnde verum Deo se coniungendi medium est amor: quem qui non habet, procul à Deo aberrat. Recte S. Ioannes: *Qui non diligit manet in morte*, id est, condemnabitur. Similiter Sanctus Paulus: *Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum anathema sit.* Quin & hospes iste qui ad nuptias sine veste nuptiali, id est, sine amore, venerat, manibus ac pedibus colligatis in exteriores Inferni tenebras deijcitur. Vult ergo, Deus vt ardeamus, vel in hac vita cœlesti amoris igne, vel, certe in altera infernali conflagremus. Et quidem hic tibi erit ignis consumens per suum amorem, qui in te est, consumendo & dissoluendo omnia peccata tua defectus, & imperfectiones, purgando animam tuam, atque illam clarificando instar solis: *quia fortis est, vt mors dilectio*, quę animat spoliat, & nudat omnibus rebus humanis, *operiens multitudinem peccatorum*, per pulchritudinem suam, & conuestiens animam gratia Dei & iustitia. Post hanc vero vitam sunt *ignes deuorantes, & ardores sempiterni*, vt ait Isaias, minime ferendi. Quamobrem te ipsum in hoc sæculo sponte illo amoris igne accendas, ne te infernalis contra voluntatem, in perpetuum sine consumptione, exurat.

1. Ioan. 13. 14.
1. Cor. 16. 22.
Marc. 22.
Heb. 12. 29.
Cant. 8. 6.
Iacob. 5. 20.
1. Pet. 4.
Isai. 33. 14.

Quod ad *Secundum* attinet, scilicet mensuram charitatis, illa prorsus sine omni fundo esse & omnem modum exuperare debet. In alijs siquidem virtutibus modus tenendus est, quia inter nimium & parum mediæ debent esse; Sic liberalitas inter auaritiam & prodigalitatem: Spes inter desperationem & præsumptionem: Fides inter credendum: Sobrietas inter intemperantiam & nimiam abstinentiam. Verum amor DEI, nimius esse, aut modum excedere non potest: cuius quidem duæ sunt potissimum causæ.

Cur in amore Dei non detur nimium.
Luc. 18. 12.
3. Reg. 18. 21.

Altera est, quod Deus te totum, & quicquid in te est, desideret: In externis vna parte contentus est, da illi eleemosynam de eo, quod superest, vt Christus ait; da illi decimas frugum tuarum, da illi partem temporis tui, dies scilicet, Dominicos & festos, & cæter. Sed de te ipso non vult partem, sed totum, animam tuam, corpus tuum, cor tuum, & intellectum tuum. Nam qui vtraque parte claudicant, id

est,

est, qui vna cum Deo, mundo inseruire volunt, eos Deus à se reijciet: quia solus tuus Magister esse, atque solus te totum possidere cupit, vt te in omnibus viribus tuis purget, atque ad suscipiendum diuinam suam naturam perfectè in gloria cœlesti, idoneum efficiat.

Altera vero est, quia Deus infinitum bonum est, atque adeò infinito amore desiderandus. Etenim quo bonum maius & amplius, eò magis ac ardentius amplectendum est. Nos aureos centum, quam centum stuferos mallemus. DEVS ergo cuius bonitas finem nescit, dignus est, quem infinito amore complectamur & prosequamur: neque vlla existit creatura, quæ eum nimium, aut plene satis amare queat, quantumuis maxime eum diligat, neque etiam omnes creaturæ, quotquot illæ sint, simul amorem illum in Deum perfecte satis ostendent. Quoniam omnium istarum amor, licet ardentissimus, finitus tamen est, cum Dei bonitas infinita semper maneat. Eam ob rem Deus solus se ipsum perfectissime diligit, vt verè diligendus est, sed creaturæ infinitis interuallis, à vero Dei amore distant, etsi in id maximè incumbant. Sed quo euidentius hæc dignitas amoris Dei intelligatur, cognosce tria esse, quæ aliquem amabilem reddunt, hoc est dignum qui ametur.

Tria sunt quæ hominem reddunt amabilem.

Inprimis, bonum illud quod ab ipso liberaliter nobis communicatur, quodque ab illo quotidie expectamus: quemadmodum amicos nostros nobis bene facientes adamamus. Vilissimus hic amandi modus est, qui apud Latinos etiam nominatur: *Amor concupiscentiæ*: quod vtilitati magis nostræ, quam virtuti illius quæ in amico est, quem diligimus, seruire videtur. *Deinde* bonum illud quod in proximo aduertimus, sine vlla consideratione nostri ipsius: quemadmodum doctum aliquem virum, pium, nobilem, eloquẽtem, discretum, amabilem in conuersatione & familiari colloquio, decoratum omnibus alijs virtutibus, diligere solemus, tum lætari ipsimet, si is ad aliquam dignitatem, qua dignus est, euehatur, licet sanguinis vinculo coniunctus nobis non sit, nec quicquam ab illo expectemus. Atque hic amor nominatur: *Amor amicitiæ*, qui supremus est 1. 2.

atque

3. atque purissimus. *Postremo*, bonum illud quod in amico est, & ab ipso ad nos dimanat: ita quidem diligimus doctum aliquem & pium virum, aut magnum Principem, qui multa bona nobis contulit, licet nihil aliud ab ipso expectemus. Et hic quidem amor est gratitudinis, vtroque mixtus. Atque hæc tria bona, quo sunt maiora, eo etiam hominem amabiliorem reddunt, quia teneris illum magis diligere, qui & tibi magis bene facit aut fecit, & qui in seipso plures virtutes habet. Quamobrem Deus in quo hæc omnia simul sunt infinitè, dignus est, qui & infinitè adametur. Nam *inprimis*, quotidie infinita in nos bona confert, & infinitum insuper illud bonum nobis promittit, infinitum inquam, tum ob infinitam ac sempiternam durationem; tum quia Deus infinitus est, qui ipsemet pręmium nostrum & bonum futurus est. Quotidie peccata per infinitam suam gratiam nobis remittit, atque in Sacrosancto altaris Sacramento, diuinitatis nos suæ participes facit. Quicquid idem habemus seu spirituale, seu temporale illud sit, ab ipso velut fonte deriuatur: atque idcirco tanquam summum nostrum bonum summe diligendus.

Quo pacto hæc tria bona in Deo reperiãtur.

1.

2. *Deinde* vero in seipso Deus est infinitum bonum, omnem eamque infinitam in se perfectionem comprehendens, Nam sine fine pulcher, bonus, sapiens, amabilis, misericors, benignus, patiens, diues & potens est: quicquid præterea boni excogitare potes, hoc ipsum in Deo est infinitè, quia ipse est pulchritudo, bonitas, sapientia, &cæt. propter has ergo causas summe amandus est.

3. *Postremo*, beneficia quæ Deus in nos contulit, infinita sunt, ideoque infinitum amorem promerentur, licet de cætero nihil in nos beneficiorum conferret. Sic parentes tui digni sunt, qui à te diligantur, quod vitam tibi dederint, licet nihil ab ipsis præterea expectes. Benignissimus vero Deus, tua causa, infinita sua potentia, cœlum & terram, omniaque quę in eis sunt, ex nihilo condidit: per eandem etiam potentiam produxit animam tuam, eamque valde artificiose corpori tuo inseruit: tum quoque vnigenitum suum filium, hominem pro te fieri, & acerbissimum crucis supplicium subire voluit: Sacramenta tibi sua, per quæ gratiam illius mereris, in Ecclesia reliquit.

reliquit. Eia nunc ô homo, perpende quanto ſint hæc & quam multiplicia beneficia: à quo item Domino, conferantur, quam ſordidæ, miſerabili, & indignæ creaturæ communicentur, ſicque paulatim cognoſces, quod Deum, ſupra omne, quod in rerum natura eſt, diligere debeas. Conſiderandum eſt etiam hoc loco, quod amor ille Dei ſuper omnia, aut ex toto corde, anima, intellectu duobus fiat modis. *Primus* quidem ipſo facto, dum per aliquam conſiderationem, aut meditationem in amorem Dei excitamur, quod tamen non ſemper neceſſarium eſt, neque ſemper contingere poteſt; quandoquidem ſæpe curam aliarum rerum ſuſcipere cogimur, de cibo nimirum, potu, alijſque negotijs adminiſtrandis, &c. Quanquam etiam interdum neceſſum eſt, vt hunc actualem amorem habeamus, neque ſemper voluntatem & intellectum rebus terrenis occupemus, quia is Deum amare non videtur, qui nunquam de eodem cogitat. Quo ergo ſæpius te per hunc amorem excitas, eo etiam Deo gratior futurus eris: ſed præcipuè hoc amore te incendere deberes, dum confiteris peccata tua, dum Sacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipis, dum Sacrificium Miſſæ, vel audis, vel ipſe celebras: quia tunc maxime decet, vt cor noſtrum ad Deum ſurſum eleuemus. *Secundus* modus eſt, cum interna mentis affectione, abſque vlla facti ſubſequentis cogitatione. Ita quidem amas Deum ſupra omnia, & ex toto corde tuo. dum es conſtitutus in gratia ipſius, quicquid etiam facias, loquaris, aut cogites.

Quomodo Deus ex toto animo diligendus.

I.

2.

Intẽtio enim tua eſt omnia potius relinquere, & mortem ſubire, quam Deum lethali aliquo crimine offendere. Diſce inſuper hinc ad conſolationem tuam, quod creaturas interdum ardentius amare poſſis, & ardorem amoris earum melius ſentire, non tamen ſupra Deum. Ita amas filios tuos, vxorem, maritum, parentes ardentius, quia notabiliter ſentis, quod eos ames: Veruntamen, ſi vel illi relinquendi vel Deus eſſet abnegandus, carere potius velles externis iſtis omnibus, quam Deo renunciare. Amor enim Dei non conſiſtit in ſentiendo, ſed in ſoliditate voluntatis tuæ. Vis igitur ſcire an Deum ames? ante omnia intres conſcien-

Vnde homo poſsit

Scire an Deum amet. conſcientiam tuam, atque videas *Inprimis*, an mandata eius
obſerues; ait enim: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit.*
1. *Deinde*, an peccata execreris: quia ſicut qui vitam amat, mor-
Ioan. 14. 23. tem odit, ita qui Deum diligit, peccata fugere debet. Eſt
2. namque Deus vita, peccata vero, mors animarum noſtrarũ,
& interitus. Nulla ergo ſit res, quam adeo fugiamus, & dete-
3. ſtemur oportet, quam peccatum. *Tertio*, an fugias & vites
media, quæ ad peccatum impellunt aut incitent. Nam qui
mortem odit, & infirmitates odit, vulnera & pericula, qui-
4. bus mors incurri queat. *Quarto*, an ob proprium tempora-
Ioan. 6. 26. le commodum Deo ſeruias, ſicut faciebãt illi, qui famis ſe-
dandæ cauſa Chriſtum ſequebantur, an vero vt pure illi pla-
5. cere poſſis. *Quinto*, an ſæpe eum in oculis habeas, & opera
6. tua in illius honorem dirigas. *Sexto*, an ames etiam quod
ad eum ſpectat, quemadmodum non ſolum amas ami-
cum tuum, ſed etiam filios eius, ſeruos, quicquid denique
illius eſt.

Vide ergo an ames Superiores tuos, qui ſunt Vicarij Dei:
an & pauperes, Legatos ipſius, an & homines pios, filios e-
ius, &cæt. Item, an Sacramenta eius debito cultu proſe-
quaris, Sanctis honorem conuenientem tribuas, imagines
eorundem in pretio habeas, verbum ipſius libenter audias,
in rebus diuinis guſtum ſentias; res mundanas & tempora-
les, aut quicquid cauſa peccati eſſe poſſit, odio habeas, & de-
uites. Itaque quo plura huiuſmodi ſigna in te repereris, eo
magis confidere poteris, quod Deum ames, & viciſſim ab i-
pſo ameris.

V. *Hoc eſt maximum & primum mandatum.* Multæ ſunt cauſæ,
Cur mandatum de diligendo Deo ſit primum ac maximum. quare hoc mandatum amoris Dei maximum ſit ac primum.
Inprimis, quod Deus illud ante omnia nõ ſolum in lege Moy-
ſis, ſed etiam in lege naturæ, nobis dederit. Recta etenim ra-
tio, quam à natura hauſimus, teſtatur nobis, vt Deum crea-
1. torem noſtrum & rectorem, à quo omne noſtrum bonũ ac-
cepimus, vnice adamemus. Et quidem cum hoc mãdato ho-
mo factus eſt, & nos omnes cum eodem naſcimur in hoc
2. mundo. *Deinde*, quod Deus omnium primo intenderit, om-
ne illud quod nobis dedit, fecit, dixit, Scriptumque reliquit
ad hoc

ad hoc referre, vt eum ante omnia & super omnia diligeremus. *Tertiò*, quod amor in Deum maxima sit virtus, quemadmodum Deum odio habere, maximum peccatum: quia non solum in seipso virtus est, sed & omnium aliarum virtutum quasi vita est, operaque cætera bona perficit. Nam sicut membra corporis nostri, non ex seipsis, sed ex anima vitam hauriunt: ita virtutes quæ sunt in nobis, aut pia opera quæ facimus, sine amore Dei nulla sunt. Hoc ipsum est, quod dixit S. Paulus, nec eloquentiam, nec sapientiam, nec fidem, nec eleemosynas, nec pœnitentiam, sine charitate quicquam prodesse posse. Similiter S. Iacobus, fidem asserit omnino mortuam esse, absque operibus charitatis. *Quartò*, quod charitas omnium meritorum origo sit: vnde etiam qui ex maiore charitate quidpiam facit, maiorem in cœlo mercedem promerebitur, quamuis opus in seipso minori labore conficiatur.

3. *Simile.* *1. Cor. 13. 3.* *Iacob. 2. 17.*

Etenim qui in vinea laborauerant serius aut citius æquale omnes præmium, & mercedem consecuti sunt eandem. Ita S. Paulus: *Oculus non vidit, nec auris audiuit,* inquit, *nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum.* Non dicit illis, qui in Deum credunt, qui multa sciunt. qui magna miracula edunt, qui altè speculantur, qui alios instruunt, &c. sed qui eum diligunt: quia absque amore Dei, totum quicquid est, infructuosum est, nec ad æternam salutem conducit. *Quinto*, quia amor iste fons omnium donorum est. Nam dum aliquem diligis, & vero amore prosequeris. nullum erit munus adeò magnum, gratumue. quod non illi libenter dabis, nullus labor adeò grauis aut difficilis, quem non illius amore subeas, & in te suscipias. Verum si non est in te amor, graue erit vel minimum ei dare, aut illius causa perficere. Patriarcha Iacob impensè diligebat Rachelem, quare non videbatur illi grauis septem annorum labor, quem in pascendis ouibus auunculi sui Laban impendebat. Quando etiam inhonestè amas mulierem aliquam, das illi quicquid petierit, etiamsi id damno tuo faceres. Ita procus S. Agnetis, promittebat ei, præstaturum se, quicquid petisset. Pro filijs etiam tuis,

Matth. 20. 10. *1. Cor. 2. 9.* 5. *Gen. 29. 27.*

quos amas, nullas subterfugis molestias, aut sumptus recusas. Christus autem per fontem amoris sui, dedit nobis quicquid habebat, molestias & labores animosè sustulit, sanguinem fudit, corpus impendit, vitam postremò & animam suam nostra causa profundit. Visne igitur exploratè scire an Deum diligas? vide an molestum sit tibi dare eleemosynam, aut aliquid facere in honorem eius sine temporali retributione. *Sexto*, quod mandatum hoc charitatis finem nullum habeat. Et quidem aliæ virtutes post hanc vitam cessabunt, velut fides, spes, scientia (vt dicit sanctus Paulus) sed charitas manet in æternum. Quamobrem in hac te charitatis virtute quotidie exerceas, quia quò ardentius Deum hic amabis, eò & altius in cœlum ascendes ad Seraphinos vsque, qui per amorem suum supremum Angelorum ordinem sunt assecuti, & Deum summè amantes maiori gloria perfruuntur. Iudæi solebant exteriori quadam pietate mandatum hoc in vestibus deferre honorificè, tanquam verba sancta. Tu vero hoc ipsum in corde tuo porta, & omnibus illud neruis, perficere contende.

6. 1. Cor. 13. 13.

VI. *Secundum autem est simile huic.* Christus plus respondet quam interrogatus erat. Illi cupiebant scire, quodnam esset primum mandatum, Christus simul de secundo respondet: partim vt occultè eos reprehenderet, quod non ex amore, sed odio eum de primo mandato interrogassent, cum tamen amor proximi etiam præcipiatur: partim vt nos doceret, se liberaliorem esse, quam putemus, & plus se nobis dare, quam cupiamus. Incipe ergo Deum ex animo diligere, & orare, meque verum dixisse senties. Secundum porro mandatum, multis sanè in rebus primo est simile; *Primo* quidem, quòd ambo eiusdem charitatis præcepta sint, vnum ex altero profluat, & per eundem ambo amorem perficiantur. *Secundo*, quod vtrumque sub pœna damnationis obseruare oporteat. *Tertio*. quod non ab hominibus, sed à Deo data sint, vt ait sanctus Ioannes: *Et hoc mandatum habemus à Deo, vt, qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Quarto,* quod ambo æterna sint & non tem-

Cur primù mandatum simile sit secundo. 1. 2. 3. 1. Ioan. 4. 19. 4.

temporalia. Nam quemadmodum in cœlo Deum amabimus, licet perfectius multò quam in hoc mundo: ita & proximum puriore ibidem affectu & magis sincero prosequemur. Vnde & Sancti qui in cœlo cum Christo iam regnant, labores nostros & agones intuentes, compatiuntur, (absque tamen propria, vel minima etiam, tristitia aut pœna) orantque pro nobis, & Deo id ita permittente iuuant, quin etiam saluti animarum nostrarum prouidentes, rerum temporalium copiam suppeditant. Noli ergo amorem hunc proximi vili pendere, cum sine eò nec Deus à te amari cupiat: reiecturum enim se oblationes tuas profitetur; vsque dum fratri reconciliatus fueris. Matth. 5. 24.

VII. *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Christus ita seriò amorem nobis proximi commendat, ac si ex eò solo omnis nostra salus dependeret. In veteri quidem testamento idem illud mandatum fuerat; sed peruersa interpretatione Pharisæorum, obscuratum: per proximos enim illi, amicos solum suos affines, & benefactores intelligebant. Christus vero renouauit, & nobis velut symbolum aut tesseram reliquit, dicens: *Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Ioan. 13. 34. Beatus Apostolus Ioannes, qui in omnibus suis Epistolis multum de charitate differit, cum ad decrepitam ætatem peruenisset (teste sancto Hieronymo,) Lib. 3. in c. 6. ad Galatas. iamque quod difficultet ad templum ire posset; discipulorum suorum humeris eò deferretur: hæc illis verba intentidem inculcabat: *Filioli diligite alterutrum.* Ingeminanti porro idipsum, dicebant discipuli: Magister quare hoc vnum toties repetis. Quibus ille, *propterea,* inquit, *quod illud mandatum Domini sit, & satis sit, si solum perficiatur.* Qui enim perfectè diligit aliquem, non inferet ei malum, sed in omnibus potius possibilibus auxiliabitur. In hoc ergo præcepto cernere est, magnum amorem Dei sapientemque prouidentiam: quippe ex hoc est, quod non vnum aut duos, sed omnes in genere; diligi iubeat, & amari. Vnde sequitur, (vt sanctus Chrysostimus notat) neminem Hom. 71. in Ioannem.

 penu-

penuriam passurum esse, si modo huius præcepti diligens sit obseruator & custos: qui enim ab vnoquoque diligitur, ab omnibus etiam in necessitate iuuatur. In quo magna Dei Optimi Max. prouidentia eluceſſit: cum vi huius mandati omnibus suis creaturis, præcipuè tamen fidelibus in Ecclesia, de rebus quibusuis necessarijs, prouiderit. Quamobrem dum prouidam hanc Dei charitatem intueris, oportet, vt vel in hoc ei pareas, & quodcunque faciendum præscripserit, studiosè perficias.

Quænam hominem ad amorem proximi moueant. Sunt autem variæ causæ, quæ te ad amorem proximi mouere possint. *Inprimis,* quod Deus id præcipiat. *Deinde* quod, proximus sit imago Dei, manibusque eiusdem formatus. Parentis tui imaginem honoras, maxi-
1. 2. mè si is seipsum artificiosè delineauerit. *Tertiò,* quod san-
3. guine Filij Dei emptus sit ac redemptus. *Quartò,* quod e-
4. iusdem tecum æternæ vitæ, si modo velit, hæres esse
5. possit. *Quintò,* quod sit frater tuus, qui non minus quam tu eundem Deum Patrem nominat, dicendo: *Pater noster*
6. *qui es in cœlis. Sextò,* quod præmium inuicem se diligentium valdè magnum sit futurum: in extremo namque Iudicio Christus eos hoc modo compellabit: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis, regnum: esuriui enim, & dedistis mihi manducare,* &c. hoc est, amasti proximum amorisque tui non vnum inditium, exhibuisti. Mirum est autem, quod amari, non amare cupiamus: volumus alios nobis benè facere, vicissitudinis interim obliti. Quare nihil absque præmio aut præsenti remuneratione proximo obsequij præstamus, nec vel florenum, sine lucro damus mutuo; cum tamen Christus dixerit: *Beatius esse dare quam accipere.* Si ergo beatius est vtilius etiam, melius, honestius est, & gloriosius. Pulchra enim illa & eximia charitatis virtus non est in amato, sed amante: nec qui beneficia accipit, mercedem habebit, sed qui in alios eadem confert. Neque verò adeò tibi commendatum puta proximum, vt eum sine mensura aut modo diligas ex toto corde, anima, & intellectu,

Matth. 25. 34.

Actor. 20. 35.

lectu, sed secundum normam potius qua te ipsum amas. Cum opus aliquod perficiendum alteri tradis, soles ita dicere: Vide, vt hoc agas, ac si tuum esset: ita & hic facit Deus, dum dicit: *Diliges proximum sicut te ipsum*: quia vnus tantum est amor, quo Deum diligimus propter seipsum, & proximum propter Deum. Per hunc eundem amorem, quo tibi ipsi bonum fieri desideras, decet vt etiam proximo charitatem exhibeas. Comparatur autem charitas igni, cuius natura est liquefacere. Pone super ignem glaciem, butyrum, plumbum, aut aliam similem materiam, & mox liquessent & diffundentur: immò quò ignis maior est & ardentior, eò olla eidem apposita magis ebulliet, atque minus retinebit. Ita planè fit in amore: quæcunque enim habet liberaliter diuidit: & quò est ardentior, eò plus erogat, nec sibi quicquam reseruat. Notandum tamen duo esse genera bonorum, quæ nobis & proximo nostro petere & procurare possimus. Alterum est, summum illud bonum, quod est natura sua absolutè bonum est, scilicet Deus, de quo Christus dicit: *Nemo bonus, nisi vnus Deus.* *Marc.10.18.* Aliæ quidem res aliquatenus sunt bonæ, sed cum exceptione, bonum est aurum, cibus bonus, potus bonus &c. in seipsis tamen, adeò bona non sunt, quin aliquem adhuc remorari possint, siue hoc fiat per nimiam earundem copiam, siue per intemperantem posidentium vsum. Quisquis iam sibi ipsi cupit primum ac supremum bonum, is seipsum in veritate amat, licet aliud illud extrinsecum bonum reijciat aut contemnat. Tales sunt homines iusti qui Deum supra omnia diligunt, & seipsos illius amore odio habent. Amant enim se quod summum bonum affectent; detestantur, quod imperfectum omne bonum reijciant & damnent. E contra autem peccatores seipsos oderunt, cum verum bonum non cupiant: & secundum vnam tantum partem amant, quod bonum imperfectum perfecto illi præferant. Verum de hoc amore peccatorum non loquitur Deus, sed de vero, atque recto amore amicorum Dei. Nam *Simile.* sicut non dicis, Æthiopem esse album, licet dentes habeat, albos: neque cygnum esse nigrum, licet rostrum

eius sit nigrum : ita & peccator seipsum non amat , sed verius odit ; amicus vero Dei contrarium omnino facit. Quod si iam teipsum per amorem Dei diligis , æquum est, vt & proximum tuum eodem affectu prosequaris. At Christus legis consummator , videtur hac lege nequaquam contentus esse : Dat enim aliam præter hanc in extrema sua cœna ita Apostolos alloquens. *Hoc est præceptum meum , vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam*, id est vitam, *ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis.* Hoc ipsum sanctus Ioannes ita nobis explicat : *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit : & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Et quidem mandatum hoc arduum est , quod non solum iubeat illius causa , molestias quasuis suscipere , aut sumptus facere : sed & vitam pro eiusdem salute impendere , & exteriores omnes pœnas subire velit , iuxta exemplum CHRISTI, qui innumera pro nobis tormenta perpessus est. Ex hisce ergo concludit sanctus Ioannes , eum nequaquam diligere proximum, qui in necessitate , temporalibus ei bonis non subuenit. Similiter & nos dicere possumus , valdè paucos esse inter nos Christianos , qui iuxta hanc regulam proximum diligant : cum tamen non Apostolis solum , sed omnibus Christi fidelibus data sit. Quam vellem hoc nobis Deus largiretur, vt vel mensuram & regulam Veteris Testamenti obseruaremus , & diligeremus proximum nostrum sicut nos ipsos : immò inferius etiam descenderemus , & proximum nostrum rebus temporalibus , si non æquaremus , saltem non minus diligeremus. Si perdidisti nummum aliquem aureum, aut annulum gemma conspicuum, quam es sollicitus de eodem requirendo , verris & tantum non euertis totam domum , singulos etiam de re perdita requiris & examinas. Sic dum equus impatiens stabili , rupit fores fugitque, quot emittis famulos ad eundem requirendum, imo vicinis etiam , eius rei causa es importunus. Similiter si damnũ aliquod tibi nuntiatur , nempè cessisse foro debi-

[Margin: Ioan. 15. 13.]
[Margin: Simile.]

debitorum tuorum aliquem, aut in itinere iacturam esse factam mercium; impatiens totus, somni expers à cibo & potu abstines, quinimò sic nonnunquam hoc te damnum angit, vt in ægritudinem incidens decumbas, nec aliam quidem ob causam, nisi quod temporalia ista bona nimium diligas. Verum in amissione animæ proximi tui, an vel medietatem huius doloris impenderes? Nosti fratrem tuum in peccatis lethalibus viuere, & coram Deo mortuum esse ac perditum, nec te latet illius prauo exemplo, aut peruersa consuetudine plurimos in peccata labi: audis denique & ipse coram intueris, per satellites Luciferi, per hæreticos scilicet Ministros, Prædicantes, & Superintendentes innumeras animas decipi, eorumque fraudibus in hæresium casses abduci; neque tamen attentas quicquam, quò hoc malo proximum eripias, quin potius solitę quieti te tradis, atque adeò parui facis illam animarum iacturam, ac si nulla tibi de eisdem cura demandata esset. Quod quidem non est diligere proximum, sicut se ipsum, sed rebus temporalibus & brutis animantibus posthabere. Quisquis igitur defectus & vitia proximi sui intuetur, aut alijs recenset, suorum interim peccatorum oblitus: quisquis errata aliena puniri, sua vero impunè vult transire: quisquis conqueritur alteri nimium indulgeri, nec sibi quicquam cupit denegari: quisquis austerus alteri, secum ipse conniuet; quisquis denique ab altero perfectionem postulat, ipse interim imperfectus, is reuera non diligit proximum suum sicut se ipsum. Neque tamen hic tibi præcipitur, vt proximum tam valdè diligas, quam teipsum: teneris enim amorem tui alieno præferre, & saluti propriæ plus quam alienæ consulere: inter proximos etiam plus diligere parentes & consanguineos, quam peregrinos & hospites, Superiores quam famulos, Sanctos quam malos & peccatores: sed mandatur tibi, vt proximo exoptes, & procurare coneris idem illud bonum, quod tibi à DEO fieri velles, interim tamen ne te illi postponas. Ea propter pro viribus adnitere, vt hoc præceptum adimpleas, quò non solum similis Patri tuo cœlesti efficiaris, diligendo inimi- *Matth. 5. 45.*

cos æquè ac amicos, ſicut ipſe, pluuiam & ſolem ſuum; ſuper malos æquè ac bonos deſcendere & ſplendere ſinit: ſed etiam ad illam perfectionem venias, quam te Chriſtus effundendo ſanguinem ſuum, & animam pro amicis ſuis ponendo docuit. Quod euidentiſſimum fuit, omnibus numeris abſolutæ charitatis inditium, per quam neminem à conſortio ſuo, quantumuis malum & imperfectum, abſtinere voluit, ſed potius eodem omnes amice nominè compellebat.

Ioan.15.13.

VIII. *In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & Prophetæ.* Hoc eſt, quicquid ſacra Scriptura complectitur, aut Deus noſtra cauſa fecit, eò totum refertur, vt Deum ſupra omnia amemus, & proximum noſtrum ſicut nos ipſos. Atque hic iam diſcis, *Inprimis*, latitudinem huius mandati, de quo Dauid loquitur: *Mandatum tuum latum nimis*, quia vniuerſam Scripturam comprehendit, vt dicit S. Paulus: *Plenitudo legis eſt dilectio.* Et quidem hoc eſt illud verbum abbreuitatum, de quo Iſaias loquitur, vt etiam S. Paulus rectè citat, in quo omnis perfectio poſita eſt, quemadmodum totus mundus in parua quapiam tabella Coſmographica. Igitur quiſquis mandatum hoc probè obſeruat, is reliquis mandatis opus nō habet; quod lex pro iuſtis non ſit poſita ſed pro iniuſtis, vt ait S. Paulus: quia iuſti per charitatem omnia ex ſeipſis faciunt, ad quæ iniuſti vi legis cogi debent. Amor enim Dei facit vt Deo placeamus, & ſoliciti ſimus de voluntate eius perficienda in omnibus: facit etiam, vt quod Deus diligit & nos diligamus, patienterque propter Deum omnes afflictiones perferamus: quin imò per tribulationes multas & anguſtias fit ardentior, planè ſicut lignum, ſi ad rem aliquam duram fricetur, incaleſcit, idque eò magis quò motus eſt celerior: & quemadmodum chalybs ſilice percuſſus non ſolum incaleſcit, ſed & ſcintillas ignis dat, & tantas nonnunquam, vt ingenti rogo accendendo ſufficere poſſint. Sic matres plus amant iſtos filios, cum quibus maiores habuêre moleſtias, & nos quoq; plus diligimus margaritam carius emptam. Chriſtus ſimiliter plus nos diligit, cum plus pro nobis paſſus ſit: imò amor eius in paſſione, cum tormentis grauioribus creſce-

Pſal.118.96. *Rom.13.10.* *Iſai.10.22.* *Rom.9.27.* *1.Timot.1.9.*

crescebat. Amor proximi nostri non concedit, vt cuiquam noceamus, aut malum de aliquo suspicemur, multo minus, vt inuicem odio prosequamur, execremur, contemnamus, bonaue mutua diripiamus. Vult etiam vt patienter alter alterius onera portemus, amabiles simus, inuicem nos defendamus, & in necessitatibus opitulemur. Quisquis iam hoc mandatum charitatis audit, is omne malum fugere debet ac relinquere, atque omnia pia opera sine vlteriori mandato perficere. Proinde aduerte Deum per duo hæc mandata charitatis non exiguum quid à nobis petere. Videtur quidem, res parua esse, si diligas Deum, propter omnia tibi beneficia præstita, maximum est tamen, quod Deo rependere possis: quia dum illi das tuum amorem, offers illi cor tuum, animam tuam, & quicquid habes: dum etiam proximum diligis, non potes illum in vlla necessitate derelinquere, sed ei succurris, eumque iuuas, vbicunque potes. Amor est ignis, quo ad omnes virtutes emolliris: quemadmodum Vitriarius, quamdiu materiam vitri in igne tenet, continuo flatu, solet ex ea ad libitum suum fingere quicquid voluerit: si vero igni eximat. Nihil ex ea poterit formare, quod formæ recipiendæ ob frigiditatem incapax sit. Ita vbi est amor, continuo ad vnam Concionatoris vocem moueris, & inspiratione diuina impelleris ad quiduis: qui si refrigescat, citius rumperis, quam vt ab instituto dimouearis. Disce *deindè*, vehemente errare hæreticos, qui perfectionem legis in fide ponunt; cum tamen hæc sine charitate vana sit & inutilis. Fides quidem charitatis est principium, quæ nobis declarat, quisnam diligendus, & quonam id modo fieri debeat. Amor autem perfectio est. Atque hæc duo mandata comprehendunt omnia reliqua, neque id solum simul vnita, sed & quodlibet eorum separatim. Nam primo mandato charitatis Dei secundum includitur, & secundum de amore proximi primum supponit. Nemo autem Deum diligere potest, nisi voluntatem eius perficere cupiat. Vnde rectè S. Ioannes: *Et hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.* Quisquis ergo proximum suum iuxta hoc mandatum diligit, is eum etiam per amorem Dei amare debet. Vides hinc duo ista mandata mutuo sibi

Rom. 13. 17. | Gal. 5. 2. | Simile. | Secundum. | 1. Cor. 13. 8. | 1. Ioan. 4. 21.

connexa esse, & amorem proximi sine amore Dei minimè subsistere, nec vicissim hunc sine illo perfici posse. Vnde
1. Ioan.4.20. idem Ioannes: *Si quis dixerit, quoniam diligo Deum; & fratrem*
Rom.13.8. *suum oderit, mendax est.* Similiter S.Paulus: *Qui diligit proximum,*
Matt.7.12. *legem impleuit*, propterea quod amor proximi plenitudo sit legis, atque (vt Christus ipse testatur) qui facit proximo suo, quod sibi fieri cupit, quicquid in lege & in Prophetis scriptũ est adimpleuit.

Tertium. Disce *tertio*, quod hæc mandata charitatis semper ob oculos habere debeamus, in omnibus verbis & operibus nostris, non solum non agendo quicquam, quod amori huic aduersari queat, sed & illud patrando, quod amorem augere possit. Si enim Deus omnia sua opera ad nullum alium finem fecit, aut etiam verba sua in scripturis reliquit, quam vt & illum & proximum diligas, æquum erit, vt omnia tua
Quartum. opera, ad hunc solum scopum dirigas. Disce *postremo*, quomodo nos ipsos diligere debeamus, non quidem secundum carnem, indulgendo sensualitati nostræ, sed in amore Dei. Sicut enim amor proximi amori Dei includitur, ita etiam
Epist.52. proprius noster amor in eodem continetur. Quin imò (vt dicit S. Augustinus) primum mandatum amoris Dei, per amorem nostri prius adimpleri debet. Nam qui Deum amat ex toto corde, anima, intellectu, viribus, is necessariò seipsum quoque amare debet; quoniam DEVM diligere, fit per amorem Dei, quem in te percipis, qui amor summum tuum bonum est, quod quidẽ sine amore proprio impetrare aut pro-
Simile. curare tibi non potes. Proinde, sicuti magister quispiam, qui discipulo præcipit scribere literas, præcipit etiam simul vt calamo, atramento, & papyro vtatur, siquidem hæc ad scriptionem sunt necessaria: ita dum tibi mandatur, vt Deum diligas ex toto corde, simul etiam iniungitur, vt teipsum diligas, id est, summum tuum bonum, scilicet gratiam Dei, & charitatem in te suscipias. Noli ergo labori parcere, quo amore isto potiri possis, quin potius omnia adhibe media, ad illum perueniendi. Media vero hæc in Decalogo reperire licebit, & in alijs præceptis Dei, & Ecclesiæ, quæ si diligenter obseruaueris, in hac etiam vita magnum tibi amorem Deus infun-

infundet, quem in altera postmodum sine mandatis vlterioribus perficiet. Nam quemadmodum faber lignarius malleo suo, lima, terebro, clauis, alijsque instrumentis opus habet, dum scamnum, lecticam, aut simile quid fabricatur, quæ tamen omnia instrumenta non nisi absoluto opere seponit: ita & in hac vita multa sunt præcepta, quibus ad hunc amorem perficiendum opus habes, quæ tamen omnia, cum ille perfectus fuerit, & in cœlo consummabitur, cessabunt, nec in vsu amplius erunt. Aliud.

Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus dicens: Postquam scribæ Christo sæpè diuersas quæstiones proposuissent, & ad eas sapiens semper responsum tulissent, etiam ipse in vltimo cum illis congressu, in præsentia populi, & in templo (vt S. Marcus scribit) necessariam ijsdem quæstionem soluendam proposuit. *Primo*, quidem vt sapientiam eis suam ostenderet non humanam sed diuinam esse, neque enim scholas frequentarat vnquam, aut humana fuerat vsus instructione, licet nihilominus omnes scripturarum difficultates nosset enucleare. Voluit ergo ostendere illis, non se indoctum & literarum expertem esse, sed potius sapientiam suam cœlitus & ex diuinitate sua hausisse. *Deinde*, vt superbiam Doctorum illorum humilitate frangeret, qui sibi persuadebãt, se solos, plebe posthabita doctos esse, & omnia nosse, dicebantque, *Turba hac quæ non nouit legem, maledicti sunt*: tum ad cæcum; *In peccatis natus es totus, & tu doces nos?* Propterea inscitiam illis suam patefaciens, ostendit valdè parum eos scire. Hoc est, quod S. Paulus dicit: *Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit, quemadmodum oporteat eum scire.* Id est, is nondum habet verum principium sapientiæ. Noli ergo in scientia tua superbire, quia plura ignoras, quam scias: neque scientia te facit meliorem, sed magis inflat, & vaniorem reddit, sicut vesica, in qua nil nisi ventus reperitur. Hinc Paulus: *Et si habuero*. inquit, *omnem scientiam & nouerim omnia mysteria, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Exiguum ergo illud quod scis, effectui mancipes: & si IX. Ioan. 7. 49. Ioan. 9. 34. 1. Cor. 8. 2.

multa

multa ſcis, multa facias: quia ſecundum amplitudinem ſcientiæ tuæ, vita tibi tua inſtituenda.

X. *Quid videtur vobis de Chriſto? cuius filius eſt?* Duo ad ſalutem æternam neceſſaria ſunt, fides recta, & pia opera. De quibus multi ſunt errores: quia hæretici noſtri adeò extollunt fidem, vt opera bona omnino deprimant, veterum in hac re veſtigijs hæreticorum nauiter inſiſtentes. Simonis magi diſcipuli, malè intelligentes Epiſtolas Pauli (vt S. Petrus ait) idem docebant: contra quos quatuor illi Apoſtoli, Iacobus nempe, Petrus, Ioannes & Iudas, Epiſtolas ſuas. (B. Auguſtino teſte) conſcripſerunt. Alij vero nonnulli reperti ſunt, qui perſuaſum ſibi habebant, ſatis eſſe benè viuere, etiamſi fides vacillet. Tales olim erant Gentiles nonnulli Philoſophi, (eodem Auguſtino affirmante) qui homines ad ſe attrahebant, eiſque viam ſalutis promittebant, abſque fide in Chriſtum. Tales etiam hoc noſtro æuo ſunt Politici, Machiauelli diſcipuli, qui fidem nihili faciunt. Tales denique ſunt plurimi homines, qui per externum virtutis ſpecimen, quod in quibuſdam hæreticis cernunt, decepti noua illa deliramenta antiquæ Catholicæ fidei Eccleſiaſticorum nonnullorum peruerſa vita viſa, præferunt. Verum illi non cogitant diabolo perinde eſſe, quomodo hominem vinctum teneat, ſiue in brachio, ſiue in pede, modo in naſſam ſuam pertrahere eum valeat. Nonnullos enim tenet per luxuriam, alios per gulam, alios per auaritiam, alios demum hæreſis laqueo circumuenit: omnibus tamen iſtis facilè concedit, vt ſe pijs quibuſdam operibus exerceant, quo illa virtutum ſpecie decipiantur, dum ſe Deo gratiſſimos eſſe arbitrantur. Chriſtus igitur licet locutus eſſet de duobus iſtis mandatis charitatis, quæ ſunt fons & origo omnium bonorum operum: cum tamen docere etiam vellet nulla opera quantumuis pia viderentur, ſine recta fide quicquam prodeſſe, quærit à Iudæis quæſtionem, per quam ſcire poſſent, quid de Chriſto credere deberent, ſcil. quod eſſet & DEVS, & homo. Erat autem vtiliſſima hæc quæſtio, per quam nos abducere cupiebat ab omnibus alijs inutilibus, curioſis, ac nociuis quæſtionibus, vt diligenter loqueremur de reb⁹ huiuſmodi, quæ nos iuuarent ad æternam ſalutem.

ſalutem. Et quidem quæſtio hæc, *Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt?* adeò erat efficax, vt omnium inimicorum ſuorum ora actutum obturaret. Qua & tu ſimiliter vtere, vt tentationis tempore hoſtes tuos in fugam conuertas. Quod ſi dæmon te vexat Superbiâ, Auaritiâ, inuidiâ & odio, ſi à mundo ad vanitatem, faſtum, comeſſationes, traheris, ſi etiam caro tua cupit voluptates, commoditates, delitias, &c. propone illis hanc quæſtionem, Quid vobis videtur de CHRISTO? eratne ille ſuperbus, auarus, luxurioſus, guloſus, inuidioſus? &c. Et ipſe quidem eſt dux meus, vnde vult, vt etiam eius veſtigijs inſiſtam: ipſe eſt filius DEI, ſine vlla macula: ipſe eſt iuſtus Iudex, qui quicquid ſibi diſplicebit, inultum nequaquam tranſire permittet. Si aliter cogitas, nó noſcis illum: qui autem illum benè cognoſcunt, nullis tentationibus ſuccumbent.

XI. *Dicunt ei Dauid.* Ex Scriptura diſcimus, Chriſtum tria genera parentum habere. *Imprimis,* ſecundum ſuam diuinitatem Patrem cœleſtem, cuius natura in ipſo Chriſto eſt, & à quo ſine matre gignitur. *Deinde,* ſecundum humanitatem, ſanctiſſimam matrem ſuam Mariam, ſine corporali patre, non niſi quod ſuæ matris progenitores etiam patres ſui ſint & nominentur. *Tertio,* ſecundum Spiritum, quemadmodum dicit: *Quicunq; fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlo eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.* Ideò enim ſunt frater & ſoror, quod eundem Spiritum Patris mei cœleſtis habeant, atque eaſdem hæreditates mecum ſint poſſeſſuri: mater verò, propterea quod me; qui æterna ſapientia ſum in animabus ſuis per Verbum Dei, quod audiunt, ſuſcipiunt, ſicut Sanctiſſima mater Maria me ſuſcipiebat in ſuo corpore, audiendo ſalutationem Gabrielis Archangeli, atque in hac conſentiendo. De quo ita loquitur Paulus: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Nam per verbum Dei in nos venit bonum ſemen, quod bonis cogitationibus in nobis aliquam immutationem operatur, atque per bonum noſtrum propoſitum quod concipimus, Spiritum Chriſti acquirimus, vnde etiam dicimur Chriſtum gignere & in hunc mundum proferre, quod per ipſius Spiritum benè, piéque operemur, & re ipſa

Chriſtus habuit tria parentum genera. 1. 2. 3. *Matt.12.50.* *Gal. 4.19.*

re ipsa ostendamus, quod CHRISTVS magis in nobis viuat & operetur, quam nos ipsi, id est, vetus noster homo, qui passionibus suis inhærere solitus erat, ijsque morem gerere. Etiam hic aduerti potest hos non nominare Abraham, qui &
1. Christi pater erat, sed Dauid. *Imprimis*, quod promissiones illæ, quas Deus Dauidi fecerat, recentiores essent, atq; euiden-
2. tiores. *Deinde*, propter dignitatem, quæ in Dauide maior erat,
Gen. 20. 7. quàm in Abrahamo. Nam Abraham duas duntaxat dignita-
Ioan. 8. 52. tes habebat, quod nimirum esset Patriarcha & Propheta, vt eum Deus nominat, & Christus etiã testatur: sed Dauid præ-
3. ter ista Rex quoque erat. *Postremò*, quod dona quæ in Abrahamo laudabantur, viderentur magis esse spiritualia, vt sunt fides, obediẽtia, humilitas, à quibus donis nominatur Pater credentium: in Dauide maior erat mundana atque externa magnificentia, honor, gloria, & diuitiæ, &c. Quoniam ergo Iudæi cupiebant Messiam aut Christum talem, qui magnus esset in temporalibus, sequẽdo Dauidis amplitudinem, eum potius nominant filiũ Dauidis, quàm Abrahami. & hoc præcipuè, dũ ab illo sanitatẽ corporalem, aut auxiliũ temporale
Matth. 15. 20. peterẽt: vti mulier illa Chananæa, & multi cæci apud Matth:
Matth. 9. 17. Marc. 10. 22. Marcum, & Lucam. Atque hic discis mundanos homines à
Luc. 18. 19. Deo magis tẽporalia bona sperare, ad corpus spectãtia quam cõmodum animarũ quęrere. Tu verò intuearis virtutes patris Christi Abrahami, easque sequaris: vt & promissis Abrahamo factis, & in Scriptura ita magnificè laudatis, potiri possis.

XII. *Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens.* Dauid quidem erat pater Christi, & tamen nunquam eum suum filium sed semper Dominum nominat: quod in illo videret non solum humanam naturam, quam à se accepturus esset, sed etiam diuinitatem, quæ maxima erat omnique amore & honore digna. Christus vocat Apostolos suos fratres, atque in extremo iudicio pauperes quoque fratres
Ioan. 20. 17. suos nominabit, dicendo: *Quamdiu fecisti vni ex his fratribus meis*
Matt. 25. 40. *minimis, mihi fecistis:* Tamen nihilominus Apostoli, dum cum Christo loquerentur, aut de illo scriberent, nunquã vtebantur hoc verbo *fratris*, sed reuerenter dicebant, *Magister*, aut *Domine*. Nam licet Christus per humilitatem suam, nos fratres

suos

suos appellitet, æquum est tamen, vt nos cum insigni animi demissione ac reuerentiâ intueamur amplitudinem eius, & decenti eum titulo honoremus. Rex Galliæ custos est Ecclesiæ S. Dionysij: si tamen locuturus cum eo, diceres: Salue Domine custos, meritò indignaretur. Verum quidem est, Sanctissimam matrem Dei Christum *filium suum* nominare, cum ait, *Fili, quid fecisti nobis sic?* licet non minus eius Deus fuerit quam Dauidis & Abrahæ: quia hoc faciebat partim, vt nos doceret eum esse verum hominem, & hominis filium: partim, quod nondum tempus esset diuinitatem eius palam manifestandi. Hinc discis hæreticos nostros admodum impie facere, dũ Christum hoc modo adorant: ô fili Dei, ora Patrem tuum pro nobis. Ecclesia verò Sancta dicit, *Christe eleison*, id est, *Christe miserere nostri*, & in Letanijs, *O fili Dei Saluator mundi, & Deus miserere nostri.* Licet enim Christus verus sit mediator inter Patrem cœlestem & nos, & noster etiam *Aduocatus, semper viuens ad interpellandum pro nobis*, vt ait S. Paulus, tamen nos debemus semper oculos nostros in diuinitatem ipsius conijcere: atque dum cogitamus de humana ipsius natura, debemus etiam memores esse eius, quod post resurrectionem suam dicebat: *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.* Quisquis iam Christum magni facit, eumque velut supremũ suum Dominum honorat & obseruat, is etiam loquitur per Spiritum sanctum, vti hic de Dauide dicitur, nõ solum quod Spiritus sanctus per os suum sacrã scripturã cõposuit, sed etiã ꝙ magna res sit, & opus Spiritus sancti seipsum cũ omni humilitate Christo subijcere, atq; ita illũ Dominũ suũ nominare.

Luc. 2. 48.

1. Tim. 2. 5.
1. Ioan. 2. 12.
Hebr. 7. 25.

Matth. 28. 18.

1. Cor. 12. 3.

XIII.

Dixit Dominus Domino meo: sede à dextris meis. Duo hi versiculi desumpti sunt ex Psalmo centesimo nono, qui quidẽ semper à Iudaicis antiquis Doctoribus explicatus fuit de Messia seu Christo, vt hic apparet, dũ Christus seipsum iuxta illam explicationem producit, atque à nemine ei in hoc contradicitur. Et haud dubium, quin Psalmus iste de nullo alio quam Christo intelligatur, quandoquidem non fuerit mortalium quispiam, qui dignus censeretur ad dexteram Dei sedere. Primum verbum, *Dominus*, significat in Hebræo venerandum, & ineffabile illud nomen Dei tetragrammaton, quod

quod soli Deo conuenit, per quod Deus Pater notatur: qui quidem absolutè Dominus est, non vnius aut duarum regionum, sed omnium creaturarum, quæ in cœlo & in terra vnquam fuerunt, sunt, aut erunt: quia creator est omnium, atque omnes res non minus in manu sua habet, quam figulus argillam, ex qua ollam conficit. Secundum nomen, *Domino meo*, significat Christum filium Dei, qui peculiari modo Dominus noster est, eo quod nos pretioso suo sanguine & morte emerit ac redemerit: ad quem non minus pertinemus, quam equus, aut bos emptus, ad Dominum & emptorem suum. Ideo dum Scriptura de Christo loquitur vt Domino, addere solet *Noster*. vt *Domine Dominus Noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra*. &, *Benedicat nos Deus, Deus Noster, benedicat nos Deus*, id est, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, similiter Apostoli in epistolis suis Christum communiter vocant *Dominum nostrum*. Sedet hic ad dexteram Patris, id est, in præcipua dignitate æqualis cum Patre potestatis, & honoris. quia non est homo purus, sed idem cum Patre Deus. De Regina cœli, id est, B. Virgine scribit Dauid, quod *à dextris* adstet; de Christo autem, quod sedeat. Sedere Domini est, stare famuli: inter famulos beata Virgo princeps est, ideoque Domino proxima. Cogita nunc quam nos Dei Filium tractemus indignè. Deus eum à dextris sibi sedere iubet, nos ad læuam ponimus; eique honoris, lucri, voluptatis exiguum præponimus; Quibus obtentis, tunc Dei Filio pro oportunitate seruimus, nempe, cũ alijs nõ occupamur. Hæretici qui Christo sola fide seruiunt, nõ tribuunt ei primum locum, sed secundum; nempe, intellectu in quo est fides, non voluntate, in qua charitas subiectatur, ei seruientes: cum tamen dicat Christus, *Præbe fili mi cor tuum mihi*. Et qui frequenter peccata iterant, non dant Christo sedem, vt maneat; sed pro tempore eum excipiunt, & postea eijciunt. Sed quot prô dolor adhuc sunt, qui nec tantum quidem honorem, ei deferunt verum *pedibus*, vt Apostolus queritur, *conculcant*. Subijciunt eum superbiæ, auaritiæ, impudicitiæ, &, vt Isaias loquitur, *in peccatis seruire cogunt*. Honora Christum, eique cor tuum præbe, & omni sollicitudine vigila, ne descendat *Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum*.

Psal. 8. 1. *Psal. 66. 8.* *Psal. 44. 10.* Quam indigne tractemus Dei Filium. Hæretici quẽ locum Christo tribuant. *Prou. 23. 26.* *Hebr. 10. 29.* *Isai. 43. 24.*

tuorum. Non videtur hic versus quicquam facere ad quæstionem, addit tamen eum Christus; vt Iudæi timorem concipiant, audientes se pedibus Christi subijciendos, quem etsi scirent esse Christum, tamẽ vt hostem persequebantur. Non significant hæc verba quod subiectis Christo inimicis, non sit ipse amplius sessurus ad dexteram Patris; sed quod statim à resurrectione, & adscensione ibi sessurus sit, etsi viuant adhuc oppugnatores honoris eius: subiectis vero his, gloria eius erit tanto maior. Disce *primo.* Non omnes esse infelices, qui inimicos habent; nam & Christus sedens in gloria Patris sui, eos habet, & quidem plures quam habeat amicos. Omnis peccator, Deo inimicus est. *Primo,* Quia vendicat sibi honorem Dei, dum pecuniam, vel ventrem, sibi, vt Apostolus ait, Deũ statuit. *Secundo,* Quia Deum nititur quasi priuare diuinitate. Optat enim, iuxta Bernardum, vt Deus peccatum ignoret, illudque vel non possit punire, vel non velit, adeoque vel ignorans esset, vel impotens, vel iniustus, quod eodem redit, ac si nõ esset Deus. Interim nec felices sunt omnes, qui inimicos habent, aut persecutiones patiuntur, nisi id propter iustitiam. Disce *secundo*, Breuibus his verbis, magnos significari cruciatus inimicorum Christi, magnamque confusionem. *Primo,* significatur locus, nempe infernus, hic enim sub terra est, de qua dicit Dominus, *terra scabellũ pedum meorum. Secundo,* Contemptus, quæ enim pedibus subijciuntur, vilia sunt, estque commune signum contemtus, si quid pedibus calcemus. *Tertio,* Perditio totalis: sordes enim quas pedibus terimus, quasi in nihilum redigimus. Sic Christus, quasi petra super inimicos suos cadet, & conteret eos. *Quarto,* Desperatio futuræ liberationis; iacent enim sub Christi pedibus, quasi sub cippo graui, quem amouere non possunt. *Quinto*, Vita perpetua in cruciatibus; sicuti enim scabellum sub pedibus manet integrum, sic & inimici Christi viuent, nec morientur, aut potius morientur perpetuo, sed nunquã erunt mortui. iuxta illud *Desiderabunt mori & fugiet mors ab eis.* Disce Tertio, Exemplo Christi, inimicos tuos subijcere sub pedibus. Nemo tibi te ipso est inimicior, te subijce, & passiones malas; insiste eis, ac preme, vt non moueantur. Qui scabello insistit, altior est alijs,

Peccator Deo inimicus.
1.
Philip. 3. 19.
2.
Pœna inimicorum Christi.
1.
2.
Apoc. 9. 6.

alijs, qui autem sedens habet scabellum sub pedibus, sedet commodius: sic qui domuit passiones animi, quietem habet, estque apud Deum altus, & homines. *Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo eius filius est?* Non negat Christus se filium Dauid, sed plus inferre vult: nempe etiam se esse filium Dei. Quod ex allegato Psalmi loco quatuor argumentis deduci potest, quorum *primo* Christus vtitur. Dauid fuit inter Israelitas summus, neque vllum habuit (præter Deum) superiorem.

Quatuor argumenta ex Psal. allegato.

1. Fuit primus Rex suæ familiæ, fuit Sanctissimus, ita vt dixerit

Act. 13. 22. de eo Deus *inueni Dauid virum secundum cor meum*, quod de alio nullo dictum legimus. & tamen Christus, est Dauide maior: fatetur enim Dauid, eum esse Dominum suum, quod non faceret si filius tantũ eius esset, Salomonem enim etsi sapientio-

3. Reg. 1. 19. rem, ditiorem; & celebriorem se, *seruum* nihilominus vocat.

2. Christus ergo Dei quoque Filius est. *Secundo*, Christus dicitur ad dexteram Dei sessurus, nempe nõ vt seruus, aut subditus:

3. sed vt æqualis, est ergo Deus, sicuti is cui assidet. *Tertio*, Dauid longe ante Christum humana generatione natũ vocat eum Dominum, ergo erat tunc; qui enim non est, Dominus quoque nõ est. Fuit igitur tempore Dauidis Christus, secundũ di-

4. uinitatem. *Quarto*, Christus sedebit à dextris Dei, vsque ad consummationẽ sæculi est ergo dignior quã purus homo. His & similibus argumentis docet nos Scriptura, Christi diuinitatem, vt non sistamus in eius humanitate; sed ad diuinitatis contemplationem assurgamus, & quia eam non possumus perfecte hic cognoscere, laboremus per sanctam conuersationem, nos cœlesti gloria dignos reddere.

Respondent multi Deo verbis.

Et nemo poterat ei respondere verbum. Multi hic sunt qui Deo verbis respondent. *Primo*, Qui se à peccatis commissis excu-

1. sant, titulo infirmitatis, mali exempli, aut alio prætextu: sic

Gen. 3. 12. Adam se excusauit accusata Eua, Eua, accusato serpente, &

Matt. 25. 24. seruus piger, accusata Domini sui austeritate. Præcipitationẽ iræ reijcimus in naturæ impotẽtiam; iurationes, in consuetu-

2. dinem inueteratam, luxuriam, in seductores. *Secundo*, Qui bo-

Matth. 21. 30. na proponunt tantũ & non perficiunt, vt is qui patri respondens se iturũ in vineam, tamẽ nõ ibat. *Tertio*, Qui labijs orant;

3. multasque adhibent cæremonias, corde vero longe à Deo absunt.

absunt. Adulatorum instar, qui manum osculantur, & aurea spondent; sed nihil præstant. *Non est*, vt Apostolus ait, *regnum Dei in sermone, sed in virtute.* Sufficiunt his verba quamdiu tacet Deus, sed si ipsi rogare se incipiant; Deique audire rationes, obmutescent ilico. Ingredere cor tuum, & conscientiam, ibi Deum audies, te euidenter conuincentem. Quem si illic audire renuis, cogeris tamen in mortis articulo, & iudicij die audire, quando reuelabit turpitudines tuas, & pandet occulta. Quid tunc respondebis abiectus ab omnibus, & propriæ conscientiæ testimonio damnatus? 1.Cor.4.20.

Neq; ausus fuit quisquam ex illa die, eum amplius interrogare. Aduertebant Pharisæi se à Christo per responsiones, & interrogationes eo deducendos, quo nollent. Volebat ille ad fidem rectam, & vitæ sanctitatẽ eos perducere, sed malebāt ipsi incredulitatem, & peccata. Ideoque ne ab his deducerētur, noluerunt amplius interrogare eum. Multi hodie illorũ similes sunt. *Primo*, Hæretici pertinaces, qui neque à Catholicis Doctoribus instrui, neque eorũ libros legere, neq; rationes sine contẽptu volunt audire. In vniuersitate Oxonniẽsi apud Anglos celebrarunt an. 1559. quasi exequias, & sepulturã omniũ Theologorũ Scholasticorũ S. Thomæ, S. Bonauẽturæ, Alensis, Scoti, Durādi, Gabrielis, &c. Qui oẽs Theologiæ quæstiones accuratissime explanāt, eorumque libros in puteum altũ defoderunt, vt simul defoderẽt veritatẽ. *Secundo*, Mali Cathobi, vt vsurarij, adulteri, lenones, ebriosi, &c. qui ne veritatem discant, fugiunt à pijs, imitantes Achab qui Micheæ ꝙ ab eo reprehẽderetur præsentiã oderat. Nolunt etiã hi esse soli, sed societatẽ amāt, vt sic cõscientiæ sepeliant monitiones. Putant interim se ob ignorātiam excusari, sed affectata ignorātia culpã auget. De q; eis dixit Apostolus. *Qui ignorat ignorabitur* nẽpe à Deo. *Tertio*, Qui ad statũ perfectionis vocati carnis libertatẽ, & voluptates præeligunt. vti adolescẽs qui à Christo monitus relinquere omnia, & dare pauperibus, & Christũ sequi, tristis abijt. Hi similiter monitores fugiunt, nolũt. n. ad talia moneri, sed parũ cogitāt, ꝙ in hora mortis optabunt se eos fuisse secutos. Concionẽ claudo memorabili historia, quę ad hoc seruit, vt discamus quam sit periculosum monitiones Dei respuere.

XVII.

Similes Pharisæis.

1.

2.

3.Reg.22.8.

1.Cor.14.38.

3.

Paludanus in homil. Naucl. Vol. 3. Gen. 34. Fulgosius. l. 9. cap. 12. Theatrum Lycost. l. 12. Trith. in Chron. Hirsaug. in Gebhardo an. 10

Neque fabula est sed res grauissimis authoribus contestata. Circa annum 1070. fuit Magdeburgi, studiosus nomine Hartwicus, alias (ait Trithemius) Vdo, stupidi ingenij, & nullius memoriæ. hic accessit ad templum S. Mauritij, toto corde B. Virginis opem implorans, quæ apparuit illi, & non solum ei felix ingenium, sed & Archiepiscopatum Magdeburgensem, post Episcopi obitum, promisit. Addens serio, vt pie viueret, magnam postea mercedem; aut, si contra, magnam pœnam accepturus. sensit intellectũ illuminari, studuit, omnes superauit factusque vndecimus eius sedis Episcopus, sedit annos plus minus 22. Initio pie vixit, sed tandem dedit se voluptatibus carnis. Scortum habebat Abbatissam Monasterij vallis lilij, tunc *Oosterholt*. à pijs frequentius monebatur, sed frustra; tandem tribus continuo noctibus, vocem audiuit sibi dicentem. *Fac finem ludo quia lusisti satis Vdo.* Sed cum nec sic resipisceret, magna eum post tres mẽses pœna extinxit. Orabat in Ecclesia Magdeburgensi venerabilis quidam Canonicus: nomine Fridericus, tota nocte, vt Deus huic scandalo occurreret, & ecce, media nocte ventus vehemens omnes candelas extinxit, ingressique sunt duo iuuenes, cum lucentibus facibus, qui ad altaris cornua substiterunt. secuti sunt hos duo alij, quorum vnus pretiosum habebat tapete, quod ante altare strauit; alter, duo solia, quæ tapeti superposuit. Post hos alius magna voce venit clamans, *Omnes Sancti Dei quorum hic sunt reliquiæ surgite ad iudicium*, & statim repletum est templum. Ac tum venit Christus comitatus Apostolis, & B. Virgo comitata virginibus; sederuntque hi in duobus dictis solijs. Accessit B. Mauritius Ecclesiæ Patronus, cum socijs suis apud Christum contra Archiepiscopum querelas deponens. Iubet Christus adduci Archiepiscopum. Diaboli duo ad ædes eius abeuntes eum à latere Abbatissæ (vt postea fassi sunt) abreptũ, Christo sistunt, accusatus cum respondere nihil posset, ante summũ altare decollatus est, omnesque discesserunt. Canonicus vero hæc omnia, postridie vtrique Magistratui vrbis narrat. Venit interea Archiepiscopi Sacellanus, Bruno nomine, qui ea nocte in via dormiens, viderat Dominum suum inter multos diabolos, ad Luciferum trahi, à quo salutatus bu-

fonibus

fonibus pascebatur, & ardenti pice lauabatur: loco balnei in candenti fornace ac tandem in ignem, inter alios, præcipitabatur. Quæ cum Bruno narrasset, nemo de Vdonis damnatione dubitauit. Corpus ergo in loco profano proiectum est, vtpote indignum quod inter Christianos sepeliretur. Hoc tu exemplo sapias, Deique monitionibus obsequaris.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, qui noster es promissus Messias, verus Deus, ac perfectus homo, filius ac seruus Patris cœlestis, filius & Dominus regis Dauidis, noster etiam Magister, iudex, & Doctor, quiq; homini rectam fidem infundis, eumq; diuino tuo amore inflammas: Oramus te, intellectum nostrum fide tua illustra: extermina ex finibus mundi omnes errores & hæreses, vt puram veritatem sine vlla caligine cognoscamus: Adure quoq; nos igne tui amoris, vt etiam nos ex toto corde, anima, intellectu, & viribus te amemus, & proximos sicut nos ipsos: eijce ex nobis omnem impurum, carnalem, & proprium amorem, & omne illud quod diuino tuo aduersatur amori: emunda corda nostra ab omni superbia, quæ amorem remoratur: ab omni auaritia, quæ corda nostra indurat aduersus omnem charitatem; ab omni luxuria, quæ intellectum contra amorem excæcat: à gula, quæ nos contra amorem obscurat: ira & odio, quæ amori aduersantur: ab omni indiligentia, quæ amorem refrigerat: & ab omnibus deniq; alijs defectibus & vitijs, quæ amorem minuunt, aut tollunt. Incende igne amoris tui, omnes superiores, vt oues tuas ex amore regant: omnes subditos, vt ex amore obediant: omnes deniq; Religiosos, vt ex amore ad perfectionem perueniant. Fac etiam nos omnes per tuum amorem ciues cœlestes: quia ibi patria nostra est, quam omnium maximè diligemus: atq; etiam ibi est thesaurus noster, vbi cor nostrum est, & summa nostra cupiditas. Oramus ergo te Domine Iesu, combure nos amore tuo vt nihil aliud quam teipsum diligamus, nec vllam creaturam, nisi in te, per te, & sub te, atq; in honorem tuum amemus: qui cum cœlesti Patre, & Spiritu sancto in æternum regnas, Amen.

DOMINICA XVIII. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Matth. 9.



Scendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt inter se: Hic blasphemat. Et cùm vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge & ambula? vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc dicit paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abijt in domum suam. Videntes autem turbæ, timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit talem potestatem hominibus.

Breuis

Breuis Euangelij Exegesis.

POstquam Dominus in terra Gerasenorum duos ab innumeris liberasset diabolis, atque diabolis in porcos abire permisisset, tum vt multitudinem, tum vt fœditatē eorū ostenderet; qui nihil nisi fœda quærunt,& cōmittunt, rogatus est ab incolis inde discedere, maius sibi damnū ex Christi præsentia timentibus. Quemadmodum & hodie multi inutile, imo damnosum putāt Deo seruire,audire Sacrum,mendacijs,fraudibus: alijsque peccatis abstinere. Christus,quia neminē trahit inuitum, (dedit enim ideo Deus libertatem nobis,vt libere ei seruiamus)transnauigauit inde,in Caphernaum,quo transmigrarat ex Nazareth, atque ibi, pro consuetudine sua,concionatus, doctrinam suam magna authoritate confirmauit, remittens paralytico (per tectum à quatuor viris dimisso qui alias ad Christum accedere non poterant, propter auditorum multitudinem) peccata sua, atque eandem potestatem peccata remittendi rursus miraculo probat, dans paralytico sanitatem, ita vt tolleret grabatum suum.Homines de miraculo nihil ambigentes, Deum laudant, Christique doctrinam fatentur diuinam, & quod potestatem habeat peccata remittendi in terra.

Documenta Concionis decimæoctauæ.

Duo notanda. ADscendens Iesus in nauiculam transfretauit. Nota *primo*, 1. Christum in pœnam peccatorum nonnunquã integras regiones deserere, vt hic in Gerasenis patet, qui porcos magis amabant, quã Christum, rogantque vt inde discederet. Christus deserentes se imo per peccata eijcientes, deserit, qui porcos, id est, luxuriam, voluptatem, lutum, & pecuniam Deo preferunt. Hinc enim hereses oriuntur, & infideles. Sic deserta & Græcia, Africa, & Syria. Vtinam nõ & nos deseramur, fide ad orbẽ nouum, Indias, Iaponiam, Chinas, Brasiliam, Peru 2. migrãte, vti Dominus minari videtur. *Secundo*, Quod etsi posset Christus ambulare super aquas, vti alias fecit, vel diuidere aquas, quod Elias fecit & Elisæus; voluerit nihilominus naue vti. Vt plurimũ enim cum diuinitatẽ manifestabat miraculis, solitus fuit humanitatẽ simul signis quibusdam; vt fletu, fuga, siti, fatigatione aperire, tũ vt vtramque in vna persona naturã crederemus, & ex eo solatiũ caperemus; quod Deus, & Iudex, idẽ sit frater noster: tum, vt in omni opere bono infirmitatem Psal. 77. 71. 1. Tim. 1. 13. nostrã cõsideremus, atque humiliemur, Dauidis instar, qui in omni gloria sua cogitabat se pastorẽ fuisse; & Apostoli, qui in omni bono opere se Ecclesiæ cõsiderabat fuisse persecutorẽ.

Et venit in ciuitatem suam. Ciuitates & regiones omnes Dei Psal. 23. 1. sunt cuius est *terra & plenitudo eius*. Christus nihil habebat proprium in mundo, ne quidem vbi reclinaret caput suum; & tamen emporium hoc dicitur eius ciuitas: quia eam sibi delegerat ad habitandum, & peccatores per doctrinam mira- Finis incarnationis. culis roboratam cõuertendos. Solatij plenum est, quod ciuitatem peccatoribus & peccatis plenam, Deus eligat in suam. venit enim peccata remittere & peccatores saluos facere, eosque sanguine suo redimere. Lætare ergo peccator quia venit redemptor tuus, vult tibi cohabitare, teque vt peculium suo sanguine acquisitum, possidere. venit vt possessionem tui capiat, trade igitur te ipsum illi. Sicuti enim iniuriam facit mercatori, qui impedit ne tradantur ei quæ emit:

sic

sic Christo iniurius es, si nõ suscipis eũ, teq; ipsum illi das, qui tam difficili pretio te emit. porrò eijcis eum, quoties mortaliter peccas, vbi enim peccatum tale est, Christus admitti non potest.

Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Vox *Ecce*. nouitatis indicium est & miraculi. Multa autem hic noua. *Primo*. Quod infirmus offeratur, durante adhuc concione, hoc enim fieri non solet. *Secundo*. Quod tam mirabili modo, quem alij Euangelistæ describunt, offeratur. Cum enim nõ possent qui eum portabant, per ostium ingredi aperto tecto, demiserunt eũ quatuor funibus. *Tertio*, Quod tanta sit horũ fides in Christum, & charitas in proximũ. Disce amare proximũ, nõ verbis inaniter, sed operib⁹ vtiliter; nulli parcens labori, aut sumtui. Homines Christus magno pretio, & labore emit. ideo eos amat, qui alijs cõuertendis insudant, eisq; peculiarẽ pręparauit coronam, de qua Apostolus, ad eos quos cõuerterat, scribens: *Quæ est corona gloriæ nostræ? nõne vos ante Dominũ nostrũ Iesũ Christũ in aduẽtu ei⁹?* Rara est hodie charitas, vt proin merito particula. *Ecce* vtamur, si quis proximo suo officiũ aliquod pręstet gratis, nulla sperata mercede, nisi æterna. Vt enim Apostolus queritur, *Omnes quæ sua sunt quærunt non quæ IesuChristi* cui in hominibus seruimus; *quod enim*, ait, *vni ex minimis his fratribus meis fecistis mihi fecistis*.

Quæ hic noua. 1. 2. 3. 1. Thess. 2. 19. Psal. 2. 21. Matt. 25. 40.

Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico. Nota *Primo* Nullã fieri mentionẽ charitatis illorũ, quę tamen magna erat; sed fidei, quia charitas meretur, fides vero impetrat. Porrò ad fidem hanc nõ sufficit credere, quod vera sint quæ in Scripturis Deus dixit: hoc enim & peccatores Catholici faciũt; sed oportet promissionib⁹ eius inniti, & quod promisit generatim, firmiter fidere te accepturũ. ad quod requiritur *Primo* vt cõditiones impleas à Deo pręfixas, alioqui vana esset fiducia: his autẽ impletis, nihil apud Deũ plus valet, quã vt firmiter de misericordia eius fidens, ores: sic enim tę ostendis nosse potẽtiam Dei, & charitatẽ, quodq; ex nullo, res nisi ex ipso pędeat. Sicuti pater potens, qui filio promisit opẽ, cogitur eã præstare cũ filium videt obedire sibi, & opis egere, nulli nisi sibi fidere, se implorare. Vis ergo vtiliter cõfidere, serua mandata Dei, ama

IV. Conditiones fidei.

Rom.5.5. eum, sic spes tua non confundet, quoniam *charitas Dei diffusa est in corde tuo per Spiritum sanctum qui datus est tibi.*

Potes hinc discere vlterius, quod etsi pręcipuũ fiducię fundamentũ sit Dei promissio, tamen sicut opera bona requiruntur ad impetrandũ, quod Deus promisit; sic eadē multũ foueant fiduciam, ita vt hæc tanto sit maior, quãto illa meliora. Si

1.Ioan.3.21. enim *cor nostrum non reprehendat nos,* firma est fiducia. Vnde in-

2.Timo.4.7. stante morte, audebat Apostolus. *Bonum certamē certaui cursum consummaui fidem seruaui in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.* Sicut enim qui Regē offendit, nihil ab eo sperat, vel petit, nisi reconcilietur prius; is vero qui multa ei, & magna præstitit officia, petit fidenter; sic qui facit voluntatem Dei, aliquam in se experitur securitatem, vt confidat se exaudiendum.

Fidem cur dicatur vidisse Christus.

Nota *Secundo*. Quod *fidem* viderit Christus non *fides* plures.

1. *Prima* quia vnica est fides Deo grata, & ad impetrandũ necessaria, sine qua *impoßibile est placere Deo.* Fide hac vtriusq; Testa-

Hebr.11.6. menti Patres orarunt, & multi miracula fecerunt, quæ tamen etsi vna sit, in vno roboratior est, & firmior; quã in alio. sicuti idem solis radius lucidior est, in obiecto albo, quam nigro; lu-

2. cidissimus autē in vitro; præcipue crystallo. *Secundo.* Vt doceat cum hæreticis, & schismaticis non esse orandum? debet enim qui impetrare vult in vnitate esse, vt illa Christi verba signifi-

Matth.18.19. cant. *Si duo cõsenserint super terrā de omni re quamcunq; petierint fiet illis à Patre meo qui in cœlis est,* illi vero non consentiunt, qui fide (quæ inter præcipua est) dissentiunt. Nota *Tertio.* Infirmo profuisse fidem portantium, Iuuamur enim aliorũ operibus bo-

Iuuamur ab alijs.

nis, propter Sanctorũ, quam in Ecclesia credimus, & tenemus, cõmunionem. *Primo.* Iuuant nos Christianorũ orationes, non

1. eæ tãtũ quę speciatim dicũtur pro nobis, sed cõmunes quoq;, quia vnius corporis mēbra sumus. Atq; ideo oramus *Pater noster*, non *Pater mi.* & *da nobis*, non *mihi* item *dimitte nobis* &c. *Se-*

2. *cundo* Participamus de omnibus operibus bonis in Ecclesia à

Psal.118.63. quocunq; tandē ea fiant, iuxta illud Dauidis. *Particeps ego sum omnium timentium te.* Sicuti enim in corpore humano membrũ nullũ sibi soli agit, sed homini toti, id est, reliquis quoq; membris, verbi gratia, os loquitur, oculi vident, pedes mouentur, manus operãtur, & c. sic quod Christianorũ singuli faciunt, o-

omnibus

omnibus prodest. *Tertio*. Nonnunquam prodest nobis alicuius 3.
Sancti passio, tali modo quali nō prodest ipsi; nēpe ad satisfa-
ctionē. Multi enim Sanctorū plura passi sunt quā peccatis de-
meruerant: iuxta illud Iob; *vtinā appenderentur peccata mea, quibus* Iob. 6. 2.
iram merui; & calamitas, quā patior in statera; quasi arena maris, hac
grauior appareret. Multa tulit B. Virgo, & tamen non demeruit.
multa Ioan. Baptist. qui ne vel leui se macularet crimine à te-
neris abierat in solitudinē. multa S. Paul⁹, qui statim à baptis-
mo Apostulatu funct⁹, multis quoq; laboribus, ærūnis, mole-
stijs ad finē vsq; sanctissime defunct⁹ est. multa alij sancti, qui
plurimas aduersitates, & tormēta innocentissime viuentes su-
stinuerūt. Hæc omnia illis ad satisfactionē pro peccatis ꝓprijs
nō erāt necessaria: nobis ergo, quorū satisfactiones deficiunt, Duo in bo-
applicātur. Neq; respōdeat hic aliquis, Sāctos pro his omnib⁹ no opere.
à Deo mercedē recepisse. Nā in opere bono duo sūt. *Primū est*. 1.
Radix, & origo à qua illud procedit, quę est charitas: hęc enim
filiū Dei, seu iustū mouet vt ad honorem Dei, Patris sui bonū
faciat. Hæc porro gratia quia homines reddit Dei filios, facit
quoq;, vt mercedē mereātur filiorū Dei, quo enim persona o-
perās est dignior, eo maior quoq; est merces: sic Doctorē me-
dicū videmus quotidie, maiora exiguo labore mereri, quā ru-
sticū aliquot dieb⁹. Hac ratione omnib. datur secundū merita
& passiones præmiū. fides enim quæ per dilectionē operatur,
efficax est, illiq; datur maius pręmiū, nō qui labore, sed qui di-
lectione superat. Magis laborarūt in vinea qui hora 1. quā qui
11. venerant, & tamen præmium eorum non fuit maius, quia
nec fuit maior dilectio. *Alterū est pœna*. Cuius natura est satisfa- 2.
cere pro peccati voluptatib⁹; oportet enim voluptates has re-
scindere, & pęnę tēperamēto ad mediocritatē reuocare: vnde
de Babylone dixit Angelus, *Quantū in delitijs fuit tantū date ei de*
tormētis. Videmus quotidie malum, pœnâ compensari, apud Apoc. 18. 7.
homines, etiam inuite suscepta. Iustorum bona opera tanti æ-
stimat Deus, vt licet ea abūdantissimę in cęlo remuneret, quo
ad meritum, tamen quia pęnalitatū natura est satisfacere; etiā
hoc eis tribuat: si enim inuoluntariæ pœnę satisfaciant homi-
nibus, æquū est vt iustorum quoq; pœnæ satisfaciant. Et quia
effectus hic ipsis iustis nō applicatur, (qui plura patiuntur quā
peccatis demeruerint) nobis cedit, qui plus demeruimus
quam

Coloss. 1.24. quã patiamur. Significauit hoc Apostolus cum diceret: *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia,* id est, Etsi pro peccatis vestris satisfecerit Christus, vult tamẽ vt & vos satisfaciatis, & aliquid patiamini. hoc autem ego vestro nomine præsto; vosq; mearũ passionum participes reddo. Satisfactiones hæ in thesauro Ecclesiæ cõseruantur, atq; à supremo Oeconomo, per indulgentias, his qui egent, dispensantur.

Nota *Quarto* Christum non attendisse solã portantiũ fidem, sed ipsius infirmi quoq;, qui portari se permiserat, & cum tãto periculo demitti. Si aliorũ orationibus iuuari vis, cũ eis ora, & cooperare. Orabant pro Chananæa Apostoli; sed cum ipsa accessit tunc obtinuit. Vis carbonem accendi? in medio aliorũ carbonum pone qui ardeant. communica Sanctis nõ corpore solum, sed orationibus & exercitijs spiritualibus.

V. *Confide fili.* Paralyticum Christus etiam ante peccatorum remissionem *filium* vocat. Quatuor enim sunt hominũ genera quibus hoc nomẽ Scriptura tribuit: *Primo* Iustis de quibus Ioannes, *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater; vt fili Dei nominemur, & simus* nempe per Spiritum S. qui datus est nobis. *Secundo* Peccatoribus quoq; sicut patet in filijs Seth, qui peccatis suis mũdo diluuium induxerunt. His autẽ hoc nomen tribuitur, non quod reuera filij Dei sunt, sed vt moneantur, quales esse debeant. *Tertio* Abrahã epulonem dixit filium suũ, licet damnatum, quia scilicet ex ipso natus, & à Deo creatus fuit. Seruãt Christiani omnes etiã dãnati characterem, quo in baptismo, vt filij Dei signati sunt, & ex hoc multum augetur eorũ pœna; quod cum filij Dei fuerint, iã inter ipsius inimicos crucientur. *Quarto.* Angelos liber Iob Dei filios vocat (quibus Sancti omnes similes sunt) idq;, non tantum propter gratiã, quæ nos hic Dei filios facit; sed & propter gloriam, quæ ex Dei visione oritur. *Nota* Benignitatem Christi erga paralyticum, vt soletur eum, eandem præstat peccatoribus omnibus Deo seruire volentibus, qui recte paralytico cõparantur, sicuti enim paralyticus, nec membra potest mouere; nec quicquã agere; sic & peccator nihil potest ad salutẽ vtile, cum tamẽ tanta sit iustorum dignitas, vt & *calix aquæ frigidæ* datus pauperib. cęlũ mereatur.

Festina-

Marginalia: Quatuor genera filiorũ Dei. — 1. 1. Ioan. 3.1. — 2. Genes. 6.2. — 3. Luc. 16.25. — 4. Iob. 1. 6. Matth. 22.30. — Paralytico peccatores similes. — Matt. 10. 42.

Festinate ergo peccatores ad Dominum tam benignũ, & desiderantem vos. iusti quoq; laborate, vt peccatores ad Christum adducatis. anima certe, mundo pretiosior est; pro hoc enim, Christus, nihil; pro illa, sanguinem suum dedit; superabit vestra merces mundi pretium, imo omnem intellectum.

Confide. Confidebat; sed ad maiorem fiduciam hortatur eũ Christus. *Primo* Quia Deo non possumus nimium fidere. *Secundo* Vt sciremus quæ sit vera fides. Multi enim præsumptionem vocant fidem, vt qui peccantes, & in peccatis manentes, præsumunt de misericordia Dei, quia cœlum, vt dicunt, non creauit anseribus sed hominibus. Abutũtur hi ad damnationem, remedio dato, ad salutem; vt qui cultro quem accepit vt se defendat; se ipsum vulnerat, & occidit. Vera fides est, pro viribus laborare & sic dę Deo cõfidere. Refert Ioannes Moscus Abbati Theodosio apparuisse aliquando iuuenem, à quo ductus est in campum pugnaturus cũ maximo gigante, cuius caput nubes tangebat. cumque Theodosius præ statura alterius terretur, monuit eum iuuenis, vt Deo fideret, quod cũ faceret inuasit gigãtem, eumq; vt Goliath ipse Dauid, diuino auxilio strauit. Diabolus primo aggressu terribilis est, præsertim timidis; sed qui in Deum sperant, vt muscam, aut infirmum omnibus membris laborantem, reijciunt. **Fides vera qua.** **Prati spir. c. 66.**

VI. *Remittuntur tibi peccata tua.* Christus hic peccata remittit, etiã non rogatus, vt doceat nos *Primo*, Quod plura semper Deus det quam petamus. Salomon sapientiã petebat, & accepit diuitias, & prosperitatem. Manasses pro peccatorum orabat remissione, & demissus fuit ex carcere. Dauid rogabat vt saluaretur ab inimicis, & dedit ei Deus hic, vitam diuturnam; & in futuro, æternam. *Secundo*. Quod nihil æque, ac peccatum oderit, quod non vult coram se admittere, ideoq; oportunitatem illud condonandi quærit. Infirmus hic etsi propositũ haberet se emendandi, & à peccatis desistendi, tamen de petenda remissione nihil cogitasse videtur, & nihilominus eã cõsecutus est præ omnibus quia præ omnibus quæri debet. Tu ergo ne dubites, quin eandem consequêris, si pro ea labores, & Sacramenta suscipias. *Tertio*. Quod peccata frequenter morborum caussę sint quod apertius significauit Christus cum paralytico **3. Reg. 3. 12.** **Psal. 20. 5.**

ad

ad piscinam probaticam sanato dixit: *Ecce sanus factus est, iã amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat*. Dauid ossibus suis queritur non esse pacem *à facie peccatorum suorum*. Idem Ezechias voluit cum morbi tempore Deo diceret. *Recogitabo tibi omnes annos meos.* Propterea in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. decretum fuit, vt nemo medicus, quempiã incipiat sanare corporaliter, nisi prius à medico spirituali adiutũ. *Quarto.* Vt ostendat se non esse purũ hominem, vtpote cũ faciat ea quæ Dei sunt, id est, peccata remittat, & iniurias Deo factas cõdonet. sicuti enim, præter me, nemo alius remittit iniurias mihi illatas; sic præter Deum nemo Dei offensas.

Ioan. 5. 14. Psal. 39. 4. Isai. 38. 15.

VII. *Et ecce, quidam de Scribis dixerunt intra se, hic blasphemat*. Blasphemia peccatũ est iniuriam Deo irrogans cogitatione, verbo, vel opere. fitq; quatuor modis. *Primo*, Cũ de Deo dicimus quod ei non competit verbi gratia, quod sit acceptor personarũ, author vel occasio peccati, iniustus, &c. sic serpens blasphemabat Deum dicens Euæ, quod vetuisset Deus pomi esum, quia nollet homines sibi similes. *Secundo.* Cum à Deo remouemus quod ei conuenit; vt si neges omnipotentẽ, curare salutes hominum, habere curam tui, velle tibi succurrere. Sic Cain maiorem dicebat iniquitatẽ suam potentia Dei. Ad hos modos reuocantur qui Deo alterum horum audent imprecari, nẽpe, vt, vel perfectione, quã habet, careat, vel, imperfectionẽ, qua caret, habeat, verbi gratia, vt nesciat, vel non puniat peccata, hoc enim est optare Deum ignorãtem, vel iniustũ. *Tertio.* Cum creaturis tribuimus quę Deo competunt: quod faciunt idololatræ, & ei qui creaturas audent Deo cõferre, verbi gratia, qui dicunt aliquẽ tam sapientem, potentẽ, bonũ quã sit Deus, vel rem aliquam tam verã, quam est Deus. *Quarto*, Qui diuina indigne tractant, verbo, vel facto. vt qui mẽbra Christi indigne nominant, imagines eius frangunt, vel iniuria afficiũt, sanctos & spõsam eius Ecclesiã lędunt, Vicarios violant, & rident. &c. Quia vero Deus õmni creatura est infinito maior, blasphemia quoq; in eũ infinito maior est blasphemiã cõtra quãuis creaturã. sicuti grauius est lædere regẽ, quã formicarum myriades occidere, & tamen minor est Dei infiniti, ad creaturas, quæ finitæ sunt, quam regis ad formicas, proportio. Ideoque grauius

Blasphemia quid & quomodo fiat. 1. 2. 3. 4. Genes. 4. 13.

ter olim in blasphemos aduertebatur eosque Ioannes testatur in æternum puniendos. Apoc.16.11

Christus quia Deus, faciebat opera bona, nec blasphemare poterat, Pharisęi vero, negantes Christo potestatẽ remittendi peccata, blasphemarunt. Qui Deũ ex se ipsis iudicant, persuadere sibi nõ possunt, se peccatorũ remissionẽ cõsecuturos; sicuti enim ipsi peccata rarissime ex animo remittunt, quin eorũ aliquãdo memoriã reuocent; sic & de Deo cẽsent. habẽt hi instructionẽ ex decimo symboli articulo: *Credo remißionẽ peccatorum.* nẽpe, quod animã Deus niuis, & lanæ instar dealbet, licet aliquã exigat satisfactionem, pro voluptate peccati. sicuti Rex cui quis scyphũ aureũ furto sustulit, furi peccatũ remittit vitã ei indulgens damno tamen per restitutionem vult satisfieri.

VIII. Ex tribus probat Christus se Deum.

Et cũ vidisset Iesus cogitationes eorũ dixit. Ex tribus Deũ se probat Christus. *Primo.* Ex peccatorũ remissione. *Secũdo.* Ex cognitione cogitationũ. *Tertio.* Ex sanitatis restitutione. Cognitionẽ cogitationũ Deo esse propriã Scriptura significat, *Prauũ est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? ego Dominus scrutans corda & renes,* Ignorat se ipsum homo *vtrum odio vel amore dignus sit:* solus eum cognoscit Deus, & in futuro sæculo reuelabit. Ideoq; *Primo* Time Christum, qui aliter de te, quam tu iudicabit. *Secundo* Noli iudicare proximum; si enim te ipsum ignoras, quomodo proximi cogitationes poteris intueri? Dat tamẽ Deus amicis suis nonnunquam, vt & ipsi corda hominum cognoscãt. sic Daniel Nabuchodonosori dixit quidnã cogitasset ante somniũ. & Sancti non tantum orantes vocaliter, sed & mentis desideria audiunt: vident enim in S. Trinitatis speculo (vt pulchre Gregorius explicat) quicquid ad suã gloriam pertinet, quemadmodũ & Angeli (Christo teste) vident peccatoris veram, adeoq; interiorem, pœnitentiã; vt ex ea gaudeant.

Ierem.17.9. Eccles.9.1. Dan.2.29. 2.Dialo.c.16 Luc.15.7.

IX.

Vt quid cogitatis mala, in cordib. vestris? Nota Primo, Reprehẽsas à Christo cordis cogitationes, & puniendas postea, quãdo vt Sapiẽs ait, *in cogitationib. impij,* erit *interrogatio eius.* rogabit enim, Vt quid cogitasti mala in corde tuo? Quare cogitationẽ hanc malã, impudicã, superbã, iracundã, vanã admisisti? Sicuti enim subtilis linea vestis facile maculam; sic & anima, facile culpam cõtrahit. Nota *Primo.* Nõ omnes hic reprehendi cogitationes, Simile.

sed

Cogitationes triplices. ſed eas tantum quæ in corde ſunt; neq; enim dixit Christus, *vt quid cogitatis mala?* ſed *vt quid cogitatis mala in cordibus?* ſunt enim triplicis generis cogitationes: *Primo*. Quædã ſunt in Phãtaſia ſeu Imaginatiua, ſine cõſenſu, imo motu voluntatis. atq;
1. hę peccata non ſunt. imo meritoriæ ſunt, ſi eas patiamur inuiti. vt ſi nobis inuitis aliquis quicquã in aures inſuſurret. *Secũdo*.
2. Quædam ſunt imperfectè volitæ, quibus voluntas nõ diu inhæret, & ſunt peccata venialia. *Tertio*. Quibuſdã voluntas ple-
3. nè conſentit idq; vel vt cogitatio ipſa placeat, vnde Ieremias: *vſq; quo morabuntur in te cogitationes noxiæ*, vel vt factum & cogitationis executio iuxta illud Micheæ: *Væ qui cogitatis inutile, & operamini malũ in cubilibus veſtris: in luce matutina faciũt illud.* Atq; in vtroq; hoc modo peccatum tantum eſt quantum in re ipſa. eſt enim in eis voluntas conſummata à qua peccatum pẽdet. Tria autem hęc cogitationum genera S. Iacobus his verbis inſinuat. *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua* nempe prima obiecti propoſitione, *deinde cõcupiſcentia cum conceperit* nempe deliberatione *parit peccatum* ſiue delectationem de cogitatione ſiue rei executionem.

Ierem. 4. 14. Mich. 2. 1.

X. *Quid eſt facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua: aut dicere, ſurge, & ambula?* Reſpondeo, *Primo* vtrumq; eadem quidem facilitate dicitur: interim vnum, vtpote externum, altero vtpote interno notius eſt. *Secundo*, Deo vtrumq; eſt æque facile, ei enim, qui omnia quæcũq; voluit fecit, nihil impoſſibile eſt, aut difficile. *Tertio*. Hominibus difficilius videtur ſanare infirmũ, cuius morbũ & morbi grauitatem cognoſcimus; quã peccata remittere, quia animę pericula ignoramus. *Quarto*. Attendendo ad res ipſas difficilius eſt peccata remittere, quam infirmos ſanare, imo cęlũ & terrã creare. idq; *Primo*. Quia gratia, quę cũ peccatorũ remiſſione datur, eſt nobilioris ordinis, quã creaturarum eſſe; ſicuti viuentia nõ viuentib. nobiliora ſunt. *Secundo*.
Propter peccatoris repugnantiã, qui Deum eiuſq; gratiã contemnit, debet ergo voluntas eius conuerti, idq; non vi, & ipſo inuito, ſed volẽte; vt iã oderit quod antè diligebat; ſicuti ergo dignius eſt, arcẽ magnificam ciuibus inuitis ædificare in vrbe, quam domum, ſi nemo contradicat: ſic facilius creatur mũd⁹, quã peccator cõuertat. Diſce ergo Christi nõ in corpora ſolũ,

Difficilius eſt peccata remittere quam morbos ſanare. 1. 2.

ſed

ſed & in animos potentiam, Time eum præ omnibus creaturis, eique magis, quam vlli creaturæ innitere.

Vt autem ſciatis, quia Filius hominis habet poteſtatem, in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Chriſtus vt Deum ſe per miracula oſtenderet inuiſibilia, horum veritatem per ſigna confirmauit viſibilia; nos docens, neminem qui noua docet admittere, niſi miraculis, quaſi Dei teſtimonijs, ſe à Deo miſſum oſtendat. neq; enim poteſt quicquam in Religionis negotio immutari, niſi voluntate Dei, quam ille ſolet operibus ſupernaturalibus, & ſignis confirmare. Cum ergo in Eccleſia aliqui circa fidem mutationes inducunt, ſtulti ſunt, & imprudentes qui eis conſentiunt; ſicut ſtultè Magiſtratus peregrinum admitteret ad Ciuitatis reformationem, non viſis literis Regijs, ſed ſoli dicentis authoritati acquieſcens. Hæretici omnes noua ſomniant, voluntq; adhiberi ſibi fidem, ſine eo quod Deus teſtetur ſe illos miſiſſe. Nota Quod dicitur *In terra:* hic enim, locus eſt miſericordiæ, in futuro, iuſtitiæ. Vide ergo vt hic peccatorum remiſſionem conſequaris, Deoq; per Sacramenta placeas. XI.

Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Sicuti paralyticus in lecto decumbens, cum bello baiulatus, & impotens vt ſe moueat, peccatoris typus eſt in peccato iacentis, & à cupiditatibus portati, ac impotentis ad meritum vitæ æternæ: ſic dantur in ſanatione eius, figuræ ſpiritualis ſanitatis. Si enim ſurgis, id eſt, peccata confiteris & defles; ſi lectum portas, non iam amplius cupiditatibus obſequens, ſed eas ad rectam rationem dirigens, ita vt non illę te, ſed tu agas illas, quo libuerit; ſi domum vadis, proficiens in virtute, de remiſſis peccatis potes certo confidere, & quod Dei filius ſis, tuque ſimul, ac opera tua Deo placeant. XII.

Et ſurrexit, & abijt in domum ſuam. Et morbus, & homo obediunt Chriſto: tu quoque idem fac moueris quotidie tum à Sacerdotibus, tum à conſcientia, & inſpirationibus bonis, vt de peccatis, & infirmitatibus ſurgas. Leuare ergo, & ad Deum conuertere. De duobus hominum non ſurgentium generibus Scriptura meminit. Quidam iacent, ita vt nihil faciant boni, inſtar huius paralytici, ſed obediant carnis deſiderijs. XIII.

Duo genera non ſurgentium.

Quidam caput habent in terram deiectum, & pedes in altum erectos, de quibus cæcis ille: *video homines quasi arbores ambulantes.* nempe, qui arborum instar, radices, id est, cogitationes & desideria habent carnalia, pedibus vero cœlum negligentes calcant. Tu contrà capite in cælum erigere, eo cor subleua, & desiderium, terram vero pedibus calca; sic fiet vt rectà, rectus ad cœlum eas.

Mar. 8. 24.

Disce præterea, vt cum hoc paralytico eas in domum tuam, non in alienam. Proprijs intende. Rogabat Christum Petrus de Ioanne *hic vero, quid?* Respondit Christus *quid ad te? Tu me sequere.* Multi examinant modum administrationis suorum Superiorum; & sua male administrant. Alij proximorum conscientias iudicant, suas negligunt. Mandat Christus vt abeas in domum tuam, hoc fac. Aliorum negotia nihil ad te, quicquid fiat noli te ipsum negligere. Nota. Homini huic cū esset paralyticus non fuisse locum ingrediendi; sanato autem apertus fuit locus. *Primo*, Vt miraculum manifestaretur. *Secundo*, Vt discamus neminem nos à seruandis Dei mandatis posse impedire modo ea seruare velimus.

Ioan. 21. 22.

XIV. *Videntes autem turbæ, timuerunt, & glorificauerunt Deum.* Ad duo hæc, nempe, timorem Dei, & gloriam Christus omnia sua retulit. Timor facit vt peccata, & infernum vitemus, estque sapientiæ initium. Qui glorificat Deum, amat quoque, & placere ei vult. Timuerunt hi homines ob potētiam Christi, miraculo circa corpus & animum præstito, cognitam: quia sicut hæc sanare, ita & punire potest. Nos timere solemus, quoties aliquid contingit insolitum, etiam si bonum sit. sic Israelitæ timuerunt submerso Pharaone: & Apostoli, captis tot piscibus. Homines enim quia corporei sumus, naturaliter quicquid naturam nostram excedit, timemus: vt Ioannes Angelum, & Daniel Gabrielem. Eodem modo naturaliter timemus mortuos, eorumq; etiam pie defunctorum spiritus. Indidit vero timorem hunc Deus hominibus, vt à natura discerent aliam esse vitam; neque cum corporibus animas extingui. Time ergo Deum vt laudes, ames, & colas. Timor enim orbem vniuersum ad fidem conuertit. Gentiles cum conciones audirent de iudicij rigore, inferni pœnis, cęli gaudijs,

Exod. 14.
Luc. 5.
Apoc. 1.
Dan. 8.

dis,& hæc omnia miraculis viderent confirmari, timuerunt, et remedia quærentes fidem amplexi, Sacramenta susceperunt, vitamq; fidei conformarunt.

Qui dedit potestatem talem hominibus. Multa dedit Deus veteri Testamento beneficia prophetiæ, miraculorum, suscitandi mortuos; nemini tamen potestatem dedit in cœlo, vel terris peccata remittendi: sed eam sibi, vt apud Isaiam testatur, reseruabat. *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas.* In nouo autem Testamento Christus, qui Patri pro omnibus satisfecit, potestatem hanc dedit hominibus. *Primo* quidem ipse vt homo eandem potestatem plenè habuit, eamque. Vicarijs suis, vt Chrysostomus loquitur, ad mundi finem vsque delegauit. Atque hoc videntur hæc populi verba significare. etsi enim neminem audirent præter Christum peccata remittere; tamen potestatem hanc non *homini* sed *hominibus* dicunt datam; significantes, alijs quoque eam per Christum dandam; sicuti & in die Paschatis data fuit, cum insufflans in Apostolos dixit, *Accipite Spiritum Sanct. quorum remiseritis peccata remittuntur eis.* Vbi licet detur Sacerdotibus plena remittendi potestas, sine vlla limitatione: est tamen inter eorum, & Christi remissionem, magna diuersitas. Illi enim non nisi per Sacramenta, Christus vero sine Sacramentis remittit; vti hic, & in Magdalena, ac bono latrone patet. *Dein* Sacerdotum potestas Sacramentis alligatur, non vero eorum voluntati; Christus autem ipse Sacramenta instituit, eisq; ceu vasis merita, & passionem suam inclusit.

Isai. 43.

Ioan. 20.

Dicis hic cum turba laudare Deum, de potestate Sacerdotibus data, non vero blasphemare cum hæreticis. Similiter discis Sacerdotes, ceu Dei Vicarios, honorare: dant enim illi quod nec Angeli possunt; gratiam, peccati remissionem, Dei amicitiam, & cœli apertionem.

ORATIO.

O Benigne Domine Iesu Christe, qui es Omnipotens Deus & homo verus, qui terram Gerasenorum, cui acceptus non eras, relinquẽs, tanquam infirmus homo mare traiecisti, atq; in celebri illo emporio Capharnaum peccatorum pleno mansisti, in quo verbum Dei concionatus es, paralyticum hominem, intuendo ipsius, & portitorum fidem, ad firmam quandam fiduciam excitasti, & peccata ei remisisti, cogitationes quoq; Pharisæorum cognouisti & arguisti, qui te tanquam blasphemum cordibus suis reprehendebant, atq; etiam diuinam tuam potestatem remittendi peccata per istam miraculosam curationem paralytici hominis confirmasti in summam admirationem turbæ, quæ hoc ipsum videns, timore correpta, potestatem tuam confessa est, & de eo Deo, laudes gratesq; exoluit. Nos miseri peccatores, oramus te, ne deseras nos, sed maneas apud nos, doceas nos, confirmes nostram fidem, repleas nos bonis cogitationibus & inspirationibus, ignoscas peccata nostra per potestatem Sacerdotibus in Sacramento Pœnitentiæ relictam, sanes internas nostras affectiones & defectus, des etiam nobis gratiam, qua diuinam tuam voluntatem in omnibus ita perficiamus, vt quilibet ex vita nostra ædificetur in bonum, atq; te timeat, laudet, tibiq; gratias agat cum Deo Patre, & Spiritu S. cum quo regnas in æternum. Amen.

(·.·)

DOMI-

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Matth. 22.



N illo tempore locutus est Iesus Principibus Sacerdotum & Pharisæis in parabolis dicens. Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterũ misit alios seruos dicens; dicite inuitatis: Ecce prãdium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt; & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt: & abierunt alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam: reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumeliјs affectos occiderunt. Rex autẽ cum audisset, iratus est: & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis: nuptiæ quidẽ paratæ sunt sed qui inuitati erant non fuerunt digni. ite ergo ad exitus viarum & quoscunq; inueneritis vacate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias cõgregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Intrauit autem rex vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi: amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris. Ligatis manibus, & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores. ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi sunt vocati, pauci vero electi.

Breuis Euangelij explicatio.



OSTQVAM Dominus Ierosolymis in Templo Pharisæos corripuit, & sacerdotes, quod in se non crederent; sed magis persequerentur adhærentibus interim ei publicis peccatoribus, qui salutem ab eo poterent: voluit præsenti parabola indicare eis, præstita à Deo immensa beneficia, eorumque contrà ineffabilem ingratitudinē. Deus enim Pater in vnigeniti sui incarnatione, mirabiles fecit nuptias. *Primo*, inter Filium Dei, & naturam humanam: naturas duas in vnam coniungens personam, ita vt attributa Deitatis dicātur de homine, & humanitatis vicissim de Deo. Christus enim homo omnipotens est, æternus, creator omnis creaturæ &cæt. & Christus Deus est natus, crucifixus, mortuus, sepultus &cæt. quæ vnio nunquam dissoluetur, duratura in æternum, instar firmissimi matrimonij. *Secundo* inter Christum & Ecclesiam cui ita coniunctus est. *Primo*, vt bona & mala vtrisque sint communia. Christus enim debita soluit suæ sponsæ, & hæc bonis fruitur sponsi. *Secundo* vt corporum quoque sit communio, cum in Eucharistia sponsum suum sponsa suscipit. *tertio* vt Christus in æternum non sit sponsam suam repudiaturus. *quarto* vt amor Christi erga spōsam, & sollicitudo immensæ sit. nam sicut Adamus ideo dilexit Euam impensius, quia formata est ex corpore eius, tanquam membrum, & pars sui mariti. sic amat Christus Ecclesiam, quæ ego aperto eius latere fluxit, quando sanguis exiuit, & aqua; per quæ duo in baptis-

Margin notes: Nuptiæ in Incarnatione. 1. — 2. Vnio inter Christum & Ecclesiam. — 1. 2. 3. 4.

baptismo renascimur, vbi aqua virtutem habet remittendi peccato, per sanguinem. Ad has nuptias inuitantur homines omnes, præcipuè tamen ante Christi aduentum, Iudæi, per omnes Prophetas. Nato autem Dei Filio, multos excitauit Deus, qui inuitatos vocarent, & de nato Messia instruerent, vt Reges, Simeonem, Annam Prophetissam, Ioannem Baptistam, & Apostolos duodecim, quos ante mortem suam misit Christus, vt annuntiarent Euangelium, sicut & ipse annuntiauerat toto vitę suæ tempore, præcipuè vero tribus postremis annis vnde & ab Isaia *seruus Dei electus* vocatur. Isa. 42.

Inuitatis autem, & iam vocatis Iudæis, nolentibus Dei ministros sequi, vel audire: misit Deus Pater post mortem Filij sui, plures adhuc concionatores, Apostolos, Discipulos, Episcopos, Sacerdotes, Diaconos ad Iudęorum conuersionem: prandium enim iam paratum erat, cæremoniæ veteres omnes impletæ, institutum nouum sacrificium, & perfecta Sacramenta, ita vt nihil deesset nisi vt inuitati ingrediantur ad nuptias, & prandio fruantur. Sed spreuerunt omnia Iudæi, quidam temporalis prosperitatis amore, contemtores spiritualium, amici bonorum temporalium, qualia promittebat testamẽtum vetus: quidam ex odio, & inuidia persequentes ministros Dei, fugantes, capientes, & occidentes. Quapropter iuste iratus Deus, Vespasianum misit & Titum cum Romano milite, ac latrones hos subuertit, Hierosolyma Templo succendit, ac vniuersam Iudæorum nationem dispersit. Misit porro ministros suos, ad exitus viarum, id est, Gentiles qui in vijs, & deuijs multis à salutis spe aberrabant. Quibus, maximo numero, ad fidem conuersis, & in

Ecclesiæ domum inductis, venit Deus pro vt quotidie Ecclesiam visitat, inuenitque non tantum pios, sed & malos eis admixtos, non vestitos charitatis, aut gratiæ diuinæ veste. hos ergo ligari iussit, & in tenebras exteriores mitti, si quis enim mortuus cum peccato mortali depreheditur, æternam damnationem non effugiet.

Documenta Concionis decimænonæ.

I. Quibus Christus locutus in parabolis.

LOcutus est IESVS *Principibus Sacerdotum, & Pharisæis, in parabolis, dicens.* Tribus hominum generibus in parabolis locutus est Christus. *Primo*, Doctis & Præfectis, seu Superioribus, vt clam eorũ conscientias tangeret, & peccata indicaret, plebe
1. nihil aduertente. docens nos peccata proximi, præcipuè vero
2. Superiorum, quantum fieri potest tegere. *Secundo*, Plebi, vt eã paulatim à rudibus & notis ad sublimia, & spiritualia subue-
3. heret. *Tertio*, Apostolis, quibus parabolas explicãs docuit eos, Diuina mysteria, & quomodo hominibus doctrinam Euangelicam clare proponerent, per rationes, similitudines, figuras &c. vt omnibus via salutis fiat nota. Obseruandum vero est quod aliquando Christus, & præcipuè in præsenti Euangelio parabolis vtatur mirabilibus, & quæ nunquam fiant vt quod Rex subditos ad nuptias inuitatos toties vocet, & roget vt veniant; quod omnis generis homines ignotos de triuio abripiat ad nuptias; quod discumbentis iam hospitis manus præcipiat ligari, ac pedes, eumque in exteriores tenebras mitti, solius nuptialis vestis defectu; quod subditi non tantum nolint venire, sed & Regis ministris conuitientur, eosque percutiant, & lædant, vt nos doceat *Primo*, multo benignius Deum & amabilius nobiscum agere, quam Reges

Cur Christus in parabolis vtatur rebus quæ nunquam fiunt.

1. aut homines cum subditis, aut proximis. *Secundo*, grauiora
2. esse Dei iudicia & supplicia quam hominum *Tertiò*, quod
3. Deum minoris faciamus, quam homines; quos, si nobis forte benefaciant, multum veneramur; Deum vero eiusque ministros

strós reijcimus, & lædimus: etiamsi nobis bona omnia velint, & ad hæc inuitent.

Simile est regnum cælorum homini Regi. Regnum cœlorum Ecclesiam significat, quia hæc vnum cum cœlis regnum est, sicuti & in humanis, pagi cum vrbibus regnum vnum sunt. *Primo,* quia vni Regi, Christo scilicet subsunt. testatur enim is, datam sibi omnem potestatem *in cælo & in terra.* *Secundo,* quia eisdem legibus administrantur, lege scilicet charitatis: hoc tamen discrimine, quia in cœlis securitas est, sicuti in vrbe, quod omnia ibi sint pretiosiora, & abundantiora, Rex clarius videatur, ciues omnes Domini sint, ac Principes gloriosi; nos autem hic dubij sumus, & incerti; siquidem peccare possumus, & excidere, exteriora & interiora bona parcius nobis administrãtur, nec adeo pura, sed quodam amarore interspersa; nec adeo aperta, sed Sacramentis velata: Regem non videmus nisi fide, & prœliamur adhuc in laboribus, & sollicitudine, ac peccatis fœdati. Beati tamen quos in Ecclesia Deus regit, qui mandata eius custodiunt, ei placere student; tales enim ab eo cœlesti cibo nutriuntur, & doctrinis diuinis instituuntur: sicuti nobilibus pueris in Chaldea, cibi dabantur de mensa regis, instituebanturque omni sapientia Chaldæorum, vsque dum apti essent apparere coram Rege, eiq; semper adsistere. Christus patrem suum homini Regi cõparat; cum tamen homo non sit, sed Deus tantum; vt benignitatem eius, amorem, ac solicitudinẽ nos doceat, audeamusq; ad eum accedere, ei seruire, in eum confidere. ea enim Dei conditio est, vt talem se præstet, quales nos sumus. Si homimines sumus, secundum humanam rationem, & humanè seu benignè viuentes, Deus nobis homo est, benignus, humanus, clemens: si ad vitam proficimus sublimiorem, cęlestem, ac diuinam, fit nobis Deus, donaq; nobis diuina largitur: atq; vt ita dicam nos Deos facit: vnde dixit Dauid, stetisse Deum *in synagoga deorum.* Contra si deficimus, redditur nobis durus, & si bestiarum instar viuimus, fit nobis bestia, crudelis, secundum quod ipse per Prophetam dixit. *Ero ei quasi leæna & quasi pardus in via:* Deus enim cum *sancto, sanctus, cum electo, electus, cum innocente erit innocens:* sed *cum peruerso* quoque *peruertetur.* Porro

II. Regnum cœlorum Ecclesia.
I.
Matt.28.18.
2.
Dan.1.4.
Deus talis qualis nos.
Psal.81.1.
Ozee 13.17.
Psal.17.27.

ſicuti in præſenti ſe Deus homini accommodat, ſic & in futuro: vbi non animæ ſolum, ſed & corpora, omneſq; eorum vires Deo implebuntur, & cœleſti gloria. Quare ô Chriſtiane, qualem tibi vis Deum, talem & te Deo exhibe humilem, obedientem, mitem, miſericordem, ſedulum, liberalem: talem enim ipſe viciſſim ſe tibi præſtabit in hoc ſeculo, & perfectiſſimè in futuro.

III. *Qui fecit nuptias filio ſuo*. Licet hæ nuptiæ propriè intelligantur inter Chriſtum & Eccleſiam, poſſumus tamen illas explicare, vt ſint inter Chriſtum & animas noſtras, de quibus San. Paulus loquitur, *deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto*. Nuptiæ hæ duobus modis fiunt, ſecundum duo genera vxorum. Quemadmodum enim in veteri Teſtamento Abraham habebat Saram pro legitima vxore, & præter illam etiam Agar, inter quas hoc diſcrimen erat, quod Sara tanquam ſuprema domum regeret, neque reijci poſſet. Sed ius haberet ſemper cum viro ſuo manendi, cuius & filius Iſaac hæres futurus erat: Agar vero vt famula, cum filio ſuo pelli poſſet, & loco hæreditatis, munuſcula ſolum aliquot conſequeretur: Ita ſunt quidam Chriſto deſponſati per fidem, ſpem, & charitatem, qui tanquam veræ vxores in perpetuum cum ſponſo ſuo manent, atque hæreditatem regni cœleſtis adeunt. Alij ſunt qui matrimonium cum Chriſto contrahunt per fidem tantum ſine Charitate, tanquam mancipia, & non filiæ familias: Atque hi omnes in hac vita ſuſcipiunt temporalia dona & proſperitates, ſed tandem in fine domo & hæreditate ſua extruduntur, nec quicquam eſt amplius quod poſt hanc vitam expectent. Aſſuerus multas habebat concubinas, ſed vnam tantum ſupremam Reginam Eſther. Sic etiam in Cantico Salomonis ſexaginta Reginæ nominantur, & octoginta concubinæ, ſed inter omnes vna Columba, vna perfecta, vna amantiſſima. Concubinæ ob temporalem mercedem, non autem ob amorem viri ſeruiunt.

2. Cor. 11. 2.

Cant. 6. 8.

Tu verò tecum diſpice, quare Deo ſeruias, quia ſi quæris Deum propter commodum tuum, concubina es, nec ad cœleſte illud regnum peruenies: Ama igitur Chriſtum propter

per seipsum, quemadmodum tu ab ipso amatus es & quæ-
Aduerte, ô homo, ad quam dignitatem sis euectus,
sponsa filij Dei efficeris. Quod si esset potens aliquis
qui in plateea inueniret mulierem turpem, inhone-
vlceribus & scabie plenam, omnibus miserijs obno-
quolibet de spectam & reiectam, fame & pauperta-
abescentem, qua cum summam commiserationem
,quam etiam in domum susciperet, proprijs manibus
ret, suis expensis sanaret, vestibus pretiosis ac insigni
o muliebri exornaret, tandemque in suam vxorem
, nonne filia illa omni beneficiorum genere Cæsari
n esset obligata? Hæc quidem ipsa tu es ô Christiana a-
quæ primò peccatis & varijs defectibus tota deforma-
turpata, abluta fuisti & perpurgata sanguine Christi,
gratia Dei, virtutibus decorata, à Christo filio Dei
sam electa: tu ergo gratam te vicissim exhibens, perfi-
luntatem ipsius, & quæras facere, quod placere ei pos-
timas.

misit seruos suos vocare inuitates ad nuptias. Ad has nuptias IV.
homines sunt inuitati non solum ad videndum illas,
& tanquam amici ad gaudendum in illis, sed vt omnes spon-
nt, atque sponso nubant, & fruantur: Deus enim nos
inuitauit ꝙ dum creauit, quia omnes homines ad salutem
creauit. Testatur hoc ipsum Sanct. Paulus: *Qui*, inquit, *om-* 1.Tim.2.4.
nes homines vult saluos fieri, & ad cognitionem veritatis peruenire.
Consequitur ergò, Deum neminem creare ad æternam dam-
nationem, neque vllius hominis mortem, peccatum, aut in-
fortunium exoptare, sed vnicuique dare sufficientia media
ad ipsum cognoscendum, salutemque æternam, adipiscen-
dum. Aduerte illos ministros Dei esse, qui inuitatos vocant.
Vis igitur alium aliquem vtiliter ad Deum trahere? esto etiam
ipse minister Dei: quia licet Verbum Dei ad mouendum ho-
minem efficax sit, tamen quo est melior admonitor, eò magis
verba eius mouent: tum per bonum exemplum & Sanctam
vitam, quę comprobat possibile esse hoc ipsum quod dicitur,
tā propter Spiritum Sanctū, qui per os pij hominis loquitur.
Mini-

ad nuptias, & ad te ijs oblectandum. Nihil est enim quod adeò omnia genera delectationum denotet, quam nuptiæ: quia in illis omnes quinque sensus recreationes suas habent: in illis delicato cibo & potu homo saturatur: in illis optimis & pretiosissimis vestibus exornatur: in illis saltat, lætatur, & nullum tristitiæ locum relinquit. Multi quidem sunt, qui opinantur seruitium diuinum plenum mœstitiæ esse, neque vllam homini delectationem adferre: Sed errant vehementer, quoniam nihil est tam iucundum in mundo, quam Deo seruire, tum propter tranquillitatem conscientiæ, tũ propter internam cordis lætitiam, quæ omnem externam lætitiam tã longè superat: quam est anima corpore nobilior. Non cogites ergo homines religiosos sine consolatione esse, licèt propter amorem Dei omnia relinquant, quotidie ieiunent, asperis vestibus induantur, nudis pedibus incedant, atq; alias pœnitentias obeant. Quemadmodum enim qui in mensa sedens integram horam cibum suum mandit, & sine pœna os mouet per suauitatem ciborum, quæ motio ad tantum tempus sine cibi sumptione non fieret absq; magnis molestijs: ita etiam suauitas Dei adeò magna & amabilis est, vt omnem laborem & pœnam permulceat, ac cum iucunditate tolerare faciat. Hoc ipsum Christus promittebat dicendo: eum in hac vita centies plus accepturum esse, qui Patrem, Matrem, & omnia relinqueret ad seruiendum Deo. *Simile.* *Mar. 10.*

V. *Et nolebant venire.* Non dicit, Non poterant venire, sed *Nolebant venire.* Imprimis vt nos doceamur, quod in arbitrio nostro positum sit, Deo resistere aut adhærere, bonum an malũ facere. Deinde, vt cum ad virtutes sectandas, aut ad peccata detestãda incitatus fueris, nunquam dicas, facere nequeo; tacere non possum; malas illas consuetudines relinquere nõ valeo, sed facere nolo; non relinquam. Nam licet bonum facere, aut malum vitare non queas sine auxilio Dei, illud tamẽ mox inuenies paratum, & quidem semper, dum bonam voluntatem ad bonum applicare conaberis. Attende hic ad ingratitudinem & stultitiam hominum. Nam Deus te ad omnem delectationem & mentis lætitiam vocat, sed non auscultas: si autem alius quis ad vanitates sectandas inuitet, hunc con-

festim

festim sine vlla contradictione sequeris. Ita filij Israel cœleste manna respuebant, cui tamen omnium ciborum suauitas inerat, quodque singulorum palato inseruiebat: & pluris faciebant Aegyptiorum porros, cepas, & allia, quod etiam Deo vehementer displicebat. Horum tu vestigia sequeris: Si enim te inuitat honor huius mundi, gloria, diuitiæ, voluptates, caro tua, vinum, delitiæ &cæt. confestim sequeris: Si autem Deus vocat, venire recusas, quiduis secutus. Deo excepto. Quod si filius tuus cum pecunia à te in forum mitteretur, vt pallium emeret; verum ibidem varias easque fallaces merces videndo ab institoribus in fraudem pellectus, nænias aliaque inutilia compararet: quid, rogo dicturus esses sine pallio, sine pecunia redeunti? nonne vt meritus foret repræhenderes? Ita planè Deus tecum aget, qui apud Prophetam conqueritur: *Duo mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Quomodo putas Diabolum in iudicio Dei te accusaturum, cui nunc magis, quam Deo obsequeris? Hisce sine dubio verbis Deum compellabit: Ecce tu hominem hunc ex nihilo fecisti, tu pro eo ineffabiles pœnas sustinuisti, crucis mortem subijsti, innumerabilia in eum beneficia contulisti; tu causa fuisti omnis ipsius boni, simulque æternum ei bonum promisisti: atque pro omnibus istis beneficijs nihil ab illo exegisti, nisi vt mandata tua exequeretur, quæ quidem pauca sunt, & factu facilia iucundaque. Ego vero nullum ei vnquam obsequium præstiti, nihil pro eo passus sum, nunquam amaui, quin potius odio semper habui, & malum ei omne exoptaui: & tamen te contempsit & reiecit, licet sæpè eum tum æternæ vitæ prœmijs, tum gehennæ incendijs à malo absterrere, & ad te conareris adducere. Me secutus est in omnibus, mihi morem gessit, ad nutum mihi paruit, plura nonnunquam etiam, quam iussissem, voluntate propriâ, patrauit. Si rixas, si iuramenta, si blasphemias proposui, auidè arripuit, & te his telis oppugnauit: Si ebrietatem, si reliquas malorum species, in omnibus, vltra quam vellem, obsecutus est, &cæt. Aequum

Sap. 16. 20. Num. 11. Simile. Ierem. 2. 13.

quum erit igitur, & iustitiæ consentaneum, vt qui in vita tam mihi fidelis, tam morigerus & obsequens fuit, à me quoque post hanc vitam, iuxta meritum suum, remuneretur.

Iterum misit alios seruos, dicens. Aduerte hic immensam Dei bonitatem, qui te non semel, sed sæpius vocat, & patienter donec venias, expectat. Angelum quidem semel tantum vocauit, & cum non compareret, à se confestim reiecit, in æternum amplius non vocaturus. Si pretiosum aliquem lapidem offerre cuperes alteri, is verò ignominiosè & superbè tibi rrsponderet, se illum nolle; an non hominem huiusmodi velut ingratissimum linqueres? Vide quam patienter & benignè Deus tecum agat, offert tibi bona ineffabilia, & reijcis, promittit æterna & despicis, an ergo reijcit te? minime: Quin potius eadem sua dona per alia media identidem offert, & ad munera sua suscipienda continuò inuitat. O amor immense, quantum humanum amorem superas? O charitas quæ non habes finem? Ecquid quæso vtilitatis Deus à nobis percipit, quid in nobis videt, quod ita sine fine amet? Omni sua sublunari creatura vtitur, vt ad sui nos amorem excitet & inflammet: creaturę enim huius mundi ipsi famulantur, & si vnius ope nihil efficiat, alteram mox submittit. VI.

Vnde si fortuna prospera, ad Deum non allicit, aduersam immittit. Si Angelorum bonorum monitis non paremus, per Dæmones vrget, & incitat. Angeli enim omnes, tam boni quam mali ad salutem nostram & commodum mittuntur: vti in Sanct. Iob apparet, qui per Dæmonis tentationes patienti animo fractas, gloriosus factus est; & S. Paulo, qui eiusdem insultibus fortior semper & perfectior euasit. Nihil est siquidem in cœlo terraue, quod ad nostrum emolumentum Deo non seruiat. Iob. 1. Heb. 1.

Dicite inuitatis. Deus ministris suis inspirat, quæ inuitatis vult dici. Non ergo ministri eius aliud quid docere aut concionari debent, nisi quod ipsis à Deo iniun- VII.

Obiectiuncula. ctum fuit, id est, purum Dei verbum. *Dices* fortè, quodnam
Responsio. sit Dei verbum? Respondeo tibi cum Sancto Paulo, quod
2.Cor. 3. non sit simplex ille Sacræ Scripturæ textus, de quo scribit, quod littera occidat, id est, nudus textus possit esse causa magni erroris, qui hominem incredulitatem propellat. Nam Iudæi legendo quotidie Biblia, manent nihilominus in sua perfidia; & hæretici, dum eadem Secundum proprium sensum explanant & intelligunt in hæreses quotidie nouas, & errores maiores, prolabuntur. Verbum igitur Dei est Spiritus cum littera, id est, sanus ac genuinus scripturarum intellectus: quem quidem à nemine exigemus accuratius, nec apud quenquam reperiemus, quam Catholicam Romanam Ecclesiam, quæ eundem à temporibus Christi & Apostolorum eius, continua successione, inuiolatum semper, custodiuit. Huic enim Christus dum Scripturam committeret, ne vaginam daret sine cultro, vel os absque medulla, Spiritum quoq; & sanam eius intelligentiam commisit. Hic ergo Spiritus purum Dei verbum constituit, & præter hunc nemo vel docere vel audiri debet.

Quando igitur incorruptum hoc Dei verbum, in Ecclesia Christi ab annis mille sexcentis eoque amplius, purè fuit custoditum, diligenter sibi quilibet cauere debet, ne extra Ecclesiam apud Iudæos illud, aut hæreticos quærat: qui licet textum Scripturæ in medium afferant, insanis tamen commentis, & phantasijs suis, corruptum producunt.

VIII. *Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occisa sunt.* Hoc est: omnia sacrificia veteris legis, quæ tauris & probè saginatis pecoribus constabant, completa sunt; adeò vt post mortem Christi emortua, infructuosa sint modò, immò damnosa & lethifera illis, qui hoc tempore ijsdem vti vellent: Cruentum namque Christi in Cruce Sacrificium, & illud quod hodie incruentum in Ecclesia perseuerat, omnia complet, quin & Sacramenta noua, veteribus illis cæremonijs abrogatis, instituta sunt. Quod quidem vt doceret manifestius, non dicit, tauri & pinguefactæ animantes assatæ sunt, quod fieri solet, dum inui-

inuitati ad mensam vocantur : sed *occisa sunt* , quia in seipsis nullum ardorem habebant , nec gratiam, neque dona conferebant, licet in Christi passione cocta sint,quando is in veru sanctæ crucis per ardorem charitatis tostus,repleuit , quicquid mortuis istis sacrificijs deerat. In hac ergo passione sua prandium nobis præparauit, id est, omnem suam gratiam & beneficia in hoc mundo nobis dedit , quæ (vt rectè notat sanctus Gregorius) prandium vocantur, quia post illud cœnam exspectamus , quæ quidem in regno cœlorum splendida, nos præstolatur, vt Christus alio loco docet. *Greg.homil. huius Euangelij.* *Luc.14.*

Considerandum est etiam hic, quod cœlestis Pater de seipso dicat, se prandium illud apparasse , quod tamen non ipse, sed CHRISTVS filius eius sanctâ suâ passione & morte adornauit.Ratio est,quia totum illud mandato Patris factum, qui nobis ineffabilem suum amorem ostendere volens,*Proprio etiam filio non pepercit, sed eum pro nobis morti tradidit.* *Rom.8.32.*

IX.

Et omnia parata , venite ad nuptias. Qui magnum aliquod prandium pro amicis fieri curat, solet illos ad veniendum huiusmodi verbis excitare: venite, quæso, quia vestrâ causâ magni isti sumptus,in prandium meum impensi sunt: nolite committere, vt frustra facti sint, sed venite omnibusque præparatis fruimini. Ita hic Pater cœlestis facit: immanes impensæ factæ sunt, & quidem pro te , non pro Angelis, malignisque Spiritibus, aut alijs creaturis, sed pro vobis hominibus,vt per eas iuuemini. Nihil sanè in hoc prandio deest , abundans enim in illo cibus est vt satieris; medicina in illo valdè est efficax, quâ omnes tui defectus sanari possunt , ineffabilis nempè gratia, qua omnia tibi peccata remittuntur : non ergo dubites, nihil enim tibi deerit . Progredere igitur alacriter, quia via, quæ ad cœlum ducit parata iam est & benè pauimentata: facilè erit impostenum & iucundum DEO seruire eumque sequi . Quare cum parata iam sint omnia , veni & accede festinus, quia tempus est , & in morâ grande periculum ; quam quidem si protraxeris, vide ne occlusam demum portam in-

inuenias, & mors prandium te hocce adire vetet. Certum est enim neminem ad vltimam illam æternæ vitæ cœnam admittendum, qui huic in terris prandio non interfuerit.

X. *Illi autem neglexerunt & abierunt.* Principium omnis mali est verbum Dei non audire, aut auditum contemnere: quia inde est, quod à Deo auersi conuertamur ad eos, qui ad sensualitatem nobis nostram loqui, pruriginosásque aures scalpere norint. Vnde & tandem iure à Deo relinquimur, dum primi eũ aspernati sum⁹. Quod si esset pius aliquis, sapiens, & expertus, id est, Doctor aliquis multarum rerum vsum habens, tibi maximè addictus, qui in omnibus tuis rebus ac negotijs, salutare consilium benignè impertiret; tu vero sanis eius monitis inobediens, accederes alium quempiam hominem insipientem, indoctum, imprudentem, stultum, qui semper te odisset, nec vllum tibi bonum vnquam optasset, eiusque consilium peteres & auidè exequereris, nonne sapiens iste Doctor magnam de te conquerendi haberet occasionẽ, & alio tempore recusandi & denegandi tibi consilium suum? Et quidem sic agis cum Deo, hic tibi bonum indies cõsilium dat, bonas admonitiones suggerit, tum per homines alios, tum etiam per inspirationes suas: tu vero peruersum Cain sequendo, illius monita parui pendens ab eo te auertis, & ad omnium voluptatum transis illecebras, quo stimulum conscientiæ non sentias, & diuinas vocationes non audias.

2. Timoth. 4.

Verum hoc tibi certò persuasum habe, eum qui hanc inuitantis vocem, *Venite ad nuptias.* in hac vitâ audire recusarit, neque in extremo illo iudicio auditurum esse: *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum.* Quin potius, quod in hac vita ab illo discesserit, audiet illud: *Ite maledicti in ignẽ æternum.* *Quæres* fortè, cur DEVS inuitauerit illos homines, quos non venturos sciebat, atque ideo in peccata grauiora ruituros esse? Cur item, simili ratione illos creauerit, quos in æternum damnandos nouerat? Item, Cur Adamo præceptum dederit, quod ipse transgressurus erat?

Matt. 25.

Quæstiuncula.

Ad

Ad hæc respondeo, Deum omnia in honorem suum creasse, & quidem ad maiorem ipsius gloriam, ita vt sit ipsemet finis creationis omnium creaturarum, vt dicit S. Paulus: *Ex ipso, per ipsum, & in ipso,* id est, penes illum sunt omnia. Ideo in omnibus operibus suis non conuenit illi aliter aduertere, quemadmodum se creaturæ sub creatione sua sint habituræ, nisi quod deceat ad honorem suum & maiorem gloriam. Decebat autem vt Deus in principio mandatum daret homini, per quod supremum suum Dominum cognosceret & honoraret. Decebat etiã vt in creatione tum hominis, tum aliarum creaturarum, naturam à se institutam, & creaturis inditam, cursu suo libero non priuaret, & nullius generationẽ impediret, siue is bonus, siue malus futurus esset. Decebat denique, vt hominem faceret, vt esse debebat, id est, cum liberâ sua voluntate, ad faciendum bonum aut malum. Si ergo contingat, vt homo vel Angelus mandatum Dei transgrediatur, atque libera sua voluntate ad malum abutatur, vnde in Infernum postea descendat, hoc ipsum Deus nequaquam debet impedire, quod eum decet ad maiorem suum honorem & gloriam; atque hoc eò minus, quod omnes illos errores ad maius bonum dirigit, illisque vtitur. Nam per peccatum Adami CHRISTVM nos accepimus, id est, Deum, qui homo factus pro nobis passus est & satisfecit, qui Sacramenta sua in vsum nostrum instituit, & corpus nobis suum sanctissimum & sanguinem, in cibum & potum reliquit: quod quidem beneficium nobis, sine peccato Adami præuio, non obtigisset. Responsio. Rom. 11.

Peccata igitur malorum hominum, iuuant ad maiora merita bonorum, atque malorum, æterna damnatio ad demonstrationem & comprobationem diuinæ iustitiæ, tum etiam ad consolationem Sanctorum, qui vehementer lætantur, quod æternas illas gehennæ pœnas euaserint. Sequere ergo nunc Deum vocantem, vt gloria eius, non damnatione tua, sed æterna salute augeatur.

XI. Tria hominum genera, nuptias cœlestes aspernantium.

Alius in villam suam, alius in negotiationem suam: reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos, occiderunt. Tria hic hominum genera insinuantur, qui

Dei nuptias despiciunt. *Primum est,* eorum, qui voluptates
1. suas quærunt in exterioribus,vt cibo,potu,libidine,honore, amplitudine,tripudijs,& vanitatibus. Atque hi eunt in villam suam,quam habent pro domo & loco recreationis:quia homines mundo addicti, nullam aliam recreationem norunt,nisi mundanam. Verum considerandum esset his mundum cum omnibus suis voluptatibus aliud nihil esse, quam villam,id est,vilem aliquam casam rusticanam, in qua nulla pretiosa sint ornamenta, sed solum res rudes ac impolitæ, cuius parietes lutei,tectum stramineum sit, cui aranei tapetum loco telas ponant,cui lignum cochlearia,orbes,reliquaque vtensilia subministret, cui figulus vasa, culmus lectum suppeditet:quæ quidem nobilis aliquis, in aulis Regum versari solitus pro nihilo duceret,meritoque despiceret. Quare in cœlum oportet attollere oculos, & illius palatij maiestatẽ contemplari,facilè enim apparebit, quod comparatione illius gloriæ, omnis huius mũdi pulchritudo sordescat,omnes diuitiæ paupertas,omnis honor cõtemptus, omnis sapientia stultitia,omnis denique delectatio tristitia sit & dolor.*Secun-*
2. *dum* genus auarorum est, qui de temporali lucro admodum sunt solliciti.Atque hi per mercatores denotantur,qui negotijs suis adeò insudant, vt solius nonnunquam amore pecunię à cultu diuino abstrahantur,idque vel per iniustitiam,vel per fraudes,dolos, aut peccata similia. In mercatura .n. verba vana fiunt plurima, mendacia & periuria pœnè quotidiana sunt, aliorum easdem merces distrahentium lucro inuidetur, propriæ alienis, licet falsè quandoque præferuntur. Dies etiam festi violantur,quin & sacrum temporibus ab Ecclesia constitutis negligitur, minora festa contemnuntur, omnia denique sacra temporali lucro postponuntur. Sileo fraudes, dolos, iniustitias, dum merces adulterinas pro bonis,semicorruptas pro integris,falsa pro veris ementibus obtrudunt,dum res carius distrahunt, quod ementem ijs indigere cognouerint,dum potentibus ac diuitibus, aut quibus ad diem credendum est, falsâ aliquâ persuasione ducti,& inani vsurpatâ licentiâ,maiori pretio,quam cæteris diuendunt, dum tantum sibi licere putant accipere, quantum possint,& ab emen-

ab ementibus addicitur. Item dum scientes res furtiuas emunt, dum viliori quam valent pretio, dum frumentum aut similia coaceruant, vt carius possint distrahere, dum pretium pro arbitrio augent, minuunt, prout ementes esse viderint, dum monopolium cum complicibus instituunt, falsa moneta aut pecunia soluunt, iniustis denique mensuris, vlnis, & ponderibus vtuntur &c. Omnia hæc peccata, & innumera alia, quæ quotidiè committuntur, occludunt homini aures & oculos, vt nec inuitantem videre, nec vocantem Deum ad nuptias, audire possit. Bestiolæ quæ sub terris nascuntur, & degunt, vt lumbrici, & his similes, communiter nec oculos habent nec aures: ita planè auari nec sensu nec ratione ducuntur, sed similes sunt homini cadenti in aquam, qui dum submergi timet apprehendit firmiter, quicquid primo occurrerit, licet cum damno sæpius proprio, quod caput aquis immersum sensibus vti nequeat; sic & ipsi, quicquid inuenerint, apprehendunt, immemores quod ab eodem opprimẽdi sint & destruendi. *Tertium*, genus est eorum, qui in malitia obduruerunt, vt sunt Turcæ, infideles, Iudæi, & hæretici. 3. Qui quidem bonorum sunt irrisores, Sanctorum persecutores, Catholicorum oppressores, qui seruos regis huius contẽpserunt, captiuos duxerunt, & occiderunt. Primi Christianorum persecutores fuerunt Iudæi, in Actis Apostolorum. Post illos decem grauissimæ persecutiones sub Imperatoribus gẽtibus secutæ sunt, quibus primis illis religionis nostræ incunabulis, ad annos pęnè 300. Catholicam fidem opprimere conati sunt: quarum *prima* Neronem authorem noscit: *Secunda*, Domitianum: *Tertia*, Traianum: *Quarta*, M. Antonium, & L. Aurelium: *Quinta*, Seuerum: *Sexta*, Maximinũ: *Septima*, Decium: *Octaua*, Valerianum: *Nona*, Aurelianum: *Decima*, Diocletianum & Maximianum. Hos ne degeneres essent filij, hæretici imitati sunt Cæsares, vt Constantius, Valerius, Leo Isauricus, Constantinus Copronymus, Philippicus, Leo Armenius: Præterea Gothi in Italia. Wandali in Africa, Albigẽses in Gallia, Hussitæ in Bohemia, & hodierna die, Lutherani in Germania, Hugonoti in Gallia, Puritani in Anglia, Geusij in Belgio. A quibus Catholici omnes hostilẽ & grauẽ perse-

Decem grauissimæ Ecclesiæ persecutiones ab Imperatoribus Romanis excitatæ. Item ab hæreticis aliquot.

cutionem sustinent, licet tñ pręcipuè serui Domini, Episcopi, Sacerdotes, Religiosi, & personæ Ecclesiasticę, quæ de hoc lętari debẽt, ꝙ Christũ Magistrũ suum, & prædecessores Apost. Martyres etiã aflictionib. istis æquanimiter tolerãdis, sequãt.

XII. Quinque vltiones horum nequissimorum hominum. *Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & illorum ciuitatem succendit.* Hic impiorum supplicia cernis, de quibus quinque dicuntur. *Imprimis,* quod Deus facinora ista audiuerit, quia licet taceat, tamen videt o-
1. mnia opera omniũ hominũ, ac præsertim persecutiones iu-
2. storũ. *Deindè,* ꝙ iratus fuerit: ꝙ quidẽ horribile est, supremum sc. Dominum, creatorẽ cęli & terræ, vilissimis nobis homuncionibus irasci: ira. n. illius nihil est aliud, quã æternalis vindi-
3. ctæ præparatio. *Tertio,* ꝙ exercitum suum miserit in vltionem
Isa. 38. 36. maleuolorum. Angelus vnus, si potuit vnâ nocte, 185000. hominum occidere, quid putas posse vniuersum illorum ex-
Iob. 41. 42. ercitum? Dixit Deus apud Prophetam Iob, nullã potentiã in hoc mundo esse, quæ vel cum vnius Dæmonis potentia cõparari possit, tanta est. n. illius vis, vt neminẽ inuadere timeat; quid ergo oẽs simul posse existimãdi sunt? Omnes creaturæ pugnã inferent peccatoribus, & cõtra illos diuersis copijs ve-
Sap. 5. 18. nient, ne peccata inulta transire sinant. Muscæ quidem, culi-
Exod. 8. 17. ces, ranæ, & similes bestiolæ, Ægyptios supra modum afflixe-
Ioh. 24. 12. runt: crabrones Amorrhæos patriâ expulerunt: pediculi &
Act. 12. 23. vermes nonnullos Reges tyrannos, infando dolore consumpserunt. Igitur vbi oẽs in te creaturas Deus armabit, quantũ
4. timẽdus erit? *Quartò,* ꝙ homicidas trucidauerit, atq; omnino perdiderit. Quantũuis. n. Deus persecutores Catholicorũ & hominũ piorũ diu toleret, & in omni rerũ exteriorũ prosperitate viuere sinat, tum vt se cõuertant, tum vt electi probentur: in finẽ tñ malitiã eorũ non relinquet impunitam, sed eò grauius puniet, quò illi patientiam eius minoris æstimarint. Quare in inferno erit pœna eorum ineffabilis, quin & in hac quandoq; vitâ eandẽ orditur. Exẽplo sint tibi tyranni, Nero, Domitianus, Seuerus, Valerianus, Decius, Maximianus, qui oẽs miserè perierunt. Iulianus apostata ab ignoto milite. (quẽ pleriq; S. Mercurium ad hoc à S. Dei Genitrice missum autumant) interfectus est. Valerius Arianus, cum fugeret Gothos,

& in

& in horreum declinasset, iniectis facibus inibi exustus est. Constantinus Copronymus, Iconoclastes, ex febribus decũbens conquestus est, se adhuc viuum infernali igne torqueri. Leo Armenius, cum Carbunculum (lapis est pretiosus) loco Sacro ablatum, diademati Imperiali inseruisset, infectus lue, quæ ab illo lapide nomen mutuata est, miserè interijt. Atque hi fuerunt Imperatores, quibus Deus ideo non pepercit. Hæretici quoque multi notabili morte perierunt: Sic Arrius in loco secreto visera simul omnia eiecit: Sic Simon Magus, dum volaret in altum, à Diabolo deiectus est in terram: Manes quoque viuus à Rege Parsarum, cuius filium ante occiderat, excoriatus est: Montanus & Theodorus laqueo in seipsos animaduerterunt: Nestorius lingua à vermibus exesa, miserabiliter mortuus est. Hæretici porro sæculi nostri quomodo perierunt? Lutherus certè, Carolstadius, Bucerus, Oecolãpius Dæmonis manu strangulati sunt; Caluinus pediculis consumptus, alij alijs modis mortui, inuenti sunt. Omnia hic separatim enarrare superuacaneum fore arbitror, vnum quod Anno superioris sæculi, quinquagesimo quarto contigit, obiter adducam. Albertus Brandeburgicus, cum ista tempestate bellum Catholicis inferens plurima in diœcesibus, Moguntina & Treuerensi, Monasteria euertisset, venit tandem ad nepotem suum, Summæ Coloniensium Ædis Præpositum, Dæmonem quẽdam sibi familiarem, muliebri specie tectum secum adducens, quo velut dilecta sua & amasia vtebatur. Quod dum Præpositus cognosceret, rogat Albertum, vt ab Amica ista sua quæreret, vbinam Martinus Lutherus moraretur. Quo quidem facto respõdit illa: Eâdem cum Lucifero magistro suo, catena vinctum teneri. Dubium profectò nemini est, hæreticos omnes in infernali barathro, scelerum suorum pœnas condignas dare. *Postremo*, quod ciuitatem eorum exusserit, id est, quod omnem persecutorum memoriam abolebit: vnde quemadmodũ nos de antiquis illis hæreticis in præterito loquimur, sic & posteri nostri, de præsentibus modo, aliquando loquentur. Soli ergo Deo cõfide, esto constans, nec persecutorum rabiem time, quia breui velut riuulus præterfluent, & sicut fumus euanescent.

Sigebert. in Chronico.

5.

XIII. *Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni.* Hic discis nullum in Deo errorem esse; dat enim nobis copiosa ad salutem media, & ad perfectionem vitæ Christianæ; omnis defectus in nobis residet, vnde gratiâ Dei indigni efficimur. *Quæres* hic fortè, an etiam quis dignus sit, frui beneficijs Dei; Sacramenta eius suscipere, ad mensam eius singulis Dominicis accedere, & aliorum mysteriorum particeps esse? Respondeo, quod si infinitam Dei maiestatem & nostram vilitatem consideremus, neminem nostrum ex seipso vel minimo Dei beneficio dignum esse: Verum si attendamus misericordiam illius, qui paruis cõtentus est, dicere possumus eos esse dignos, qui cõditiones ab eo præscriptas obseruant: scilicet, qui eum pro beneficijs acceptis, vt par est, laudant, & gratias agunt: qui per verum de peccatis dolorem, delictorum condonationem postulantes, Sacerdoti eadem per confessionem aperuit, operibus pœnitentiæ & virtutum se exercet, voluntatem demum diuinam in omnibus perficere annituntur. Atque hos quidem Deus dignos iudicat, qui singulis hebdomadibus salutari sui corporis cibo potuque reficiantur. Qui vero hic indigni nominantur: Sunt illi, quibus diuina vocatio curæ non est, qui Deo & virtutibus posthabitis ad voluptates & vitia se conferunt. Atque hi pane, quo indies reficiuntur, & terrâ quam pedibus calcant indigni sunt, quantò magis cœlestibus illis epulis? Tu autem stude dignus fieri per gratiam Dei, & sine dubio donorum te suorum participem efficiet.

Quæstiuncula.

Responsio.

XIV. *Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias.* Aduerte hic *Imprimis*, Dei intentionem semper impleri: Nam si tu eum sequi recusaueris, alius mox aderit, qui vocantem audiat, & paratâ tibi coronâ potiatur. Nunquam enim ipse perdet quicquam, licet tu teipsum perditum eas. *Deinde* quod serui illi mittantur in vias, non in viam, quia vna tantum est via ad vitam ducens, scilicet mandtorum DEI obseruatio. Hæc via pulchra est, munda, clara, noua, viuens, vt dicit S. Paulus, seu virens, atque ad transeundum facilis,

Heb. 10. 20.

tum

tum propter exiguum in ea ambulantium numerum, tũ propter præcepta Dei, quæ laxius currere non sinunt. Multæ autem sunt viæ ad infernum, eæque sat latæ, impuræ, plenæ lapidum & aduersitatum, de quibus ipsimet damnati conqueruntur, gementes atque intra se dicentes: *Vias difficiles ambulauimus, viam autem Domini ignorauimus.* Via cœlestis est callis angustus ac tritus, quem homines tantum transeunt: viæ verò Inferni equorũ sunt, aut viæ quadrigarum, bestijs magis quã hominibus idoneæ. Atque hic videbis graues aliquot ac dificiles vias in perniciem tendentes, vt sunt superborum: vias peccatis obnoxias, vt sunt auarorum; vias luto plenas, Luxuriosorum & gulosorum; vias lapidosas, iracundorum; vias decliues, pigrorum & oscitantium, vias lubricas, hominum leuium & inconstantium, &c. *Postremò*, quod seruis præcipitur ire non in vias, sed ad exitus viarum, id est, ad finem, quia, vt peccatores conuertantur nihil est melius, quam vt ducantur per recordationem vltimi finis, ad quem tandem aliquando, via ista peccatorem deducet. Quoniam finis iste non solum mors est, sed æterna mors inferni supplicium, horribilis ignis sine fine. Ad quem quidem properant omnes Superbi, Auari, Luxuriosi, Gulosi, atque homines alijs id genus criminibus obnoxij, vti Scriptura vbique locorum astruit. Admonentur ergo omnes Concionatores Catholici, vt sæpè de morte, iudicio, inferno concionentur, quo peccatoribus timorem incutiant: ait enim Sapiens, *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Duos equidem habemus amicos, Vitam & Mortem, vita nostra fallax est & mendax, licet eam magis amemus: Mors fidelis est, & cõsilium semper melius suppeditat; scilicet, vt quouis tempore in negotijs nostris ita nos habeamus, quemadmodum in hora mortis habuisse nos vellemus.

Sap. 5. 7.

Eccl. 7. 40.

Et egreßi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos. Nota hic *Imprimis* ministros Dei domi esse, dũ meditationibus, orationibus, aut operibus pœnitentiæ Deo inseruiunt, eumque placant, egredi vero, dum proximorum saluti student. Ita Christus loquitur de ouibus suis quod intraturæ ac exituræ forent. Nam pugnare debemus contra XV.

Nota. 1.

Ioan. 10. 9.

 hostem,

hostem, simulque iuuare proximum, & instruere. Non diu emanent serui Dei, neque extra se procul sunt, sed solum ante ostium, quemadmodum Sancti Apostoli, dum post susceptionem Spiritus Sancti verbum Dei concionarentur. Peccatores autem cum filio prodigo eunt in regionem longinquam, & à Deo cum Caïn discedunt, diu emanent, & sæpè ad seipsos nunquam reuertuntur, intuendo peccata sua, scrutando conscientiam & de Deo cogitando. *Deinde*, officium Seruorum Dei esse congregare, seu ad vnitatem reducere, id est ad vnam fidem, vnam voluntatem, & in virtutibus concordiam: sed malos cum Diabolo disiungere, seminare discordiam, inuidiam, odium, sectas, hęreses, bella, & ad inobedientiam alios concitare. Cogita, quid tu facere soleas, & quære conscientiæ tuæ vnitatem. *Tertio*, neminem contemni debere; omnes etenim, quotquot occurrerint vocandi sunt, quia omnes homines æquali iure dicunt Deo; *Pater noster qui es in cœlis*. *Postremo*, malos esse, qui ex simultate se conuertant, bonos autem qui intentione bona. Vnde nonnunquam mali hic pro bonis habentur, & nominantur: quia in Ecclesia sancta numerus eorum maior est, illique sunt qui dignitates & officia expetunt, ad eaque sæpius quam boni promoueantur.

Act. 2. *Luc. 15.* *Gen. 4.* 2. 3. 4.

XVI. *Et impletæ sunt nuptiæ discumbentium.* Omnes qui sunt in nuptijs Ecclesiæ Sanctæ sedent & quiescunt, sed vnus tamen commodius altero. Nonnulli enim sunt, qui tantum habent quietem in fide, non dubitando quicquam, sed quiete atque securè ab illa dependendo, illique innituntur, quod ab Ecclesia sancta credendum ijs fuerit propositum: quæ quidem tranquillitas apud hæreticos non inuenitur, qui pro arbitrio suo, quod credere lubet, eligunt. Sed alij quiescunt in amore Dei, in manu Christi, Sponsi sui, imò à collo eius dependent, vt in Canticis Salomonis habetur, suntque admodum quieti in conscientia. *Quæres* forsitan, quomodo nuptię istæ plenæ esse possint: tunc enim mensa plena dicitur, cum nullus superest locus, aut cum tot personæ adsunt, quot ad cibum, qui paratus est, sumendum, sufficiunt: Verum in Ecclesia Sancta sat inuenitur loci, & Christi merita, quæ nobis in cibum proponuntur

Cant. 2. & 8. *Quæstiuncula.*

ponuntur, infinita ſunt, & ad homines infinitos ſatiandos, ſufficiunt. Reſpondeo omnia iſta vera eſſe, ſed alias ob cauſas nuptias has plenas dici, *imprimis*, quod vniuerſum mundum repleant: quia Eccleſia ſancta, Catholica, vniuerſalis eſt, & in omnibus mundi angulis reperitur, quod de nullis ſectis aut hæreſibus dici poteſt. *Deinde*, Quod certus ſit numerus electorum ad nuptias, quem vt compleat Deus vocat quidem omnes, quia tamen omnes non veniunt, facit ipſe vt numerus compleatur. Cum ergo vocatum te ſentis, noli tardare, ne alius occupet locum tuum.

Reſponſio. **Quomodo nuptiæ plenæ.** **1.** **2.**

XVII. *Intrauit autem Rex vt videret diſcumbentes.* Non vocatur hic iam Deus *homo* vt ſupra ſed *Rex* quia quod Regis eſt iuſtitiam exercet. Et licet omni tempore *oculi Domini contemplentur ſuper bonos & malos*, dicit tamen Scriptura eum aliquando ingredi, perinde ac ſi antea ibidem non adfuiſſet.

Deus cur Rex. *Prou.15.3.*

Primo, Vt maturitatem doceat diuini iudicij: quia non ſecundum auditum auris iudicat vt credat aliorum querelis ſed ipſe examinat & viſitat. Sic Abrahamo dixit. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus eſt deſcendam igitur, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non eſt ita: vt ſciam.* Monẽs omnes iudices, vt ſine animi perturbationibus iudicent.

Quomodo ingredi dicatur. 1. *Gen.18.20.*

Secundo. Quia tunc ingredi ad homines eoſque viſitare dicitur, cum noui aliquid, ſiue boni, ſiue mali immittit. Sic Chriſto miracula faciente populus glorificabat Deum, quod viſitaſſet Deus plebem ſuam, & per Prophetas comminatur frequentius, ſe in virga viſitaturum iniquos. Similiter cum ex hac vita Deus aliquem euocat, viſitat, & monet nos omnes, vt & ipſi nos præparemus.

2. *Luc.7.16.*

Tertio, Quia nonnunquam hominum corda ingreditur, eoſque cognoſcit, & cognoſcere facit, quomodo conſtituti ſint, quod efficaciter fit in hora mortis, quando non conſciẽtia ſolum, ſed & diabolus homines accuſat, vt ad deſperationem prouocet: Scribit de Eremita quodam Stephano, qui annis 40. in deſerto pœnitentiam egerat, Ioannes Climacus; quod in agone ei diabolus peccata multa obiecerit, illeque,

Gradu 7. de luctu.

in

in extasi responderit aliquando, *fateor sed ieiunaui aliaque pœnitentiæ opera feci*, aliquando *nõ est verum, falso me accusas*, aliquãdo, *fateor, sed spero de misericordia Dei*, aliquando demum, *fateor, sed illa defleui, & deprecacus sum*. Res erat auditu horribilis, quẽadmodum in maximis angustijs diabolo respondebat, atque ita exspirauit, alijs ignorantibus vter caussam vicisset. Tu te prius examina, vt Deo computum reddas exactum.

XVIII. *Et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.* Quod si apud

Quæstio. nos Dominus non dico nobilium, & aulicorum, sed ciuium & plebeiorum ingrederetur nuptias, putasne aliquem defectu vestis nuptialis eijciendum? cum tanta hodie sit in ornatu corporis cura, & quotidie adhuc increscat. Respondeo

Respond. Quod sic: vestes enim illorum, non sunt nuptiales, sed damnatorum propter peccata ad mortem, sicuti compedes, manicæ, funes furum ad laqueum euntium decora sunt. Sicut ergo stulte compedes, & manicas ornaremus gemmis, aut textura aurea, sic stulti sunt qui corporis vestes superflue exornant, cum eas Deus hominibus in hunc finem dederit, vt moneantur per peccata ad brutorum similitudinem degenerasse, quorum pelle, & intestinis (ex quibus byssus fit) tegi

Simile. debẽt. Vulpium hi similes sunt quarum pellis vtilis, caro autem inutilis est, pij autem caponibus possunt cõparari, quorum plumæ dependent viliter, caro tamen est sapidissima. Mali exterius splendent, interius fœtent; boni contra, exteri-

Vestis nuptialis quid. us vilent, sed animo Deo placent. Vestis ergo nuptialis charitas est quæ animæ nuditatem tegit, peccata operit, hominem ornat, inter impios fouet, & ab iniuria passionum defendit. Est præterea vestis nuptialis. *Primo*, Quia hac Christus orna-

1. uit nuptias humanitatis suæ cum Ecclesia, inter alias enim eius virtutes, hæc princeps est. *Secundo*, Quia hanc nobis, ceu

2. vestem, Christus dat cum baptizamur. In Ecclesia multi hac

Cur vnus careat. veste carent, & tamen hic vnus tantum notatur, & punitur.

1. *Primo*, Quia quantuscunque sit impiorum numerus, omnes tamen Christus minus vno & nihil æstimat; sicuti in arbore folia omnia, æstimãtur minus vno fructu bono. Nam vt Sa-

Eccl. 16. 3. piens. *Melior est vnus timens Deum, quam mille filij impij*. Ratio est, quia omnium non est tanta virtus, quanta vnius hominis boni, etsi

ni, etsi in furto, rapina, mendacijs singuli eorum omnibus bonis plus valeant. *Secundo*, Quia peccatorum singuli porta- 2.
bunt iram Dei & supplicia non aliter ac si essent soli, neque societas pœnam minuet, aut solabitur. *Tertio*, Vt moneatur 3.
peccator, quod Deum latere non poterit, etiamsi solus inter omnes esset malus, sicuti nos in magno frumenti aceruo, facile aliquot paleæ latent. Dei enim oculi nimis clari sunt, neque aliquid absconditum est ab eo. Caue ergo à peccatis & nuptialem hic vestem indue, postea enim neminem inuenies qui eam tibi aptet.

Et ait illi, amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Peccatorem Deus *amicum* nominat, sicuti & Iudam proditorem, *Amice ad quid venisti*? quasi dicat, non ego te, sed tu odisti me. *Maiorem charitatem nemo habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Videtur forsan maius si pro inimico id fiat, sed vere maximum est, inimicum, inimici loco non habere, sed vt amicum diligere. Discis hic quomodo etiam in extremis hominē Deus moneat, & illuminet. Ingens malum est in Ecclesia sine charitate viuere, cum tamen per fidē credas. XIX. *Matt. 26. 50.* *Ioan. 15. 13.*

Primo. Deum pro te incarnatum satisfecisse, ineffabilia tormenta, & mortem passum, atque aliud nihil nisi vt conuertaris requirere.

Secundo, Peccatum Deo super omnia displicere, quia Filium Dei iniuria afficit, eiusque pretiosum sanguinem conculcat.

Tertio, Proijciendum te, si cum peccato mortali moriaris, in pœnas quarum numerus innumerus, grauitas ineffabilis, & duratio æterna sit.

Quarto. Nihil esse hora mortis incertius, quę hodie tibi, sicuti multis fit, superuenire potest. His interim non obstantibus non minus securè in peccato destertis, quam si nec Deus esset, nec iudicium, nec infernus. Profectò stupor hic tremēdus, & admodum mirandus est.

At ille obmutuit. Rarissimum est, vt qui vitam totam peccatis dedit, in extremis ad Deum se conuertat. Arbor obliqua si exscindatur, eo cadit quo trahit eam sua curuitas. Nam vt XX.

recte

recte Augustinus, *Hac animaduersione percutitur peccator vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei.* Post mortem in iudicio, tam erit omnibus euidens Dei iustitia, vt nemo contradicere possit. Nam hic à Deo & bonis cœlestibus recedere, temporalibus tam sordide inhærere, tempus quod Deo impendi poterat, & reconciliationi, negligere, peccata solum confiteri, & nunquam vitare, ita grauia sunt vt infernum omnium etiam damnandorum iudicio mereantur.

XXI. *Tunc dixit Rex ministris: Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium.* Diuersi sunt hi ministri, ab illis superioribus. Hi enim Angeli sunt, quorũ ministerio Deus in sanctorum salute, & malorum damnatione vtetur. Habet autem sententia hæc quatuor horribilia.

Quatuor hic horribilia.

1. *Primo,* Quod manus ligentur & pedes vbi tam corporalia, quam spiritualia vincula intelliguntur, quibus manus, id est, opera, & pedes, id est, affectus ligentur. Differt hoc à brutis homo quod illa in prima ætate non alligentur, sed iam adulta, vt in equis patet; homo autem fasciatur infans, adultus nõ item. Idem mystice in pijs est, & impijs, illi hic vincula habẽt diuinorum mandatorum, sed postea soluuntur, hi vero excusso omni freno, se liberos putant, sed postea in æternum vinciuntur.

2. *Secundo,* Quod ligati mittantur in tenebras exteriores. Peccator hic interiores tenebras habet, neque nouit, neque cognoscere vult vt Christus queritur veritatem. *Venit lux in mũdum, & amauerunt homines tenebras magis, quam lucem.* (Ioan. 3.) Post mortem aperiuntur quidem oculi interiores, vt peccatorum suorum fœditatem videant, conscientiæ remorsum sentiant, sed eijcientur in locum tenebrosum, vbi obscurum, triste, & exiguum lumen est quantum ad videndum pœnarum horrorẽ sufficiat. In hunc autem locum non ibunt spontanei, sed magno impetu præcipitabuntur instar lapidis molaris, sine vlla spe emergendi: locus enim seu carcer altus est, sarcina peccati grauis, vincula firma, & custodes fortes. *Tertio,* Quod sit ibi

3. perpetuus *fletus*, & *dentium stridor*, tum ob pœnarum grauitatem, tum ob solatij omnis carentiam, tum denique ob pœnæ æternitatem. Defle hic peccata, dum paucis potes diluere,

quod

quod nulli postea purgabunt lachrymarum imbres. Subtrahe hic tibi aliquas voluptates, temporalis enim voluptas, ęterno dolore terminatur. *Quarto*, Quod sit ibidem stridor dentium tum ex metu nouorum cruciatuum, tum ex creatoris, quem continuò blasphemabunt, odio. Sicut enim Sanctis gaudio est perpetua creatoris laus, & gratiarũ actio: sic damnatos eiusdem blasphemia, & maledictio cruciat. 4. Prou. 14. Psal. 83.

Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. O duram sententiam toties iteratam, tam certo pronuntiatam tam parum creditã tam multum neglectam? Tanta est futuræ vitæ pœna, vt licet vnus tantum eam passurus esset, singuli de seipsis merito debeant timere. sicuti cum transeunte magno hominum numero per pontem in sui medio apertum, singuli sibi de casu timent. Cum ergo dicat Deus, non duos solum, aut tres, nec centum duntaxat aut mille, imo nec quartam tantum aut alteram hominum partem damnandam; sed tot vt pauci sint electi nunquid summo iure omnes timere debemus? nunquid prudentis est *vocationem suam per bona opera certam facere*, aut omnia relinquere vt Deo commodius seruias iudicique districto de omnibus exactam rationem reddas? Magnum est quod dicit Ioannes *Mundus in maligno positus est*. quasi diceret. Totus mundus ad inferos properat. Sicuti enim de fluuio qui ciuitatem perlabitur recte dicimus, omnis hæc aqua ciuitatem perfluit, etsi multum aquæ hauriatur quoque pro ceruisia, lotione, coctione alijsque necessarijs, quia aqua hæc, præ illa quæ perlabitur tam exigua est, vt computari non debeat. Sic excepto electorum exiguo numero omnes damnantur. Sexcenta & amplius millia Ægypto exierunt, duo tantum terram promissam ingressi sunt. In diluuio orbis vniuersus mersus est, exceptis octo animabus, quas Arca Noe saluauit. Cum Sodoma & Gomorrha aliæque ciuitates conflagrarẽt, solus Loth cum duabus filiabus saluatus est. Time ergo, nec vitam multorum sequere, sed angustam viam, vt non cum multis damneris, sed salueris cum paucis, multi enim vocati, pauci vero sunt electi. XXII. 2. Pet. 1. 1. Ioan. 5.

ORA-

ORATIO.

O Cælestis Pater, Rex cæli & terræ, qui amantissimo filio tuo in hoc mundo sponsam dedisti sanctam Ecclesiam ex suo adaperto latere productam, & à te benignè tanquam nouam Euam ex corpore noui Adami extructam: in quibus nuptijs tu quidem omnia genera pretiosorum ferculorum, scilicet, diuinam tuam gratiam, sacrificia tua, Sacramenta, & alias suauitates præparasti, atque ad ista omnes homines inuitasti, admonuisti, & vocasti, oro te, non ab his nuptijs excludas me, sed potius voca me, trahe, pelle, atque bonitate tua & minis coge me, da etiam tegumentum & ornamentum vestis nuptialis, gratiam scilicet tuam diuinam, charitatem, & alias virtutes, vt ita peccata mea contegantur, & paratus semper esse ad digne suscipiendum Sacrosancta tua Sacramenta. Aufer à me antiquam illam & interpolatam tunicam meorum multiplicium peccatorum, orna animam meam, eamque sana, facque vt fame ciborum tuorum extimuletur. Noli etiam me, domo extrudere in extremas tenebras, sed concede, vt hic in Ecclesia sancta prandium quiete sumam & fruar eo ad finem vitæ meæ, & post hanc vitam cum omnibus tuis charissimis Sanctis, ad æternam cœnam in regno cœlorum admittar. Per Iesum Christum filium tuum, tecum ac cum Spiritu sancto in æternum regnantem. Amen.

DOMI-


DOMINICA XX.
POST PENTECOSTEN.

Euangelium Ioan. 4.



N illo tempore: Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset, quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum & rogabat eum, vt descenderet, & sanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, descende prius quam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat. Et dixerũt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: Filius tuus viuit: & credidit ipse, & domus eius tota.

Breuis Euangelij exegesis.



VM intellexisset Dominus captum ab Herode Ioannem Baptistam, ac Iudæos murmurare, quod haberet plures discipulos quam Ioannes, secessit ex Iudæa,

& per Samariam (vbi mulierem conuertit ad fontem pluresque alios ciues) venit in Galilææ ciuitatem Cana, in qua aquam iam ante in vinum conuerterat. Hic accessit ad eum diues, & potens nobilis, quem Euangelista Regulum nominat (quomodo etiam Patres legunt, etsi nunc in Græco textu sit vox βασίλικος quæ aulicum significat.) quemque alioqui opinantur Gubernatorem fuisse Metropolis Capharnaum, hominemque Gentilem, alij vero, magni nominis Iudæum, hic excitus morbo filij sui cognitisque miraculis quæ fecerat Christus Hierosolymis, quærens omnes vias iuuandi filium, iam à medicis desperatum, ipse ad Christum accessit, amice eum rogans, vt dignaretur in domum suam descendere (Galilæa enim editior est quam Capharnaum) filijque morbum dignoscere, atque ita eum sanare; putabat enim quod aliorum medicorum instar Christus deberet ægroto esse præsens. Dominus porro parentis spiritualem infidelitatis morbum considerans, grauiorem, & periculosiorem corporali morbo filij, primò laborauit vt illum sanaret, ac infidelitatem corripuit. Pater vero sanitatis filij nimium cupidus, eique male metuens, proposito institit, Dominum rogans vt accelerarет. Videns autem Christus quod non proficeret, domum eum redire iussit, eo quod sanatus iam esset filius. Pater necdum credens in Christum, credens tamen verbo eius, quasi diuina reuelatione scientis filium esse sanatum, (quo modo Sanctorum multi multa etiã remota cognoscunt) non quasi qui sanitatem dedisset, statim domum recessit, & in medio itinere famuli ei occurrunt, qui eodem ipso tempore domo excess-

cesserant nimirum quo filius sanitatem perfectam erat consecutus' Pater serio horam sanationis inquirit, cognosciturus an Christus eam signasset, audiensque filium heri hora septima, id est, prima pomeridiana, sanatum , eadem scilicet qua dixerat Christus, filius tuus viuit, statim perfecte conuersus, sincerè in Christum credidit cum tota domo sua, certissime obseruans illa Christi verba, *filius tuus viuit* tam remote prolata, desperatam filio sanitatem restituisse, morbique pertinaciam fugasse.

Documenta Concionis vigesimæ.

ERAT *quidam Regulus*. Quis hic, qualis, & cuius vitæ ac conditionis fuerit nescimus, aliqui Iudæum , alij Gentilem, aliqui Gubernatorem Capharnaum , alij denique aulicum arbitrantur. Nihil enim de eo certum Euangelia exprimunt, vt discamus nobilitatem, diuitias, dignitatem , & quicquid dat mundus, nihil esse præter vanitatem, quæ rectè ab Apostolo figuræ comparatur cum dixit, *præterit figura mundi huius.* sicut enim figuram chartę impressam amamus dum intacta est, pluuia vero læsam & coloribus defluentibus negligimus, aut si charta fracta sit vel putida vix adspectu dignamur. (Sanctus Iacobus fumo comparat, qui quamdiu in fumario est , manet coniunctus; & quasi cum quodam decore & ordine ascendit quicquid vicinum est colorans, fumarium vero egressus, statim ita à vento dissipatur, vt nihil appareat ac dicere vix possimus extitisse fumum) sic diuites , & potentes dum viuunt noti sunt, faciunt quod libet, opprimunt pauperes, in omnium ore versantur, sed post mortem *perit* statim *eorum memoria* vt Dauid dixit: *cum sonitu.* Quando campanarum pulsus cessat , manet aliquanto tempore bombus aliquis, ac susurrus , sed & hic paulatim deficit, sic

Marginalia: L. — *1. Cor. 7. 31.* — *Simile.* — *Iacob. 4. 14.* — *Psal. 9. 7.* — *Simile.*

ſic poſt magnatum mortem, aliquanto adhuc tempore de eis ſermo inſtituitur, donec ſuccedente alio, omnis ſermo & memoria prædeceſſoris obruatur. Memoria certe piorum diuturnior eſt: vult enim ſuos etiam in hoc ſæculo honorare Deus. Piſcator fuit Petrus, Paulus artis ſcænofactoriæ, Lazarus mendicus, Antonius, Benedictus, Bernardus, Dominicus, Franciſcus, &c. pauperes Religioſi, contempti mundo, qui tamen omnes, Chriſtianis omnibus notiores nunc ſunt, & honoratiores, quam vllus vnquam Rex, aut Imperator. Noli ergo quęrere dignitates ſęculi, ſed cœli, apud Deum & Sanctos eius.

II. *Dignitates malis non exemię.* *Cuius filius infirmabatur.* Non ſolis pauperibus ſed & diuitibus aduerſitates ſuæ veniunt, quiſque ſuos patimur manes, quin tanto maior eſt aduerſitas quanto ſublimior patientis dignitas. ſicuti magis feriunt venti montes, ac turres ſummas, quam valles imas. Fallitur ergo qui dignitates ambit, vel diuitias, vt ab omni aduerſitate liberetur. Fit quidem vt deſerendo priorem ſtatum, à miſerijs iſtius ſtatus liberetur; ſed cum nouo ſtatu, nouæ quoq; veniunt miſeriæ, ſicut qui poſt hyemem optant æſtatem, liberantur quidem ab hybernis incommodis, niuium, gelu, algoris, &c. noua tamen incurrunt mala æſtus, tonitru, fulguris, pulicum, &c.

Capharnaum. Fuit hæc nobilis & diues metropolis cuius nomen *Capharnaum* agrum pinguem ſignificat, vel domũ voluptatis. Ex quo docemur, vbi & quomodo homines animi morbos contrahant. *Vbi anima infirma.* Morbus hic vt poſtea miniſtri indicant febris erat, qua aptiſſime ſpirituales peccatorũ morbi ſignificãtur. Sicuti.n. febris calor eſt exceſſiuus, incipiens à corde, & inde ad reliqua membra proſerpens, qui primo frigus inducit ac dein ęſtũ, tollitq; omnem appetitũ cibi excitato maximo appetitu potus, vt dormiẽtes & vigilẽt, nihil niſi potũ & frigida ſomnient. *Febris figura morbi ſpiritualis.* neq; permittit homini vllam quietem, verſans eum in omnem partem, ita vt de lecti incommiditate queratur, cur tamẽ malum omne in ſe habeat: ſic & ſpiritualis morbus à corde oritur primoq; habet frigus, cum frigent in te bona opera, Deique & proximi amor, cum bona exercitia negligenter fiunt, & paulatim omittuntur, ac dein ſequitur inordina-

ordinatus & excessiuus æstus. Charitas æstum habet sed ordinatum, quo *primo* diligimus Deum super omnia, *secundo* animas nostras, *tertio*, animas proximorum, *quarto* corpus nostrum, *quinto* corpus proximi, & licet æstus hic in multis sit vehementissimus, tamē nō molestus, sed gratus, suauis, toleratu facilis. Aestus vero spiritualium morborum tollit desiderium omne rerum diuinarum, & spiritualis cibi, excitat ardentem temporalium sitim, vt de his semper cogitet, loquatur, somniet, eaque sine quiete desideret. sic Aman honores, Amnō incestum sororis Thamar, Iudas pecuniam, diues epulo carnis anhelebat voluptates. Et quemadmodū corporaliū febriū vehemētiā ex arteriæ pulsu Medici discernūt, sic & spirituales febres deprehenduntur, ex eo quod inordinata sentis & vehemētia tēporalium & fluxarum rerum desideria. Febrim hanc accipit homo adolescens, nobilis, diues, potens, in *Capharnaum*, id est, *voluptatis domo*, quia voluptates, diuitię, honores, dignitates &c. tollunt ab homine spiritualem sanitatem, vnde dixit Sapiens, *Prosperitas stultorum interficiet eos*, Paucos inuenies in voluptatibus bonos, merito enim queritur Scriptura, *Beatus vir inuentus est sine macula; & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunia thesauris. Quis est hic? & laudabimus eum, fecit enim mirabilia in vita sua.* Vis ergo animam sanam? Vita Capharnaum, id est, sæculi voluptates, & delitias; memor illius quod de Capharnaum Christus dixit: *Væ tibi Capharnaum*, & de diuitibus. *Væ vobis diuites qui habetis hic consolationem vestram, qui saturati estis, qui nunc ridetis, quibus homines benedicunt. Facilius est camelum transire per foramen acus quam diuitem intrare regnum cœlorum.*

Charitatis æstus.

Prou. 1. 32.

Eccl. 31. 8.

Luc. 6. 24.

Matt. 14. 24.

IV.

Hic cum audisset, quia Iesus adueniret à Iudæa, in Galilæam, abiit ad eum. De Regulo hoc non legimus quod in prosperis requisierit Dominum, sed tantum in aduersis. Impediuntur enim Magnates ab obsequijs diuinis, per prosperitatem, & cōplacentiā voluptatū. per aduersa vero ad requirendum Dei auxiliū monentur, vt in Nabuchodonosor [a], Antiocho [b], Manasse [c], & Israelitis [d] patet: oporteret nos Deo in prosperis magis seruire, per quæ tanquam *vincula Adam & charitatis funiculos*. vt Oseas loquitur, Dominus hos ad se trahit. Quod quia negligimus

a Dan. 4. 31.
b 2. Mach 9. 13.
c 2. Paral. 33. 12.
d Psal. 106. 6
Osea. 11. 4.

 gimus

gimus cõpellimur, ab eo per aduersa, & tamẽ nec sic ad eum recurrimus, omnia in fortunã aut homines reijciẽtes, atq; ita
Apoc. 16. 9. 2. Paral. 16. 12. aduersus Deũ obloquimur, illorũ instar, de quib. in Apocal. aut recedẽtes à Deo ad humana cõfugimus solatia, Asę instar quẽ propterea reprehẽdit Scriptura aut ad veneficos cõfugi-
4. Reg. 1. 16. mus & ariolos siderũ vel manuũ inspectores Ochoziæ instar qui propterea percussus est. Percussus à diabolo Iob, & ab hominibus nẽpe Sabęis, Chaldæis, vxore, & amicis spoliatus, reprehẽsus, rursus ad neminẽ nisi ad solũ Deũ confugit: probe sciẽs, sine hoc alios oẽs nihil posse, ipsumq; solũ omnis medelę, & boni esse datorem. Disce præterea hominũ hic conditionem qui impendẽtia sibi mala nõ cõsiderant priusquã sentiant, furũ instar, qui quotcunq; viderint patibula, & pendẽtes ex eis fures, tamẽ furta nõ intermittũt, nec mortẽ timent priusquã in manus inciderint, & mortis dãnentur. Queritur
Deut. 32. 29. de his Moyses: *Gens absq; consilio & sine prudentia, vtinã saperent & intelligerent ac nouissima prouiderent.* Odit peccare puer formidine virgæ, quam pædagog9 interminatur, imitemur eũ, & mala, priusquam eis inuoluamur, timeamus. Peccatũ parit mala
Mala quæ peccatum parit. tẽporalia, & æterna, ebrietas morbos, & paupertatẽ; luxuria corporales miserias, ignominiã, & infamiã, superbia, cõtemtũ, auaritia, inquietudinẽ, ira, inimicitias, &c. Nullũ.n. peccatum est, qꝫ nõ aliqua comitentur tẽporalia, & corporis incõmoda. Fugiamus hæc, aut si iã ea inciderimus, saltẽ cũ Regulo opportunitatẽ captemus, vt per Iesum liberemur, antequã inuoluat
Isa. 55. 6. nos calamitas æterna. *quærite Dominũ dum inueniri potest,* post
Iudæa quid hanc.n. vitam, nec auxilium est nec spes. Venit hic Regulus ad Christum descendentẽ ex Iudęa in Galilæam. *Iudæa* cõfessionẽ significat & laudem: estque figura regni cælorũ, vbi vi-
Galilæa quid. detur Deus, agnoscitur, & laudatur. *Galilæa,* transmigrationẽ significat, estq; figura mundi, vbi perpetua est transmigratio, præsertim ex vita hac in aliam, moriuntur.n. quotidie infiniti. Dum ergo in mundo hoc es, Christusque de cælis venit ad te, noli eum negligere, sed auxilium quęre vitijs tuis, accedens per temetipsum, etsi.n efficaces sint Sãctorum, siue adhuc in terris viuentiũ, siue cũ Christo regnantium preces, debes tamen si iuuari velis, & ipse ad Christum accedere; vt enim dixit

Augusti-

Augustin. *Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te.* Legitur in vitis Patrum de iuuene quodam, qui carnalibus vexatus tentationibus, petijt orationem cuiusdam Sancti Abbatis, quo deuotè quotidie pro eo orante, iuuenis tamen non fuit liberatus, Cumq; res in longũ tẽpus protraheretur, orauit tandẽ Abbas Deũ, vt causam durantis tentationis cognosceret, quã ei Deus hac visione reuelauit. Vidit iuuenem sedẽtem, & coram eo dæmones multos sub mulierũ specie colludentes ei, eumq; inuitãtes, delectabatur ille lusu isto, etsi adsistẽs ei bonus Angelus, eũ ad fugã & displicentiã, ac preces hortaretur. Intelligit ergo Abbas, negligentiã iuuenis causam esse tentationis, qui cum ad eum solitas referret querelas, instruxit eũ Abbas hoc modo. Onerabat vterq; asinũ cespite in vrbe vendendo, iuuenis hinc, & Abbas inde. sed iuuene ea sua parte onerante, Abbas quiescebat, cum ergo ex parte iuuenis sarcina grauaretur, decidebat, & quotiescunq; eam iuuenis attollebat, iterato dilabebatur, tandem ille caussam aduertit, nẽpe quia Abbas ex sua parte nihil onerasset, rogat ergo eum vt & ipse aliquid prẹstare dignetur, alioqui se frustra laboraturum. Cui Abbas, sic & ego orans pro te frustra laboraui, neque enim tu, in tentationibus tuis orationes meas iuuisti. Cum ergo aliquid à Deo petis, ipse ad eum accede, & pro te ora, ac per te accipe. *Serm. 15. de ver. Ap.*

V. *Et rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius; incipiebat enim mori.* Pulchra oratio est, descende Domine, & sana me, incipio enim mori, sic orarunt duo discipuli in Emaus, *mane nobiscum Domine quoniam aduesperascit.* Pater hic, etsi Regulus, sollicitus salute filij, nec molestias fugit, nec confunditur ad Christum ipse accedere, eumque humiliter deprecari. Facit hoc naturalis amor, quẽ parẽtibus erga filios ingenuit Deus. Considerans enim laborem & molestiam quam filijs parentes impendunt, & quæ eorum caussa tolerant incõmoda, dedit huic rei condimentũ, quo labor omnis & molestia indulcaretur, amorẽ sc. qui tãtus est parentũ erga filios vt nullo pcepto opus fuerit eũ imperari, quẽadmodũ filijs amor imperatur, & honor parentũ. sicuti. n. radices quicquid sugũt ex terra humoris, trãsmittũt ad ramos, sic & parẽtib. ingenit⁹ filio- *Luc. 24. 29.* *Amor parentum in filios.* *Simile.*

 rum

rum amor,perpetuam de eis sollicitudinem immittit. Amor tamẽ hic quia naturalis est,dirigi debet vt Deo,& rationi recƭæ cõformis sit. Quam rẽ optime nos Ecclesiasticus docuit ante omnia requirens,vt animæ, & salutis eorum cura habetur.deinde corporis,ne curato eorũ corpore,anima vero neglecta,& propriã,& ipsorũ animam æternę damnationis reã faciamus,ꝙ fecisset hic Regul⁹, nisi Christo maior de animabus eorũ,q̃ de corporibus sollicitudo fuisset. Quocirca non erit abs re quædã hic parẽtibus documento præfigere,vt officij sui in propria,& filiorũ salute procurãda satagant. *primo*, Matre grauida,ac pręcipue fętu iam animato,ad duo hæc attendant parẽtes. *Primo*, vt temperent sibi ab omni inordinatione, qua proles lædi possit,eiusque baptism⁹ impediri, sine quo nõ poterit intrare in regnũ cęlorũ.Ideo caueat sibi mater à graui fatigatione,cibi aut potus nimietate, ieiunijs prolixis, ac alijs afflictionibus corporalibus indiscretis, item ab ira,aut internis perturbationib⁹.Pater quoq; nullã vxori suæ harum rerum prębeat occasionem,sed exhilaret eam,& lętificet.*Secundo*,Vniãt se cum Deo, qui maiori ratione prolis est author, quam pater,& mater, ipse enim & corpus mirabiliter, format,& animam solus infundit. Laborent ergo vt sint in statu gratiæ ac præcipue mater, vt inhærens ei gratia etiam in filio affectiones,dispositionesque bonas operetur, *Secundo*,proles iam nata statim baptizetur,adhibeanturque susceptores pij, imposito ei nomine non gentilitio, aut ignoto, sed alicuius Sancti.Dein Mater si fieri possit,ipsa filium lactet,sicuti Sara lactauit Isaac,Anna Samuelem,& B.Virgo Dominum Iesum videlicet ne proles alias quã parentum conditiones imbibat, si vero hoc fieri non possit,nutrix saltẽ quæratur pia, integra ab omni corporis,& animi labe,non dedita furto, ebrietati, iurationibus,execrationibus,iracundiæ,aut alijs vitijs:hæc.n. cũ lacte simul imbibunt infantes,sic Titus Imperator corporis cõtraxit imbecillitatẽ; Tiberius ebriositatẽ, Caligula crudelitatẽ & sanguinolentiã. *Tertio*, Educetur puer cũ adolescit in omni pietate.Ad quod tria hæc necessaria sunt. *Primo*,vt parẽtes ipsi caueant,ne alicuius mali se prębeant exempla, neque in familiam admittant, aut saltem in ea non detineant,ali-

Officia parentum.

1.

2.

3. Principale ad quod alia 3. requiruntur.

1.

ant, alicuius mali magiſtros. ſic de ſe ipſo teſtatur Dauid, non *habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam, qui loquitur ini-* *Pſal.100.*
qua, detrahens ſecreto proximo ſuo &c. *Secundo*, vt puerum omni virtuti adſueſcant. prima vox quam ſonet ſit *Aue*, altera 2.
Maria vt ſic quotidie *Aue Maria* ingeminet donec maioribus ſit idoneus. Cum iam incedere poteſt, erogent parentes per ipſius manus, ſuas eleemoſynas, quo ſic ab infantia ad miſericordiam inclinetur. Vtile quoque erit, habere in domo B. Virginis imaginem, ad quam ſabbatho omnibuſque B. Virginis feſtiuitatibus, & Vigilijs candela ardeat, puerque exhibendæ reuerentię aſſueſcat: ſimiliter doceantur filij miniſtrare ſacro, viſitare Eccleſias, & Monaſteria, vt ſic eorum animis vera religio, Dei & Sanctorum cultus, omniſque pietas imprimatur. *Tertio*, vt caueant parentes à ſuperfluo, & vano eo- 3.
rum ornatu, ſuperbia; & ſpontanea, & vita ſubrepit. *Quarto*, 4. Principale.
Applicetur puer ſtudio aut (ſi hoc parentum facultates non ferant) opificio, ſub Catholico, & pio magiſtro. *Quinto*, Mo- 5.
neatur à teneris, vt Deum feruenter oret pro certo vitæ ſtatu, in quo optime Deo ſeruiat; à quo, (modo approbatus ſit ab Eccleſia Catholica, filiumque aduertant à Deo ad eum eſſe vocatum) parentes nulla ratione eum impediant, ſed magis promoueant In magna enim mundi familia ſupremi Patrisfamilias, id eſt, Dei eſt, vnicuique officium, & ſtatum ſuũ diſtribuere, & parentes qui ex proprio volunt arbitrio de liberis ſuis diſponere, in Deum ſunt iniurij, quod Dei eſt Deo eripientes. *Sexto*, vitanda ſunt in puerorum regimine duo extre- 6.
ma; ſeueritas nimia, & inordinata licentia, ſeu præmiſſio. Heli quia filios non corripuit, ipſe cum eis à Deo correptus eſt. Contra ſeueritatem nimiam filiorum animos indurare & ad *Coloſ.3.21.*
amaritudinem prouocare Apoſtolus teſtatur. Caueant ergo *Ephes.6.4.*
parentes ne execrentur liberos, aut mali quid eis imprecentur, nam & filios iſta ſæpe corporaliter lædunt, & nequiores efficiunt, & Dei vindictam in parentes prouocant. Notum *21. Ciuit. c.8.*
eſt quod Auguſtinus de matre quadam ſcribit, quæ Cæſareæ in Cappadocia præ ira decem filios ſuos deuouit, qui omnes propter corporis tremorem, ita miſeri ſuis ciuibus videbantur, vt præ verecundia patriam reliquerint, & facti extorres,

vniuerſo orbi ſuo exemplo oſtenderint, maternæ execrationis efficaciam. Matrem vero filiorum conſpicata miſeriam, ipſa ſe ſuſpendit. Poſt cuius mortem cum illi diuerſa per diuerſorum Martyrum reliquias quærerent remedia, quidam eorum liberati ſunt; vnus Rauennæ, ad reliquias S Laurentij, duo Hippone, ad reliquias S. Stephani præſente ipſo S. Auguſtino ibi Epiſcopo.

VI. *Dixit ergo Ieſus ad eum: niſi ſigna & prodigia videritis non creditis.* Non duxit Regulum hunc ad Chriſtum ſua fides, ſed neceſſitas poſt tentata enim omnia remedia audito Chriſti nomine eiuſque operibus, ad eum venit, exploraturus an aliquid ab eo auxilij poſſet accipere, ideoque merito incredulitatis arguitur. Occurrunt hic duæ vtiliſſimæ quæſtiones. Prior cur in Regulo reprehendat Chriſtus, quod niſi viderit prodigia non credat, cum tamen ad perſuadẽdam hominibus fidem, prodigia & ſigna eſſe neceſſaria Chriſtus ipſe alibi teſtetur, agens enim de Iudæorum incredulitate, *ſi non feciſſem*, ait, *opera quæ nemo alius fecit*, nempe in teſtimonium, quod ego ipſe ſim verus Meſſias & Chriſtus *peccatum non haberent*. Et citra dubiũ in omni Religionis mutatione, miracula ſunt neceſſaria, tanquam teſtimoniales literæ Diuinæ approbationis, quas quia hæretici non habent & Religionem nihilo minus mutant, à Catholicis imo prudentibus omnibus iure tanquam nouatores, homines ſui cerebri, ignorantes & ſeditioſi reijciuntur. Reſpondeo. A Chriſto non omnes eos reprehendi qui miracula quærunt. Cum enim prophetarit de eo Iſaias quod ex miraculis nempe ægrorum ſanatione, cæcorum illuminatione, mortuorum reſuſcitatione, cognoſcendus eſſet, reijci potuiſſet, tanquam cui ſigna veri Meſſiæ non competerent, niſi miracula feciſſet. Inde eſt quod Ioannes Baptiſta pro Meſſia ſuſceptus nõ fuerit, quia *ſignum non fecit vllum*. Qui etiam cum per diſcipulos ex Chriſto quæreret. *Tu es qui venturus es?* aliud nõ accepit reſponſum, quam; *cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, mortui reſurgunt*, quaſi dixiſſet Chriſt⁹, Ego miracula facio, & notas oſtendo, tanquam teſtimoniales literas, quas habiturum Meſſiam Iſaias prædixit, tu vero ex his vtrum ego Meſſias ſim, an non, iudica. Reprehendit ergo

Marginalia: Quæſtio. — Ioan. 15. 24. — Reſponſio. — Iſa. 35. 5. — Ioan. 10. 41. — Matt. 11. 4.

ergo hic Christus tum Reguli, túm aliorum istam incredulitatem, qua non solum eum non credebant verum Messiam, sed nec miracula eius esse vera. quidam enim ea supposititia calumniabantur, quasi finxissent se homines ægrotos, leprosos, cæcos, surdos, claudos, energumenos. (quemadmodum Arrianorum temporibus quidam ab Episcopo Arriano Cirola ad hoc inductus se cæcum & nostro tempore Bruleus vt à Caluino resuscitaretur se mortuum finxit) sic eum qui natus fuerat cæcus, sparserunt non verè, sed fictitie cæcum fuisse. Alij miracula Christi, ope putabant fieri diaboli, adeoque nec esse vera. Alij ea infra famam, & hominum esse narratione. Quibus omnibus vt satisfieret, necessium fuisset distincta singulis miracula pro cuiusque placito ostendere. Horum porro vnus erat hic Regulus, qui multa per Christum tum Hierosolymis, tum alibi facta audierat miracula, propter quę etiam multi, & in his doctissimus Nicodemus, in Christum crediderunt. Horum similes quoque sunt temporis nostri hæretici, qui facta à Sanctis siue cum viuerent, siue post mortem miracula eo quod ea non viderint vt fabulas, nihil obstante orbis totius testimonio, reijciunt. Propterea non dicebat Christus *nisi signa & prodigia fecerim*: sed: *nisi videritis; non creditis.* Nos Catholici fidem seruamus miraculis probatam, & plantatam, omnis mutationis osores, nisi illa similibus miraculis, qualia nulli vnquam dabunt hæretici, firmetur.

Turon. Lib. hist. c. 3.

Ioan. 3.

Posterior quæstio est. Cur Regulum hunc incredulitatis arguerit Christus & non Iairum Archisynagogum cui similiter petenti vt Christus in domum suam, filiam sanaturus iam morientem descenderet, ille consolatus est dicens, *noli timere*, &c. atque ita cum eo domum descendit. Respondeo vidisse aliquid in Iairo Christum, quod eum vt descenderet commouerit, verbi gratia. *Primo*, maiorem quam in Regulo humilitatem, nam procidens in terram petebat vt Christus cum eo descenderet, quod de Regulo non legitur. Trahit humilitas ex cœlis Deum in terras, quanto igitur magis ex vno in aliũ locũ, quẽadmodũ & aqua descẽdit semper. *Secũdo* maiorem fidẽ; cũ enim cõsolatus est eum Christus, iã obierat

Quæstio 2.

Matth. 9.

Responsio.

filia

filia eius, neque viderat vel audierat ipse aliquando excitatos à Christo mortuos. *Tertio,* quia Ecclesiasticus erat; Regulus autem dominus aliquis temporalis, solet autem pro reuerentia Patris sui, cuius illi ministri sunt, modo in eum credát Ecclesiasticos CHRISTVS magis honorare, vt & nos eisdem honorem deferamus. Alias rationes nouit CHRISTVS omnium cordium, cogitationum, & intentionum cognitor; qui nihil sine ratione, etsi nobis ea cognita non sit, præstat.

VII. *Dicit ad eum Regulus Domine descende, priusquam filius meus moriatur.* Non tangunt virum hunc de filij sui sanitate solicitum, Christi monita; videtur certe quo ad animam mortuus fuisse. sicuti enim mortuum est corpus, in quo nullus est Arteriæ pulsus, aut motus, sic & mortuæ sunt Deo illorum animæ, quos diuinæ monitiones non mouent. quemadmodum mortui sunt mundo quos nihil mouent honores, dignitates, diuitiæ, voluptates, aliæq; mundi illecebræ. Imitantur Regulum hunc omnes, qui spiritualibus corporalia præponunt. quibus prima est corporis, quæstus, & lucri, cura, & si dein temporis aliquid supersit, tunc demum Deo, pro oportunitate, id est, quando expedita est omnis pro corpore cura, seruiunt. Ita fecit Regulus hic, quasi dixisset, nõ est oportunum modo Domine vt de fide aut animæ salute loquatur, prima solicitudo sit, filij mei sanitas. obsecro festina, & veni, de alijs pro oportunitate postea loquemur. Quoties temporali negotio Deum postponis, eique tunc inseruis solum, cum ab alijs vacas, quem etiam minimæ corporis occupationes à Deo separant! O vtinam videres quantum desideret te Deus, nõ ita eum negligeres, sed præ omnibus dilectum, omnibus anteponeres.

Regulus nimium solli citus de corpore.

qui eum imitentur.

VIII. *Dixit ei Iesus: vade filius tuus viuit.* Cõsidera hic Christi misericordiã, primũ seuerius loquitur, iam quod petierat Regulus ei concedit, imo petitis maiora, subitam, nimirum, filij incolumitatem cum iuxta parentis petitionem non ante diem insequentem sanari potuisset, si ad eum Christus descendisset: nunc autem statim sanatus est, Discis hic *primo* liberalitatem Dei, etiam erga imperfectos, modo in oratione perseuerent.

Secundo,

Secundo, vim & energiam orationis proximorum, parentis, præcipue, aut Superioris, aut eorum qui te amant, vt orationes eorum non negligas, sed magni facias, ac præcipue benedictiones parentum, qui multa à Deo impetrant, sicut in Antiqui Testamenti Patriarchis patet. *Tertio*, si mortalem parentem imperfectionibus adhuc plenum exaudiat Deus, quanto exaudiet magis charissimos sibi amicos, qui cum eo iam in omni perfectione & gloria regnant, de quo scriptum est, quod *voluntatem timentium se faciet*. Solet hic moueri quæstio; cur ad domum huius reguli non iuerit Christus, cum tamē ipse se sponte obtulerit paratum descēdere in domum Centurionis, cuius filius infirmabatur? Respondetur, quia maiori honore, & amore Christi, ac beneficio dignus erat Centurio, eiusq; seruus quam Regulus; etsi contra hic videretur hominibus illo maior & dignior erat interim apud Christum, & vere minor. Duo sunt magnitudinis humanæ modi. *Primus*, est propter magnitudinem corporis, qui gigantibus, alijsque proceris conuenit. *Secundus*, quia in edito loco quis, verbi gratia, scamno, sede, monte, consistit. Excœcatus ergo mundus, hos qui secundi sunt generis existimat magnos, id est, qui in dignitate consistunt, Christus vero spreta exteriori magnitudine, interiorem considerat, qualis in Centurione erat propter excellentē eius fidē, & in seruo eius propter paupertatem, fidelitatem, obsequia & obedientiam. Labora ergo vt virtute magnus sis; non opibus, dignitate, honore. Dices forte appetere te honores, vt maiorem virtutum & Ecclesiæ promouendæ occasionem habeas; plus enim à diuite præstari potest honorato, quam à paupere neglecto. verum respondebat ad hoc S. Abbas Macharius (vti apud Cassianum refert Abbas Abraham) hoc exemplo. Fuit aliquando Chirurgus aliquis in pago qui à quolibet quem tondebat, tres accipiebat denarios, tantumque lucrabatur vt quotidie supra victum, decem seponeret denarios, hic cum audisset in vrbe singulos, qui tondentur, tres sestertios soluere, omnia sua vendidit, & ad vrbem illam profectus est, quo cum venisset, accepit quidem pretium istud laboris, sed accedens ad forum, empturus victualia, tantam expertus est annonæ

Psal. 144. 19. Quæstio. Responsio. Duo modi magnitudinis. Obiectio. Responsio. *Collat. 14.*

nonæ charitatem, vt non tantum nihil lucri posset seponere, sed & de his quæ in pago fuerat lucratus, aliqua cogeretur detrahere. Conferens ergo cibum quæstui suo, deprehendit quæstuosius se in pago quam vrbe vixisse. Ita quoque cum hominibus agitur, qui dignitates ambiunt, apparet eis multarum virtutum occasio, interim plura quoq; peccata committunt, non tantum quia damnosius cadit, qui ex altiori loco; sed quia in diuitijs, dignitate, & honore plures sunt, & grauiorum peccatorũ occasiones, quam in vita priuata, humili, paupere. Noli ergo dignitates quærere eis contentus, sis quæ donauit tibi Deus.

IX. *Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat.* Rigida illa admonitio Christi, magnam vtilitatem operata fuit in hoc regulo, scilicet vt crederet filium suum, etiam sine Christi præsentia sanari posse. Quando ergo austerè te Deus per infirmitatem admonet, rerum tuarum amissionem, aut per alia infortunia, noli animum abijcere, sed eò magis spera in Domino, quia sicut post nubila Phœbus exoritur, ita & post tribulationes, serenus ille consolationis diuinæ sol exurget. Hic quidem pater iste non regulus amplius, sed *homo* nominatur. vt discas quod ante fidem peccator homo non esse videatur: quia secundum rectam rationem non viuit, sed affectionibus & malis animi sui motionibus ducitur: & tunc quidem est regulus, id est pertinax, & propriæ voluntatis elector, nullam vel Deo, vel Ecclesię eius sanctæ obedientiam exhibens, sed opinionem suam & voluntatem exequens. Neque tamē rex est, sed regulus, quia valdè exigua est peccatoris in hoc mundo potestas. Adam ante peccatum magnus rex erat, cui obtemperabant omnia animalia, & proprium corpus cum omnibus affectionibus suis; sed post peccatum nonsolum bestiæ ab obedientiâ se hominis subtraxerunt, sed etiam propria membra spiritui rebellarunt: & quo peccata plus crescunt & augentur, eò etiam maior in homine rebellio est tam extrinsecus quam intrinsecus; adeò quod peccator sit valdè paruus regulus, licet magna in alios potestate vtatur, quia seipsum regere non potest. Aduertere hic etiam poteris, tres modos credendi à S. Augustino nominatos, *Credere Deum,*

Tres credendi modi.

I.

Credere

Credere Deo, & credere in Deum, hoc est. *Imprimis*, credere vnum
esse Deum, quod aliquo etiam modo Gentiles & hæretici
credunt. Ita & hic regulus credebat Christum, dum ad illum
veniret: quia sine fide venire non poterat, vt ait sanctus Gre- 2.
groius. *Deinde*, credere verbo Dei: quam fidem soli habent
Catholici, qui omnia credunt, quæ Deus locutus est. Genti-
les autem non credunt Verbo Dei: hæretici non omnia
credunt, sed quilibet quod sibi magis placuerit ex Dei verbo
eligit, de reliquo parum illi curæ est. Et hinc tam diuersæ 3.
hæreses, quia tam diuersæ electiones. *Postremò*, credere in
Deum: quod pij homines faciunt, qui sic verbo Dei cre-
dunt, vt Deum pro Deo suo habeant, eum super omnia dili-
gant, ad ipsum omnia opera sua, & quicquid ipsorum est, di-
rigant. Hic autem regulus primò credebat verbo Christi, sed
postremò credebat in Christum cum vniuersâ suâ familiâ.
Tertius hic credendi modus hominem peccatorem facit iu-
stum adeò vt à Deo magni estimetur, quem confitemur di-
centes in symbolo Apostolico: *Credo in Deum Patrem omni-
potentem, credo in Iesum Christum, credo in Spiritum Sanctum*. Faxit
Deus, vt quod ore proferimus toties, corde etiam perfectè
credamus. Nam verbo Dei credere, in rebus præsertim gra-
tis, graue non est, quemadmodum patri huic sanitas filij gra-
ta erat: sed in rebus nobis displicentibus ægrè admodum
verbum Dei admittimus. Sic quidem facilè credimus Deum
peccata nobis nostra remissurum, sed quod sit necessarium
iniustè parta reddere, concubinas relinquere, castitatem ser-
uare, occasiones peccatorum vitare, corpus ieiunijs, alijsque
pœnitentijs castigare, ægrè audimus. Hinc est quod indoctos *Isa. 30.*
quærimus Confessarios, qui de rebus huiusmodi vel nihil, *Isai. 1.* *Ezech. 13.*
vel parum loquantur, qui non nisi ea dicant, quæ auribus
grata, corporique non sint molesta, qui vinum aqua misceāt,
& sub vtroque cubito puluillos ponant. Regulus porro hic
discescit, postquam credidisset, quia fides vera otiosa esse nō
potest.

Si ergo credis Verbo Dei, etiam ei obtempera, neque
contentus sis mortua aut somnolenta fide, sed Deo placeas
fide operante ac viuente.

Iam

X. *Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret.* Disce hic, quam bonum sit Deo confidere, & promissis eius credere. Ante quam vir hic domum venit, immò in medio itinere, accepit lætum illud de sanitate filij sui nuntium: ita & tu si simpliciter iueris, & Deo tuo inseruieris, ab ipso consolaberis; neque adeo graue tibi erit obsequium Dei, quemadmodum tibi persuades. Nam in cultu diuino omnia sunt læta, & hic pater lætatur cum omnibus seruis. Atqui in seruitio Diaboli, omnia sunt tristia, quia peccatum non solum conscientiam aggrauat, sed contristat quoque parentes & vniuersam familiam. Officium ergo bonorum est quemlibet lætificare: sed malorum vnumquemq; turbare & tristitia afficere: quia virtus lætitia est, peccatum autem tristitia. Aduerte filium huius reguli in person propria non aduenisse, sed misisse famulos; socrum vero Petri, *Matth. 8.* cum sanata esset à Christo, confestim ei & Apostolis inseruisse. Quoniam diuites valdè solent esse ingrati, persuadentes sibi deberi omne id, quod eis Deus boni præstiterit. Igitur temporalia trahunt ad se per seipsos, spiriritualia vero per alios administrant. Atque sic Prælati nonnuli Ecclesiastici agunt, qui à rebus se spiritualibus excusant ob temporales occupationes, non considerando temporalia ad spiritualia referenda esse, data sunt .n. illa, vt per ea hęc promoueantur, & nullo modo impediantur. Nam qui tēporalia administrant per seipsos, & spiritualia per alios, illi etiam infernum possidebunt per seipsos, regnum vero cœlorum per alios. Serui dum filiū nunciant viuere, vtuntur ijsdem cum Christo verbis: *Vade filius tuus viuit:* quia vbi opus Dei est, ibi etiam sunt verba Dei, vbi mūdana aut carnalia sunt opera, ibi & verba sunt similia. Ex verbis ergo tuis, cognoscentur opera tua, vtrum ex Deo sint, an ex mundo, ex carnalitate, an sensualitate tua.

XI. *Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat.* Quærit propterea, vt certus esse possit, an Christus filium sanasset, an vero aliunde ei sanitas obtigisset, Christoque per reuelationem (quod Prophetis nonnullis contigit) manifestata esset, vt ita suum benefactorem agnoscere, confiteri, & laudare posset. Hodierna vero die non solemus multum inquirere

de

de illis qui nobis benefaciunt, sed diligenter in illos inquirimus, qui mala intulerunt: quia gratitudo omnis expulsa è mentibus humanis, vindicta autem locum occupare, & in corde firmiter hærere, videtur. Christus patiebatur oculos suos velari dum percuteretur, conspueretur, derideretur, vt doceret nos non attendere ad eos, qui malum nobis faciant; neque multum de ijsdem cogitare, quo non perdamus magnam illam mercedem de qua loquitur apud Euangelistam Matthæum; *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam; quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Noli ergo extolli, dum rebus secundus frueris, sed Deum laudes, atque occasionem captes alios ad idem inducendi. Ita dum Elisabeth Sanctissimam Virginem Mariam licet merito laudaret, illa tamē laudes Deo adscripsit, cognatamq; suam ad idem faciendum incitauit, dicens: *Magnificat anima mea Dominum*: quo quidem cantico suo, omnes creaturas in Dei laudes erumpere, gratesq; ei magnas persoluere docuit.

Luc. 22. Cap. 5. Luc. 1.

XII. *Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris.* Non sine causa infirmus iste ad horam septimam sanatur; quæ erat prima post meridiem: vt doceamur nos, vbi & quando spiritualium morborum sanitatem consequi debeamus. Christus ad horam sextam, id est circa meridiem cruci clauis affixus, post tres horas extremum Spiritum Patri suo cœlesti reddidit; vnde certum, viuum eum adhuc pependisse in cruce septima hora, scilicet, prima post meridiem. Atque ita tunc quidem in cruce pendens, tanquam mediator Deum inter & homines lytrum persoluebat pro peccatis nostris; nosq; ab omnibus debitis, & inferni pœnis redimebat, tanquam supremus sacerdos, orans Patrem pro illis qui eum cruci affixerant, (inter quos nos etiam eramus, qui peccatis eum nostris firmius validiusque, quam milites clauis, cruci affiximus) & tanquam dator gratiarum bono latroni peccata sua condonabat, Paradisumque addicebat: tum etiam nobis merebatur omnium peccatorum remissionem, liberationē ab omni malo, ornamentū omniū virtutum, omnis deniq; boni largitionē. Quod si ergo vis à spiritualibus tuis morbis sanari, veni ad hūc medicum in monte Caluariæ com-

commorantem, inclama ibidem atque inuoca viuum crucifixum Deum, sanitatem posce, ac præcipue dum es in meridie, id est in maximo ardore tentationum tuarum: quære ab eo, vbi afflictionum tuarum tempore cubet, vbi pascat, vt te refrigeret in cauerna maceriæ, & in foraminibus petræ, id est, in cruentis suis vulneribus, de quibus dum cogitabis, à nulla vnquam tentatione superaberis. Et quia in Euangelio diuersæ horæ nominantur, ob hoc Ecclesia Catholica diem & noctem in octo horas diuisit, vt Deum laudaremus, eiq; pro diuersis beneficijs, huiusmodi temporibus nobis & Ecclesiæ collatis, gratias ageremus. *Imprimis* enim, mane tribus primis horis post solis ortum, id est à sexta vsq; ad nonam, quæ *Prima* nominatur, reuocamus in memoriam, quod Christus Vicarium nobis suum cum plena potestate dederit, dicendo illa hora S. Petro: *Pasce agnos meos: Pasce oues meas*: quod quidem beneficium maius est, quam nos aduertamus. *Deinde*, secundis tribus horis ad meridiem, quæ *Tertia* vocatur, Deus mittebat Spiritum suum Sanctum in Apostolos & alios Christianos. *Tertio*, à meridie ad horam tertiam, Christus viuus in cruce pendebat, facie versus Occidentem (vt Damascenus memoriæ prodidit) ac si ad nos qui Gentiles eramus se conuerteret: quo tempore memoriam agimus Deumque laudamus, pro conuersione Gentilium: præsertim cum circa illud tempus Petrus in visione admonitus sit, verbum Dei Cornelio gentili exponere, & Paulus conuersus sit in Apostolum & doctorem gentium: tum quoq; quod filius huius reguli (qui Ethnicus etiam fuit S. Hieronymo teste) morbo suo liberatus, & pater incredulitate sua expeditus fuerit. Atq; hæc hora *Sexta* nominatur. *Quarto* sequitur Nona vltimis tribus horis diei, dum Christus ex hac vita migrans, Patri suo cœlesti plene pro nobis satisfecit, diaboli vires & potentiam confregit, Paradisum aperuit, cunctisq; qui apti sint ac idonei, post obitum recta in cœlos ascendendi potestatem dedit. *Quinto*, primis tribus horis post Solis occasum, Christus Apostolis suis authoritatem dabat remittendi peccata in Sacramento confessionis, ad cuius rei memoriam *Vesp era* cantatur. *Sexto*, sequentibus tribus horis appropinquante nocte, in

Cant. 17. Cant. 2. 14. | Horæ Canonicæ. | Prima. | Ioan. 21. | Tertia. Act. 2. | Lib. 4. Orthodox. fidei cap. 13. | Act. 10. Act. 4. | Sexta. Nona. | Ioan. 20. Matth. 26. Marc. 4. Luc. 22. 1. Cor. 11. Vesperæ.

vltima

vltima sua cœna, Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum instituit, Apostolos suos sacerdotes consecrauit, Sacrificium Missæ, Veteribus illis omnibus abolitis, dedit, eosq; docuit, & offerre præcepit. Atque hoc *Completorium* est, & perfectio donorum ante passionem suam. *Septimo*, intempesta nocte, *Matutinarum precum* tempore, Deus homo factus est. *Octauo* denique, tribus vltimis horis noctis, ante Solis ortum, cantamus *laudes*, ob gloriosam Saluatoris nostri resurrectionem, atque oramus, vt nos faciat renouari, vnaq; secum resurgere. Materiam ergo hic habes cogitandi de immensis Dei in te beneficijs, idq; omni tempore, noctu diuq;, vt ita vanis cogitationibus explosis, salutaribus te circa opera Dei contemplationibus, & ob eadem gratiarum actionibus occupes.

Completorium. Matutinũ. *Matth. 28.* Laudes.

XIII. *Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dicit ei Iesus: Filius tuus viuit.* Pater hic coniungit verba Christi & opera, atque in omnibus illa conuenire experitur: quia eadem hora filius sanitati restitutus est, qua Christus dicebat, *Filius tuus viuit*. Tu in hoc eum pro viribus sectare, vt eiusmodi collatione, eundem etiam fructum consequaris. Christus dixit: *In me pacem, in mundo vero pressuram habebitis*: Perpende num semper ita tibi euenerit, an non fueris lætior post confessionem, & Sacramenti altaris susceptionem, quam mundanam aliquam delectationem; imo an non maiori sit tibi ponderi vanitas huius mundi, quam alleuiamento. Quod si te Rex aliquis magnus aut Princeps alloqueretur, largaque promissa faceret, ad omnia profecto illius verba diligenter attenderes; atque magnopere huiusmodi promissa expectares. Obserua igitur Christi verba, & ex illo quod iam comperisti, reliqua metire. Nam sicut semper promissa sua exequitur, siue bona ea siue mala fuerint; ita etiam deinceps faciet saluando bonos, & malos condemnando,

Ioan. 16.33.

XIV. *Et credidit ipse & domus eius tota.* Considera virtutem & efficaciam verbi Christi, quod & filium sanauit, & patrem cum vniuersa familia, non sine insigni miraculo, ad fidem traduxit. Et tu quoque da locum verbo Dei, illudque in te suscipe, & conuertere; quoniam sæpe non minora miracula cernis. Quando ergo diuitem aliquem, nobilem, & formosum iu-

uenem, aut iuuenculam mundo maxime addictam, eidem renunciare vides, & ad Deum toto se corde conuertere, non exiguum existimes esse miraculum, sed commoueris potius, & ad meliorem te frugem recipias: tum etiam hoc tibi certò persuasum habeas, eos qui voluptates huius mundi relinquunt, sesque totos pœnitentiæ agendæ addicunt, strictissimo quandoq; Iudici reddendæ rationis timore ductos, eundem tecum Iudicem expectare, qui tam raro de nouissimo illo iudicio cogitas. Proinde crede cum domo tua vniuersa, vt totum quod tuum est, & in te est, ad salutem æternam cõsequendam adiumento tibi esse possit. Noli imitari Pharisæos, Scribas, & Iudam proditorem, qui miraculis Christi haudquaquam commoti magis obduruerunt, neque vel doctrina Christi vel crebris adhortationibus, vitam suam emẽdarũt, & ob hoc à Deo derelicti sunt. Quare si superior es aut paterfamilias, subditis tuis bono exemplo præi, quo in te velut speculo, quomodo sibi de cætero viuendum sit, videant. Cancer enim si præcipiat pullis suis recta procedere, ipse interim retrogrediens, nihil efficiet, donec ipse quod præceperit exequatur. Nulla igitur proderit admonitio, dum opera verbis non conueniunt: visus enim ad discendum aptior est, quam auditus. Quare quotquot aliorum curam geritis Superiores, attendite, & diligenter quomodo viuatis, circumspicite. Saul seipsum occidens, famulum habuit idem facientem. Herodes Christum illudens, milites habuit in eodem
1.Reg.31.9. facinore obsequentes. Principes Sacerdotum clamantes corLuc.23.21. ram Pilato: *Crucifige eum, Crucifige eum, & redde nobis Barrabam.* Subditos omnes ad idem faciendum excitarunt. Eheu quãta erit in inferno malorum Superiorum pœna: quanta verò in cœlis bonorum merces & gloria! Vos etiam subditi, Superiorum vestrorum bona exempla sequimini, malos eorum mores negligite: quia in gehenna illi pœnam vestram non minuent, sed potius augebunt, quod relictis bonis, mala eorum & vitia secuti sitis.

ORA-

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, qui de cœlo, in quo omnes Angeli te laudabant, in hunc mundum, tanquam ex Iudæa in Galilæam, locum nimirum inquietum, vt nos redimeres, & ad te traheres, libens volensq; descendisti; Oro te, descende, & inuise animam meam debilem, priusquam in peccatis emoriatur: Ecce iacet infirma in Capharnao, & voluptates quærens nullibi satiari potest, quocunq; se vertat, aut quicquid suscipiat, nulla est enim creatura, quæ ardentem eius sitim restinguere valeat. Proinde tu quæso veni ad illam, impone manus tuas super eam, coniunge illam tibi, & omnino consocia. In te solo spes mea est, quia nemo præter te languentem iuuare potest. Gutta vna sanguinis ad horam septimam in patibulo crucis effusa, maximam habet vim & energiam: cadat ergo in animam meam, vt inde verè contritus & de peccatis resurgẽs, audire merear illa salutaria verba, Vade, filius tuus viuit, id est, peccata tibi tua remissa sunt; atq; etiam per Sacramentum altaris à te in domo mea visitatus, cum familia mea vniuersa in te credam; quicquid in me est, in honorem tuum conferam, & nunquam aliud, præter gloriam tuam, salutem animæ meæ, & commodum proximi cupiam & quæram. Quod vt ita fiat, mihiq; accidat, oro te ô Domine Iesu, per sanctam tuam passionem, & amara vulnera, qui cum Patre & Spiritu sancto, viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

DOMINICA XXI. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Matth. 18.



N illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnũ cælorum homini regi, qui voluit rationẽ ponere cũ seruis suis. Et cum cœpisset rationẽ ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat decẽ millia talenta. Cum autẽ non haberet vnde redderet, iussit eum Dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille, orabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius, quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia, quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus: & ait illi: Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me; nonne ergo oportuit & te misereri cõserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusq; redderet vniuersum debitum. Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis, vnusquisq; fratri suo, de cordibus vestris.

COM-

Compendiosa Euangelicæ enarrationis explicatio.

POstquam Petrus quæsisset, an septies delinquenti in se proximo, remittendum esset; Christusque ad hoc respondisset, non solum septies, sed & septuagies septies idipsum fieri debere, hoc est sine vllo numero, sed toties quoties proximus delinqueret: hanc mox similitudinem in medium attulit, quo melius illud declararet, nempe de seruo quodam, qui regi domino suo plus debebat, quam & se, & vxore, & filijs, & omni substantia sua diuendita soluere posset, scilicet decem millia talenta, quę (vt Budæus IC. optime supputauit) conficiunt sex milliones, id est, sexagies centum millia ducatorum, talento quolibet pro sexcentis ducatis sumpto. Huic autem seruo conseruus erat, centum denarios debens, quorum quilibet quatuor stuferos conficit. vnde totum debitum, non nisi viginti florenorum erat: exigua plane summa, si cum altera illa immensa comparetur. Et tamen rex iste tam grandem, & insolubilem summam supplicanti seruo dimisit, qui nihil hac Domini sui munifica liberalitate motus, exiguum illud conseruo suo debitum remittere nolebat. Ex quo sane euidenter colligitur magnitudo peccati lethalis, quo infinita illa diuina Maiestas offenditur atque exacerbatur: quod quidem peccatum in Deum commissum adeo magnum est, vt nulla creatura tam sit potens, Li. de Asse

immo omnes creaturæ simul conglobatæ, vt pro vno lethali peccato Deo plene satisfacere valeant, cuius respectu, quicquid nobis iniuriarum irrogatur, nullius plane pretij est, nulliusque æstimationis. Quisquis ergo peccanti proximo non condonat, toties quoties veniam petit, dignus est, cui nec Deus peccata sua remittat: aut si forte per Confessionem ei sunt dimissa, tamen per ingratitudinem animi eiusmodi committit flagitium, quod remissorum peccatorum pœna, æterno scilicet inferni supplicio dignum merito censeatur. Condona igitur proximo tuo omnes offensas. *Imprimis*, quod quicquid contra te factum est, aut fieri poterit, non possit æquari cum vno peccato mortifero, à te in Deum perpetrato, quod nihilominus Deus ineffabili sua bonitate & misericordia tibi cõdonat quoties sincero corde petieris. *Deinde*, quod dum proximo tuo condonationem denegas, de nouo lethaliter in Deum pecces, qui amorem tibi illius serio præcepit.

Documenta Concionis vigesimæ primæ.

D*Ixit Iesus discipulis suis parabolam hanc.* Solet sublimia & diuina Dominus humanis declarare similitudinibus, vt doceat Deum etsi incorporeum, inuisibilem, infinitum, nobiscum tamen non agere ceu cum incorporeis, & Angelis, sed vt hominibus corporeis. Ideo nobis Sacramenta dedit corporea, superiores & doctores visibiles, simulque voluit & nos sibi tanquam supremo spiritui, spiritu seruire subiectos, & corpore, externum quoq; honorem exhibere. hinc sacramentis, & cæremonijs vtimur visibilibus, genu flectimus, tũdimus pectus, caput aperimus, vocaliter oramus, corpus ie-
iunijs

iunijs, vigilijs, alijsque pœnitentiæ operibus affligimus, Superioribus visibilibus obedimus, & doctoribus credimus.

Simile est regnum cœlorum homini Regi. Idest cum regno cœlorum, seu, Ecclesia, agit Deus; sicuti cum regno terreno Rex. Nota *Primo*, Ecclesiã vocari regnum cœlorum, seu Dei; quia etsi hic in mundo ex solis hominibus constet, à Deo nihilominus peculiariter constituitur, & gubernatur. Aliæ congregationes humanæ solũ sunt, & nihil nisi humanũ habent. Reges & Superiores, ab hominib. constituuntur, & exauthorãtur, quicquid in eis fit, facultates humanas nõ excedit. In Ecclesia vero multa Deus facit omni creata virtute superiora. Recipit ingredientes eam per baptismi Sacramentum, eisq; characterem imprimit ab omni creatura indelebilem, Perficit receptos in confirmatione per septem S. Spiritus dona, Consecrat vicarios suos, Episcopos, Sacerdotes nec ab vllo, ordine spoliari possunt. Supremo autem Vicario, Pontifici. s. Romano, supremam dat potestatem, vt à nemine exauthorari possit. Ipse connubia sociat vinculo indissolubili, Peccata in Sacramẽto remittit, corpore & sanguine suo nos cibat. Tandẽ per Vicarios suos ipse omnia regit, nunquã permittẽs ab his aliquid statui contrarium suæ voluntati, aut nostræ saluti. Felices ergo sumus in Ecclesia ciues cœli debemusq; sequi Gubernatorem nostrum, in ea præsertim quæ ei propria est, benignitate, & misericordia. Nota *Secundo*, Christum esse hunc hominem Regem, est enim in nostra carne homo & *Rex Regum & Dominus Dominantium*, qui vt homo, præstitit seruo misericordiam, vt Rex exercuit iustitiam. Obedias illi, eumque timeas & diligas.

II. *Ecclesia regnum cœlorum.*

Homo Rex Christus.

Apoc. 19. 16.

III.

Qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Omnes Dei, & Trinitatis serui sumus vtpote à quo facti sumus, & regimur, imo magis sumus eius, quam olla sit figuli. Peculiari autem ratione Christi serui sumus, quia scilicet passione, morte, & sanguine suo pretiosissimo nos à diaboli tyrannide liberauit. Hic Dominus Rex noster, *qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum*, rationem ponet cum omnibus hominibus, eosque secundum opera iudicabit. Iudicium vero hoc, quia à Deo, cui nemo resistit cuiusque omnis voluntas fiet;

Act. 10. 42.

Modus iudicij. certissimo habebitur. Et vt vniuerso orbi iustitiam iudicij sui Christus declaret, rationem ponet cum singulis. *Primo*, Dona nobis collata proponet, *dein* quomodo eorum quodque vel perditum sit, vel impensum examinabit, neque id de pecunijs solum, aut possessionibus, sed de omni dono, intellectu, memoria, alijsque animi potentijs quinq; sensibus, sanitate, doctrina, eloquentia, authoritate, officio, nobilitate, tẽpore, &c. Eritq; examen hoc tam exactum, vt nec verbum otiosum impune abiturũ sit, multo minus otiosa facta, iniuriç etiam paruæ, tempus licet breue, perditum, &c. similiter nec minima opera bona erunt sine præmio, imo nec potus aquæ frigidæ. Nemo hominum in rationibus magnis ad obolum attendit; sed Christus qui ineffabilem hic præstat misericordiam; postea ineffabilem exercebit in eos qui misericordia fruiti non sunt iustitiam, erit enim examen, sine vlla condonatione, exactissimum. Præpara ergo te dum viuis, debita sacerdoti pande, remissionem ab eo pete. erit hęc chyrographi instar, quo in iudicij die Christo satisfacies. Et quia noua quotidie debita contrahis, cura vt frequentius chyrographũ hoc accipias, ne improuisus opprimaris chyrographo carens. Nemo à ratione hac excusabitur, siue Imperator, & diues, siue pauper, fuerit. Dei enim sententia est, quod *omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi vt recipiat vnusquisq; prout gessit siue bonum siue malum*, & quod *fortioribus fortior instet cruciatio* plusque exigendum ab eis qui plus acceperunt.

Matt. 12. 36. Matt. 10. 42. 2. Cor. 5. 10. Sap. 6. Luc. 12. 48.

IV. Duplex iudicium. *Et cum cœpisset rationem ponere*. Bis cum singulis ponit Christus rationem. *Primo* Sigillatim, cum singulis post obitum, quando irreuocabilem pronuntiat sententiam. *Secundo*, In extremo iudicio, cum omnes conuenient, ante Iudicem, corpore & anima, & virtute Diuina singuli omnium videbunt opera, dicta, & cogitationes: atque ita vltimam, & æternam accipient sententiam, quæ à priore nihil differet, nisi ꝙ cessabit purgatorium, & deinceps cum anima corpus mercedem accipiet. Deus primo rationem hanc incepit in mundi origine à iusto Abel, & sic deinceps, sed postquam nos Christus sibi suo sanguine emit, datum est illi iudicandi officium, iuxta quod ipse testatur *data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra*, at-

Matth. 28. 18.

ra. atque officium hoc quotidie exercet,& in extremo iudicio complebit.

Oblatus est ei vnus, qui debebat decem millia talenta. Nonnunquam si videamus, vel audiamus aliquem subito mortuum terremur,cogitantes,quod & nobis continget,& forte subito ac opinione citius, non concesso pœnitentiæ tempore, iam diu enim mortis damnati sumus,sola superest sententiæ executio,quæ ex Christi arbitrio pendet. Hæc cum cogitamus Christo adducimur, siquidem eum tunc nobis proponimus,mortem,ac iudicium timemus,mundi,&caducarum rerum sollicitudines amolimur,de peccatis & æternitate solliciti,peccati grauitatem attendimus, quæ tanta est,vt creaturæ omnes quantumlibet perfectæ, non possint pro vno mortali peccato satisfacere,etiamsi centum annorum millibus grauissimas pœnas sustinerent,nam & ipsi, & pœnæ omnes finitæ sunt,peccatum vero infinitatem habet; quia infinitam Dei maiestatem læsit. Si vero peccati vnius tanta sit grauitas, quanta erit peccatorum multorum? quantumque timere debes,qui in statu peccati,aut forte peccatis oppressus es?& tamen quanto hodie quis habuerit peccata grauiora,tanto videtur viuere securior,quia excæcant eum peccata. Sicuti enim statim à captiuitate,Nabuchodonosor Sedechię & Philistæi Samsonis oculos effoderunt.sic& diabolus quos peccato tenet captiuos,eosdem excæcat, quantoque fuerint peccata grauiora, tanto fit densior caligo: sicuti in oculis corporeis tanto magis à visione impedimur, quanto id quod eos claudit,aut velum fuerit densius. Aperi ô peccator oculos, ora Deum, vt illumineris, vt peccati fœditatem, & debiti quod contraxisti magnitudinem videas. Vno mortali peccato Deum eijcis qui in te habitabat, *Filium Dei conculcas & sanguinem Testamenti pollutum ducis.* Data tibi ab eo dona, instar prodigi filij, dissipas, & tempus omne perdis, quia nihil facis quod saluti expediat. Cogita debere te Deo omnem honorem tum maiestatis, tum beneficiorum tibi præstitorum nomine, teneris omne tempus,vires,& quicquid habes, ipsi impendere, si negligis pœnam incurres, cum illo qui domini sui talentum ad mensam

V.

quid sit adduci Christo.

Nulla creatura potest pro peccato satisfacere.

præpostera peccatorũ securitas vnde.

Heb. 10.

Matt. 25.

mensam non dederat, & qui licet domino non noceat, tamen nec ei vtilis est. Nam & eos Christus testatur damnandos qui opera misericordiæ proximis non præstiterunt, & exemplo epulonis id patet. Quod si vero boni operis omissio, & temporis perditio, tanti criminis est; quanti erit mala facere, proximum lædere, blasphemare, aut à fide deficere. Porro quod *vnus* offeratur debitor, tria significat.

Ibidem. Luc. 16.

Quid significet vnus qui offertur.

1. *Primo*, Debitorum multitudinem, quia statim ac rationis ineundę mentio fit, vnus reperiri potest. quemadmodum signum multos ibi esse studiosos, vbi ad omnes plateas, & angulos vnus occurrit.

2. *Secundo*, Paucitatem eorum qui ex meditatione mortis & iudicij, peccatorum dolorem concipiunt, aut vitam corrigunt.

3. *Tertio*, Rigorem diuini iudicij, quia cum singulis tam cõputabit exacte, ac si cum alijs non esset computaturus. Præpara ergo te, omnes enim pij rationem hanc valde timuerũt, imo Apostolus quoque qui Corinthijs scribebat: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum; qui autem iudicat me Dominus est. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo ne forte cum aliis prædicauero ipse reprobus efficiar.* Hilarion, quantum in extremis mortem timuerit docet Hieronymus, tandem tamen se ipsum exhortans: *Egredere*, ait, *anima mea, egredere, quid times, iam septuaginta ferme annos Domino seruiuisti.* Refert de Eremita quodam Ioannes Climacus, quod à morte suscitatus, se inter quatuor muros incluserit, ac duodecim annos, solo pane & aqua vixerit, neminem alloquens; sed lachrymantes oculos semper in eundem locum intendens, & quæ viderat, secũ considerans. Appropinquante aũt morte, Climachus ipse, cum alijs, rupto muro, eum accessit, rogans vt post tantam pœnitentiam, boni aliquid diceret, ille vero nihil respondit aliud, quam, *Non facile peccabit, qui mortem semper sollicite præcogitat.* Abbas Agatho Ægyptius cum & ipse mortem timeret, hanc sui timoris dixit causam: Multum à iudicijs hominum Dei iudicium differt; illi enim etiam quæ damnationem merentur, bona iudicant nonnunquam; Dei vero iudicia, abyssus multa;

1. Cor. 4. 4.

1. Cor. 9. 27.

Gradu 6.

Cum

VI.

Cum autem non haberet vnde redderet. Vnde Deo peccator soluet, cum ipse nihilominus sit & nihil habeat? Creaturæ omnes Deo collatæ tanquam gutta roris sunt antelucani & quid sunt homines collati omnibus creaturis? Homo ergo Deo collatus nihil est, peccator autem minus nihilo mille enim mali non adæquant æstimationem vnius boni. Præterea peccator nihil habet vnde soluat, nam vt Christus dixit) *pauper est, & miser & cæcus*, nec prosunt ei bona quæ fecit, & cum gratiam non habeat nihil boni ex se potest. Vide igitur miseriam tuam, ô peccator; & licet diues, potens, sapiens & mundo bonus videaris, vere tamen miser es, & minus nihilo. Apoc. 3. 17.

Iußit eum Dominus eius venundari; & vxorem eius, & filios & omnia quæ habebat, & reddi. Non debent hæc intelligi quasi post mortem facta, quando Deus nemini reconciliatur; sed dum viuit adhuc homo recogitans iudicij diuini rigorem, & quid de morte impiorum dicat Scriptura nempe quod sit *peßima*, quod destruentur & in nihilum redigentur, quod æternam maledictionem possidebunt, quod elongabitur ab eis omnis benedictio, quodque iustitiæ priores eis non proderunt, ex his videt si in peccato mortali decedat nihil restare aliud, quam venditionem; qua significatur, æterna alienatio à Deo, qui enim rem vendit, eam à se plane alienat sine spe recuperandi. Duo sunt in Scripturis genera venditionis impiorum. *Prior* est in hac vita; sic de Achab dicitur, & de quibusdam Iudæis tempore Machabæorum quod fuerint *venditi vt facerent malum.* Isaias cæcos scribit venditos. Contingit hæc venditio cum peccator se totum ad voluptates effundit, passionibus suis, & diabolo obsequens; tunc enim animam diabolo vendit, à quo, & concupiscentiæ vinculo rapitur quolibet, venditurque pretio voluptatis, & fit peccati mancipium. Vide auarum & hortare ad eleemosynas, respondebit, non possum, quia diabolus vetat. hortare impudicum, vt ab impudicitijs secundum Dei legem cesset; dicet, non possum, quia aliud passio mandat. idem peccatores omnes respon-

Psal. 33. 7. Psal. 108. Ezech. 18.

Venditio quid?

quotuplex?

I.

3. Reg. 21. 1. Mach. 1.

2.Tim. 2. respondent qui ad voluntatem diaboli à peccato circumfe-
2.venditio. runtur : *qui* enim *facit peccatum seruus est peccati. Posterior* fit, post hanc vitam, cum Deus à se peccatores in æternum proijcit, eosque diabolo tradit, qui Deo reddit iustitiæ executionem, id est, pœnas, quas eis infligit. Venditio hæc est confirmatio illius prioris venditionis, quam cum diabolo peccator pretio voluptatis contraxit, sed rescindere potest, donec post mortem, secunda hæc venditio accesserit. Nemo enim post mortem diabolo vendetur, qui non ante se per peccatum vendiderit, & licet id feceris tamen resilire potes & ad Deum conuerti ad mortem vsque, qua posita; venditio in æternum rata est, manetque cruciatus, quamdiu manet Deus, pro tali enim nemo potest intercedere.

Vxor & liberi quid. Vxor, & liberi quorum hic mentio fit, duobus modis in-
1. telligi possunt. *Primo*, spiritualiter, cum Augustino vxor caro est, quæ data est animæ adiutrix ad bonum, liberi vero opera sunt, quia à corpore & anima simul oriuntur, vel sensus qui similiter à corpore & anima procedunt: Omnia hæc simul damnantur. corpus enim, & sensus, peccati occasiones fuerunt, ideoque propria in inferno tormenta habent. Opera bona moriuntur, mala vero in æternum
2. conscientiam mordent. *Secundo*. Intelligi possunt vera v-
Ezech.18. xor, verique liberi, qui nonnunquam cum patre damnantur, non præcise ob patris peccatum, (spopondit enim Deus
Num.16. hoc non futurum) sed ob peccata propria, quibus patris pec-
Iosue.7. cata caussant, vel iuuant. sic vxores Dathan & Abiron terra
Act.5. absorbuit; vxorem Acham populus lapidauit; Saphiram
1.Reg.4. Ananiæ vxorem Sanctus Petrus percussit; vxor denique Phinees filij Heli Sacerdotis, audita mariti, & soceri sui morte, ipsa quoque obijt. Mirabile est quod in historia Cistertiensium legitur, quomodo vir diues in extremis plena ratione vtens coram Notario & testibus hoc testamentum dictarit. Corpus terræ, animam diabolo, cui ob iniquitates meas debetur, lego. Idem animas vxoris meæ, & liberorum habeat, qui ornatu suo, & studio diuitiarum, mihi peccati occasiones fuerunt. Eidem animam Confessarij mei lego,

qui

qui me sic peccantem absoluit, nec corripuit, aut ad restitutionem obligauit. Quia ergo tanta est in peccato malitia, dum viuis, & potes depone illud, ac vita.

Procidens autem seruus ille, orabat eum, dicens. Græcus habet *adorauit eum,* Merito concutitur ob periculum suum peccator, si Dei comminationes secum consideret. imo mirum est, quomodo vel vnus sit qui in mortali peccato securus viuat. Barlaam (teste Damasceno) proponebat Iosaphat filio Regis Indiæ, hanc similitudinem. Vir quidam effugit Leonem, fugiens vero incidit in altum puteum, sed cadens incidit in arborem, quæ in putei medio crescebat. Cumque despiceret vbinam esset, vidit in fundo putei, draconem terribili ore hiantem, & paratum ad prædam deuorandam, supra vero stabat leo, quem effugerat fugiens, & similiter ad prædam paratus. Ad radicem arboris vidit duos mures, album, & nigrum, qui arborem perpetuo adrodebant, iamque mediam exederant. Tandem vidit ex vno arboris ramo pendere fauum mellis, nunquid homo ille iustas habet timoris caussas, dum & superne, & inferne videt se in præsenti periculo, ac nescit quando simul cum arbore in draconis os incidet? Nunquid fatuum diceres, si gaudentem videres, & saltantem ex fauo comedere? Talis porro peccator est. Supra se Deum videt offensum, infra se hiantem infernum; vitam, nox pariter, & dies continuo rodunt, & nescit quando ea finienda sit, securus nihilominus agit in voluptate, nunqnid res est omni admiratione maior? Vide fatuitatem tuam peccator, & cæcitatem stupe. Time, quia iustas habes timoris causas. Procide coram Deo cum seruo hoc, mitte pertinacem superbiã, humilia temetipsum, quia virtutis omnis initium est humilitas. Ora Deum pro misericordia, & auxilio, quia misericors est, & potest te ex omni periculo liberare.

VIII. An peccatori non iuste timeat.

Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Non excusat se hic seruus, sed reum fatetur, & mortem ac damnationem timet. orat ergo productiorem vitam, vt peccata lachrymis, & confessione deleat. Solent hoc peccatores facere frequentius, præsertim in periculo maris, hostium,

IX. Spatium pœnitendi.

aut

aut morbi. tunc peccatorum grauitatem vident, bona secum proponunt, imo vouent peregrinationes ieiunia, aut alia pœnitentiæ opera vt renunciationem sęculi, aut Religionis susceptionem, homo enim in tali periculo constitutus, vt vitam seruet, ad omnia parat⁹ est. *Quæres.* Quomodo seruus hic omnia se redditurum promittat, cum debiti magnitudo vires eius longe superet? Respondeo: Quod sperabat se ex Domini sui bonis iuuari posse; peccator enim suis viribus, nec minimi peccati remissionem mereri potest, sed respicere debet ad diuitias Domini sui, quæ in Sacramentis continentur, & ad gratiam Christi, quæ post reconciliationem nostram, operibus nostris satisfaciendi vim tribuit. Promittit ergo hic seruus, quod confiteri velit, & pœnitentiam agere, ac peccata bonis operibus operire atque ita per meritorum Christi applicationem quæ in Sacramentis fit, satisfacere. Aliquãdo Deus promissiones has iuste contemnit, sed peccatorem dimittit in peccatis suis, vt in Antiocho patet. Scribit de quodam Chrysaorio Gregorius, quod in extremis viderit cubiculum suum demonibus plenum, expectantibus obitum suum, vt animã rapiãt. Territus vero in omnem se partem vertebat, auxilium implorãs, & multa proponens, inducias poscebat vsque mane. Sed qui antea temporis multum ei concesserat Deus, non exaudiuit eum, atque ita obijt & diaboli animam ad inferos abripuerunt. Quære ergo Dominum dum inueniri potest, vt non inuoluat te mors inopinata; & tempus pœnitentię quæras, ac inuenire non possis: pœnitentia enim sera, raro vera.

Quæstio. Respon. Iustitia Dei. 2. Mach. 9. 4. Dial. c. 31. *Exemplũ horribile.*

X. *Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum; & debitum dimisit ei.* Nota magnam Domini tam cito ignoscentis misericordiam, neque partem condonat, sed debitum totum. Semper vota nostra liberalitate excedit, idque partim ex naturę perfectione, partim vt nos ad idem prouocet, neque enim debet eos quicquam ad virtutem efficacius inducere, quam Dei exemplum. Ionas cum in Niniuem mitteretur eius subuersionem prędicaturus, norat hãc Dei clementiam, ideoque fugere voluit, ne esset talis nuntij baiulus, timebat enim

enim eos pœnitentiam acturos, & Deum non vindicaturum, adeoq; se falsitatis conuincendum. Vnde & post eorũ reconciliationem Domino dixit obsecro Domine, nunquid nõ hoc est verbum meum cũ adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerẽ in Tharsis; scio enim quia tu Deus clemens, & misericors es, patiẽs, & multæ miserationis, & ignoscens super malitia. Imitare hanc Dei misericordiam, & quod ille tibi, tu alijs præsta. Petis à Deo mensuram abundantẽ, eadem tu alijs metire, sicuti filium suum Tobias docuit. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiã exiguum libenter impertiri stude. Displicet Deo mensuræ inæqualitas, & in vrbibus pœnam incurrunt huius rei conuicti. Vis proximo prȩstare pauca, cum Deus tibi multa præstiterit? nisi Deo te conformes, conformabit se tibi Deus, & dona cõtrahet, quia contraxisti tu mensuram tuam. Duo hic Dominus huic seruo misericorditer præstat. *Primo*, Dimisit eũ, peccator enim per peccata ligatur; tanquam mancipium diaboli, ex cuius manibus, nemo eum potest eruere, prȩter Christum, qui fortior est; quod in Sacramento Pœnitentiæ contingit, vi sacerdotaliũ verborum, quæ Christus instituit. Sic ergo peccator Diabolo eripitur, à peccatis soluitur, Deiq; amicus, imo filius constituitur. *Secundo*. Dimisit ei omne debitum, id est, satisfactionem, quam post absolutionẽ præstare debuisset. Docent Catholici, quod Deus culpam frequenter remittat, remanente adhuc alicuius pœnæ reatu, cuius solutionem ieiunijs, vigilijs, orationibus, eleemosynis, alijsq; corporis castigationibus redimimus, vt loquitur Tertullianus. Bonum latronem Christus in gratiam suscepit, cum dixit, *Amen dico tibi, Hodie mecum eris in paradiso*; nihilominus pro plena satisfactione, crurifragium sustinuit, & violentam mortem. Moyses, & Aaron remissionem peccatorum cõsecuti; tamen adhuc satisfacere debuerunt, hac eis pœna imposita, vt nõ inducerent populum in terram promissam. Fit interim nõnunquam, vt cum culpa simul omnis pœna dimittatur, vti hic, & in paralytico, ac Magdalena factũ est, sed ad hoc requiritur vehemens contritio, ex ardenti charitate: cum homo peccata ex animo, & amare deflet ideo, quia eis benignum Dominum, & Deum

Ionæ 4.2.

Dũo Dominus prȩstitit huic seruo. 1.

2.

Li. de pœnit. *Luc. 23.* *Num. 20.*

Aliquando cum culpa remittitur pœna omnis. *Matth. 4.* *Luc. 7.*

ſuum offendit. Secundum amoris huius intenſionem, minuitur pœna aut plane tollitur: *charitas* enim *operit multitudinem peccatorum*. Erat tempore Henrici Sexti Imperatoris in Germania, Comes potens, ſed peſſimæ vitæ (vt Cantipratanus, qui paulò poſt vixit, narrat) & iniuſtus, huic Deus morbum immiſit, ex quo tantum de peccatis dolorem concepit, vt ſine intermiſſione, plorans omnes Dei Sanctos inuocaret eorum poſtulans interceſsiones, corpus diuerſis pœnis caſtigabat, iniqua reſtituebat, & quicquid poterat vt Domino ſuo, & Deo quem adeo peccatis offenderat, reconciliaretur, id præſtabat. Cum autem eſſet in extremis, reuelauit ei Deus, quod etiam ſine purgatorio ſaluaretur, & reuelationem prophetia confirmauit. prædixit enim Thuringiæ calamitates paulò poſt futuras, quæ & factæ ſunt. Diſcis hinc ſi peccaris de Dei miſericordia confidere, non tamen præſumere, eſt enim hoc nouum peccatum, & quidem in Spiritum ſanctum.

1. Pet. 4.

XI. *Egreſſus autem ſeruus ille.* Huc vſque Dei audiuimus miſericordiam. ſequitur nunc hominis ingratitudo, & inclementia. Primum eius malum eſt, quod inſtar Cain, & filij prodigi, à Deo egrediatur. *Omnis peccati initium ex Dei obliuione naſcitur.* hinc enim tanta ſequitur in peccatore ſecuritas, perinde ac ſi Deus non eſſet. Ideoque pij ſemper *coram Deo* viuunt, ſic Noë dicitur cum Deo ambulaſſe. Abrahamo, mandat Deus, *ambula coram me & eſto perfectus.* ac frequens eſt hæc Sanctorum phraſis *Deus in cuius conſpectu ſto* vel *ambulo.* Cogitant hi omnia ſua à Deo conſpici, & ſignari. quod ſi peccatores imitarentur non tam temere peccarent. Si quis vel intuitu præmij aliquid faciens, vel examinatus, vt ad digniorem locum promoueatur, aut puniatur; videt omnia verba ſua notari, & facta; procul dubio cauebit ſibi, & ad illa prudenter attendet. Idem & tu fac, nihil enim hic facis, aut dicis, de quo non ſis iudicandus. Cogita omnes, qui Deum deſerunt, dignos omnino, vt ab eodem deſerantur. & tamen, tanta eſt Dei miſericordia, vt multos à ſe profugos ipſe inſequatur. Ita factum frequentius Iſraelitis in deſerto. Dauid peccauit, Ionas à facie Domini fugit, Petrus Chriſtum negauit;

Gen. 4. *Luc. 15.* Aurea ſententia. *Geneſ. 17.* *4. Reg. 3.* Deus aliquando deferentes ſequitur.

uit; & tamen derelicti non sunt. Angeli Sodomā ingressi monebant Loth, & vxorem, ac filias, & spōsos earum, vt exirent, & nemo exiuit; Angeli ergo apprehensum Loth, & vxorem cum filiabus eduxerunt, antequam ciuitas dehisceret, spōsos vero reliquerunt, & cum ciuitate extincti sunt, quia fuerant sufficienter moniti. Tu ergo adhære Deo, nec discedas ab eo, ne & ipse à te discedat. Genes. 19.

XII. *Inuenit vnum de conseruis suis.* Omnes Dei serui sumus, nobiles æque, ac ignobiles; diuites, ac pauperes; viri, ac fœminę, & singuli officium suum habent; ac rationem sunt reddituri, de bonis sibi concessis, qui pauciora accepit minus grauabitur, ac rationem suam facilius expediet. Hæc cogita nec præ alijs te extolle, seruus Dei es, & salutis proximi. Christus omnium animas sanguine suo emit, & non tantum Ecclesiasticis, & Ciuilibus Superioribus, sed omni Christiano earum salutem commendat, *vnicuique* enim *mandauit Deus de proximo suo.* Vide ergo quot animas lucratus sis & saluaueris, quantum laboris in eo ponas, quomodo honorem, opes, ingenium, vires, & quicquid potes, eo dirigas, & impendas, num plures perdideris, quam lucratus sit? Certè ratio erit supra modum exacta sine vlla condonatione. Eccl. 17. 12.

XIII. *Qui debebat ei centum denarios.* Peccata omnia in homines commissa; minus sunt quam centum denarij, ad decem millia talenta auri. Imo nullum esset peccatum contra homines, nisi id ipsum esset contra Deum, vti aperti in correptionibus, & iustitiæ executionibus patet. Ita vt Dauid cum grauiter contra Vriam peccasset, adulterando eius vxorem eumque iniustè occidendo, nihilominus vere Deo dixerit. *Tibi soli peccaui* vel, vt in Hebræo est significantius; *Tibi, imo tibi soli peccaui.* Tres hic notandi sunt hominum errores. Quidam enim nulla putant peccata, nisi quæ proximum lædunt; vt furta, læsiones, &c. execrationes autem ebrietates, Sacri neglectionem, ab Ecclesia & fide defectionem, ac hæresim peccata negant. Ideoque volunt sedulo inquiri in fures, prædones, latrones, &c. in hæreticos vero, & blasphemos; non item. Quidam plus difficultatis ponunt in peccato ciuili; vt si quempiam salutantes, omiserint debitum titulum, & cæ- Quantū sit paccatum in Deum. Psal. 50.

remonias, sed inurbanius paulò compellarint; eiusq; indignationem leuē incurrerint,] & suam inciuilitatem prodiderint; quam si Deum peccato proprie dicto, offenderint. Quidam deniq; grauiora censent peccata quæ contra ipsos, quam quę contra Deum fiunt atque hæc facile dissimulant, illa vero aut nnnquam, aut saltem difficulter.

Et tenens suffocabat eum dicens: Redde quod debes. Seruus hic quādiu cū Domino suo loquebatur, erat in moribus valde humilis; egressus vero, naturę suę inhumanitatem, & feritatē rursus induit. Multos videm⁹ in Ecclesijs deuotos, omnemq; emendationem Confessario spōdentes, egressi vero omnium facile obliuiscūtur. Notantur hic omnes qui in alijs id reprehen-

Qui hic notentur.

1. dunt, cuius ipsi sunt rei. *Primo*, Qui rigide debitorum exigunt
2. solutionem, ipsi creditoribus suis non soluentes. *Secundo*, Qui
3. in alijs parua reprehendunt, ipsi magna committentes. *Tertio*, Qui à Deo misericordiam, ab hominibus requirunt patien-
4. tiā; ipsi ad minima impatientes. *Quarto*, Qui misericordiæ, & beneficiorum Dei cito obliuiscuntur, ipsi immisericordes in

Prou. 15. 2.

proximos. Cōparat hos Salomon ollæ bullienti. Sicuti enim hęc omnia sibi propinqua adurit, ignem extinguit, pinguedine & quicquid cōtinet eijcit, ac tandem rumpitur, sic homo immisericors proximorū corpori, & animæ nocet, seipsū Dei gratia spoliat, & virtute, ac malo fine vitam frequenter claudit, sine confessione, ac Sacramentis, & sicuti alios oppressit, ipse quoq; opprimitur, & piscis instar habens in ore escam, hamo mortis ad infernum trahitur.

Et procidens conseruus eius rogabat eum dicens: Patientiam habe in me & omnia reddā tibi. Notat Origenes quod hic in Græco non habeatur *adorabat*, vt supra sed *rogabat*. Etsi enim hominib. magnos externos honores exhibemus, imo fere eosdē quos Deo, exceptis sacrificijs, & quæ ad illa spectabāt; neminem tamen,

Quid sit adoratio.

præter Deum, adoramus. Neq; enim adoratio in externo honore cōsistit, verbi gratia, in genu flexione, inclinatione, imaginū dicatione, &c. sed ex interiori intentione honorātis pendet; ita vt adoratio soli Deo debita sit, *quæ procedit ex plena sui ipsius subiectione sub Deo tāquam creatori omnium & supremo Domino.* Quisquis honor ex hac intentione procedit, etiā si sit minim⁹,

qua-

qualis est apertio capitis, inclinatio capitis, aut genu, osculatio imaginis, luminis accensio &c. erit honor Deo debitus, nec potest creaturę exhiberi, etsi creaturā liceat maioribꝰ externis cæremonijs colere, verbi gratia, plena genu flexione, facibus, statius, &c. Sicuti enim munera non se ipsis, sed ex intentione dātis ęstimantur; vnde qui ex charitate alicui dat, quia pauper est, eleemosynā facit, & qui ex amicitia dat, mnemosynon seu memoriale; qui pecuniā ciuitati pendit, vectigal; qui Principi in subiectionis professionem, tributū; qui deniq; Deo in cognitionem maiestatis eius; Sacrificium dare dicitur, etsi nonnunquam eleemosyna maioris sit quantitatis, & externi valoris, quam tributum aut res sacrificata: sic & adoratio, non ex signo externo, sed ex intentione speciem accipit. Non offendat ergo te si Catholicos videas ad imagines, & reliquias Sanctorum genua flectere, aut Ecclesiasticis Superioribus honorem magnum, etiam genu flexionis exhibere, nec putes eos Diuinum honorem creaturis præstare, eundem enim, & discipuli Magistris, & filij parentibus, & pauperes præstant diuitibus. *Simile.*

Ille autē noluit, sed abijt, & misit eum in carcerē, donec redderet debitū.

Ingens malum est reseruare proximi delicta, cùm Deus quotidie remittat nostra, eaq; & grauiora & plura. Quæres. An tenearis omnia proximi mala in te cōmissa remittere, & dāna? *Quæstio.*

Respōdeo *Primo* Licet damni iniuste illati restitutionę exigerę in bonis tēporalibus, corpore, & fama &c. *Secundo*, Licet nonquā exigere peccantis correptionem, siue quia priuatim illi vtilis est, vt in posterum sibi caueat; siue quia Reip. expedit, ne illa lædatur; siue demū, ad honorem Dei qui peccato læditur. *Tertio*. Interim offensam remittere debes ex animo, vt offendentem non oderis, sed ames, & licet satisfacere aut veniā petere nollet, vindictam exigere non potes; Dei enim est vindicta, *& ipse retribuet*. *Respon. 1.* *2.* *3.*

Multa hic sæculares mihi argumenta obijciunt, *Primo* Turpe est coram sæculo aliquam remittere iniuriam, siue verbo facta sit per conuitia; siue facto, aut alio quouis modo; desidum est, & abiectorum se non vlcisci. *Obiectio 1.*

Respōdeo. Non est Deo turpe, quod tanta quotidie à te tuiq; similibus patiatur, nec se vindicet. Passi sunt multa omnes Sancti, neq; voluerūt se vindicare. Dauid à Semei, Ioseph à fratribus, *Respon.* *2. Reg. 16.* *Genes. 50.*

Pau-

Act. 7. Paulus à Iudæis, Stephanus à lapidantibus &c. imo pro affligentibus orauerunt parati præbere alteram maxillam in vna percussi, neq; hoc turpe putarunt, sed heroicum; sic Christus faciendum docuit, quem sequi debemus, & stulta mundi iudicia negligere, quæ diabolus excogitauit, perditionis humanę instrumenta. *Secundo*. Iam secundo ei, vel terio condonaui, tandē abutetur mea patientia. Respōdeo. Christus multo tibi cōdonat frequentius, & præcepit vt proximo *septuagies septies*, id est, semper condones. *Tertio*, Christus nemini nisi ex animo petenti ignoscit. Respondeo. Verū id quidem; interim malis adhuc multa facit beneficia, vt eos ad dolorē animi prouocet. nō appellat eos inimicos in hac vita, quantūlibet mali sint, sed amicos; vnde & Iudæ dixit. *Amice ad quid venisti?* & alibi; *Maiorē charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* id est, pro inimicis quos amicos nominat. Tu ergo similiter fac, ora pro lædentibus te, ciba & pota eos, vt congeras *carbones ignis super capita eorum*; id est, eos ad charitatem inflammes.

Obiect. 2. Respon. Obiectio 3. Respon. Matth. 26. Ioan. 15. Rom. 12.

XVII. *Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde, & venerunt, & narrauerunt Domino suo, omnia quæ facta fuerant*, Multos seruos habet Deus, qui de iniuria bonis illata contristantur, & queruntur apud Deum. *Primo* Angeli, licet propter statum beatitudinis tristari non possint, oderunt tamen malum peccantium, & compatiūtur afflictis, ac pro eis orāt. sic apud Zachariam, Angelus orat pro Israelitis in Babylone agentibus; & apud Danielem Michael, & Gabriel contra Angelos Persarum, & Græcorum qui (vt Abbas Serenus apud Cassianum docet) duo diaboli erant, & Israelitas adhuc volebant diutius opprimere. *Secundo*, Homines pij dum innocentes vident opprimi, neque eis possunt succurrere, à Deo opem implorant. *Tertio* Pauperes, quorum amici opprimuntur, non execrantur oppressores, sed Deo queruntur de iniuria, qui *desiderium eorum exaudit*. Mirum est cur patiētius ferat Deus mala. quæ videt, (videt enim omnia) quam quæ audit. Quia cum audit clamores pauperum, non potest se ab eis iuuandis compescere. Caue ergo ne in quenquam iniurius sis, nam vt Scriptura dicit, *exaudiet eum qui fecit illum.*

Serui Dei. 1. Zach. 1. Daniel. 10. 2. 3. Psal. 9. Eccles. 4.

XVIII. *Tunc vocauit illū Dominus suus, & ait illi*. Vocatio hæc in morte fit

fit, quam Deus malis, ac præsertim innocentiũ oppressoribus solet inspirato immittere. Nam vt Dauid testatur. *Viri sanguinũ & dolosi nõ dimidiabunt dies.* &, *in operibus manuũ suarũ comprehensus est peccator.* quasi dicat, opprimit eos mors dum adhuc mala operantur, imo & aliquãdo priusquã incipiant. Exẽpla ex cõcione 15. peti possunt de Aman, Antiocho, Arrio, Iuliano. vix Iudas pecuniã acceperat & suspendit se. Time ergo cũ peccas *vltio* enim *Domini non dormitat*, & opinione tua vicinior instat.

Vocatio Dei. Psal. 54. Psal. 9. 2. Pet. 2.

Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me. Nota *Primo.* Austerum verbum, quo immisericordes post hanc vitam Christus compellabit. tunc enim nomina eorũ, & tituli nihil nisi maledictionẽ sonabunt, & seruitutẽ; habent namq; duo; naturã scilicet, qua serui sunt, & peccata, quibus mali, & maledicti sunt. Verba hæc, metui debent, quia aspera sunt, & quod significant statim faciunt. Caue ab odio, inuidia, vindicta; videtur enim Deus magis appẽdere peccata in proximos, quam in se commissa: hactenus enim seruum tam aspere non compellauit, licet debitorem decem millium talentorum; interim grauiora sunt peccata, quæ in Deum, quã quæ in homines cõmittuntur. Nota *Secundo.* Etiam tunc improperare Deũ collata nobis beneficia, qui tamen hic vt Iacobus scribit *dat omnibus & non improperat.* idem enim qui de verbo otioso rationem exiget obijciet beneficia nobis præstita nostramq; ingratitudinem. Nota *Tertio* ad illa *Quia rogasti me.* Male eos facere qui non ignoscunt proximis, nisi rogati ab his quibus negare non possint; hi enim nõ ob Dei, sed hominum amorem id faciunt, ac propterea mercedem aliam non habebunt. Ignosce proximo, cum ipse te propter Deum deprecatur, & retribuet tibi Deus. Refert Petrus Damianus de quodam ciue, qui virũ nobilem interemerat, quod filius istius nobilis omni modo quærebat vt vindicaret. cum ergo per Germaniam ad Cæsarẽ iret; occurrit illi necis author, cumq; eum trucidare pararet, ille in genua prouolutus, & brachijs ad crucis formam extẽtus, ob Crucifixi amorẽ, veniã deprecatur. Audito autẽ Crucifixi Dei nomine, substitit nobilis; deliberans secum quid faceret, famuli vero instigabant eũ, vt se vlcisceretur de homicida, qui eũ tertio deprecatur humillime, vt propter amarissimã Christi

passionem, veniam mereretur. Tandem nobilis se ipsum Dei amore superans, ignouit reo, & ad Cæsarem perrexit, vt negotia expediret, in via autem ad templum diuertens, ad Crucifixi imaginem orabat, factumque est hoc prodigium. Videbatur enim aperte Crucifixus capite, oranti annuere, vt exauditam significaret à se orationem, cuius amore ille proximum exaudierat. Cæsar porro miraculo cognito, rem inquirens ad omnes eius petitiones consensit, eumq; ad magna promouit. Tu fac similiter si à Deo remunerari velis.

XX. *Nonne ergo oportuit & te misereri cõserui tui sicut & ego tui misertus sum?* Non dicit, nonne oportuit te *condonare* seu *ignoscere* sed *misereri*. quia etsi liceat restitutiones exigere, & satisfactiones, etiã iudicialiter; tamen id sine ira fieri debet, cũ misericordia; sicuti nobiscũ hic agit Deus, cui⁹ misericordia nobis vt regula prestituitur, quã in omni negotio cũ proximis sequi debeam⁹. Dices sæpe Deus remittit culpam, & reseruat irã, quia grauiter vel hic, vel in futuro punit. Respõdeo. Duo esse instituta Sacramenta, ad plenã peccati remissionem, Baptismũ, & Pœnitentiam, Quorũ prius & culpam tollit & penã; sicuti & posterius, quãdo plenũ sortitur effectũ, sed ad hoc quatuor requirũtur. *Primo.* Dolor de peccato, & propositũ emendationis. *Secundo* Plena peccatorum cõfessio. *Tertio.* Satisfactio per ieiunia, preces, eleemosynas aliaq; pœnitentiæ opera, quibus Deo satisfit pro voluptate peccaminosa & illicita. Sicuti ergo nos licite cõdonata culpa restitutionem exigimus etiamsi molesta sit, & difficilis, sic vult Deus voluptates illicitas cõpensari, eleemosynis, precib⁹ vel orationibus. *Quarto.* Ex parte Sacerdotis absoluentis requiritur intentio. *Secundo.* Respõdeo Etiã culpa & pena ordinaria remissa, immitti aliquãdo extra ordinarias penas, quas homo redimere nõ potest, ad nostrã vtilitatem & aliorũ instructionẽ. Sic Moysi negatus fuit ingressus in terram ꝓmissã, Dauidi filij adulterini, incolũmitas, Adã recuperatio iustitiæ originalis. Sic ebrijs, impudicis, aleatorib. post cõfessionẽ, & pœnitẽtiã, morbi superueniunt, manet læsa virginitas, bonorũ iactura &c. Quæ tamẽ Deus immittit misericorditer, vt sic & à malo caueas, & patientiæ præmium consequaris.

OBIECTIO. Respon. 1. Duo sacramenta culpã & pœnã omnem remittunt. Quatuor cõditiones vt Pœnit. plenũ effectu habeat. Respon. 2.

XXI. *Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus.* Non habebat

seruus

seruus hic, quod responderet, etsi enim nos, tum apud alios, tum apud nos ipsos, ad cōscientiæ sedationem, excusationes prætegamus, in iudicia tamen Dei, vbi omnia clarissimè patent, obmutescemus, & veritatem fatebimur. O quanta est omnipotentis Dei & clementissimi Patris ira! Merito & propter potentiam, & propter charitatem eius formidamus; potentia sua potest ineffabiles pœnas infligere, & secundum charitatē, ira quoque æstimari debet amor, enim cōtemptus fit furor. Si mater filium vnicum dilectissimum, cui omnia præstitit beneficia, suis manibus in ignem conijceret, nunquid id fieret ex magna ira? Ira vero Dei multo erit grauior, terribilior, & importabilior cum filios ante dilectissimos quos passione, morte, & sanguine suo emit, & mundauit, quos corpore & sanguine suo pauit, Spiritu sancto donauit, quibus æternā gloriam promisit, cum inquam hos tanquam nō suos, abijciet in æternū ignem, ineffabiles pœnas, & æternas calamitates, ac manus diaboli, tam aspero verbo. Caue ab hac ira, *horribile* enim *est incidere in manus Dei viuentis.* **Pœnæ grauitas ex duobus.**

Diaboli tortores nominantur, quia nihil quærunt aliud quam vt sibi obsequentes torqueant, multum hi in hoc sæculo patiuntur & plura in futuro. Fuge ergo eorum consilia, Christum sequere qui illuminabit & consolabitur te hic ac tandem ad æternam gloriam perducet.

Quoad vsq; redderet vniuersum debitum. Significatur hic æternitas pœna[...] [...]cuti enim captiuus qui decuplo plus debet quam valeant eius bona, & quotidie in carcere torquetur, impotens est ad solutionem, aut questum; sic & damnati mereri non possunt, aut soluere, patiuntur sine satispassione, laborant sine merito. QVÆRES. An peccata semel remissa per ingratitudinem, aut alium modum redeant? hoc enim videtur hic factum. Respondeo. Non redire, est enim hæc boni, & mali operis differentia, quod etsi bona opera per mortale peccatum mortificentur, & sint inutilia, reuiuiscunt tamen quoties per gratiam reuiuiscit homo; peccata vero semel remissa, nunquam redeunt, aut puniuntur vti apud Ezechielem dixit Deus. Quia *sine pœnitentia sunt dona Dei.* Quod autē hic videtur exigi debitum ante remissum, graui- XXII. **Quæstio.** **Responsio.** **Ezech. 18. Rom. 11.**

 tatem

tatem cuiusque mortalis peccati significat, ac pręcipue ingratitudinis, quæ debitum causat decem millium talentorum, vt sic peccatum fugias. Confiteris quotannis, & à peccato mundaris, sed paulò post redis ad vomitum. Noli talem confessionem putare vtilem, erit enim maioris damnationis occasio, cum post tot præstita à Deo beneficia, nouis eum peccatis nouaque ingratitudine offendis.

XXIII. *Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis, vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.* Sicuti misericordia Dei nostrarum actionum est regula, sic quoque misericordia nostra regula est secundum quā Deus nostri miserebitur; *Misericordes enim misericordiam consequentur, iudicium autem sine misericordia illi qui non fecit misericordiam.* Potest misericordia nostra, mensuræ comparari, quæ pro sui capacitate, multum continet vel parum. Beati ergo qui à proximis opprimuntur, habent enim occasionem vt cum maiori misericordia, à Deo plura consequantur. Libenter patere, ora pro persequentibus, imo gratias eis age, & quantum potes benefac, sunt enim occasio ineffabilis gloriæ. Vt autem id facias melius, hæc duo remedia multum conferunt. *Primum* est. Meditatio passionis Christi, qui tanta passus est, in anima, corpore, honore, &c. ad remissionem peccatorū omnium, præteritorum, præsentim, & futurorum, vsque ad finem mundi. Tu ergo similiter remitte omnibus, qui in te peccauerunt, peccant, & peccabunt. *Alterum* est. Vt serio tecum cogites, quanta apud Deum demerueris: videbis enim te æterno cruciatu dignum, nec facturum tibi Deum iniuriam, si vel nunc in eum te præcipitaret. Et si id tibi conscientia loquatur, noli putare iniuriam tibi fieri, aut fieri posse; si enim æternam, & ineffabilem inferni pœnam demerueris, vbi omne malum, miseria, ignominia, ab immundis spiritibus infertur: nihil ergo hic infligi potest mali, quod non demerueris: sunt enim huius sæculi pœnæ, incomparabiliter illis æternis mitiores.

Iacob. 2.

Remedia patientis misericordiæ.

I.

ORA-

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, misericors Pater, & iudex seuere, qui nobis famulis tuis, & indignis mancipijs omne bonum dedisti, ad vtendum eo cum vtilitate in honorem tuum, & salutem animarum, de quo tu quidem strictam & rigidam rationem exiges, tum post mortem vniuscuiusque, tum in extremo generali iudicio, vbi iustum præmium dabis secundum opera nostra. Nos inutiles serui peccatores, confitemur humiliter coram tua diuina maiestate nos valde inutiliter donis tuis contra voluntatem tuam abusos fuisse, contra mandatum tuum, ac honorem, magisq; ad detrimentum & dedecus nostræ animæ & proximorum. Debitum nostrum est valdè magnum, imo maius, quam soluendo simus. Oramus ergo te, parce nobis, habe nobiscum commiserationem, fac nobiscum secundum magnitudinem misericordiæ tuæ, largire nobis veram contritionem. & gratiam ad confitendum clarè ac apertè peccata nostra, & ad cōtegendum illa operibus pœnitentiæ per merita sanctissimæ passionis tuæ. Remitte debita nostra, quia & nos, remittimus ex animo debitoribus nostris: quod quidem optimo iure facere possumus, eò quod nobis propter magnitudinem & multitudinem peccatorum nostrorum, nullum malum, nulla iniuria ab vllo etiam inferri potuit, quæ non longè maiorem ac peiorem meritissimus. Idcirco benignissime Domine Iesu sis benignus ac propitius nobis, nec arguas nos in ira tua, nec puniäs nos in furore tuo. Nam quamuis cum omnibus rebus ad nos pertinētibus, tantum non valeamus, quam se debitum nostrum extendit; merita tamen sanguinis tui sacrosancti maioris æstimationis sunt, quæ nobis bebenigne communicasti & tradidisti ad soluendum debita nostra. Nostra enim peccata sunt finita, sed tua merita sunt infinita. Hæc igitur nobiscum diuide, atq; illis solue debita nostra, nō quidem respiciendo in actiones nostras, sed in immensam tuam misericordiam, quæ excedit omnia opera tua,

Amen.

DOMI-

vel minimum offendebant nota dignum, nouam comminiſcuntur fraudem, à qua cum nequaquam putabant ſe expediturum, neque reſponſurum aliquid, quo vel horum vel illorũ indignationem non incurreret; imo quod criminale, & morte dignum non cenſeretur. Parebant Iudæi Romano Imperatori admodum inuiti, & ſubiectionem hanc numiſmate cenſuali profitebantur, certa moneta, ad hoc ſignificandum, Cæſaris imagine, & ſuperſcriptione notata; quam reluctantes valde præſtabant, vtpote, libertatis, quæ Dei filijs debebatur, amatores. Placuit ergo Concilio eorum, vt quoſdam ſubornarent (neque enim, vtpote de fraude ſuſpecti, audebant ipſi accedere) qui ſub ſpecie hominum conſcientioſorum, quæſtionē proponerent, de materia conſcientiæ. Vtrum ſcilicet, citra peccatum liceret cenſum dare Cæſari? ſiquidem eis, ceu Dei filijs, præceptum erat, vt Deum adorarent, & illi ſoli ſeruirent, cuius præcepti videbantur præuaricatores, ſoluendo cenſum. Adiunxerunt porro his, Herodianos, id eſt, Herodis milites, aut, (vt S. Epiphanius explicat) qui Herodem dicebant verum Meſſiam, fauebantque Romano Imperatori: nempe vt non poſſet, citra offenſam Chriſtus reſpondere: nam ſi dixiſſet, cenſum non eſſe ſoluendum, accuſaſſent eum apud Imperatorem Herodiani; ſicuti Iudam Galilæum, qui, vt vt Gamaliel in actis refert, ante 30. annos, propter ſimilia reſponſa, cum omnibus ſuis fuerat interfectus. Contra ſi ſoluendũ dixiſſet, accuſaſſent eum apud plebem Phariſæorũ Diſcipuli, tanquā hoſtem publicæ libertatis, & amicum Gentilium, ambientem fauores Principum. Quo autē melius tegerent ſuas

ſuas fraudes verbis vtuntur compoſitis, ſeque, in re tam ardua, illius profitentur ſententiam quærere, quod eum ſcirent veracem, & viam Dei docere in veritate, cui etiam de nullo cura eſſet in rerum diuinarum interpretatione. Sed non poterat æterna Patris ſapientia decipi, quia *non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.* Voluit ergo exhiberi ſibi numiſma cenſus, & prudentiſſime quæſtionem totam, ſine vlla offenſionis occaſione expediuit. Si numiſma hoc Cæſaris fatemini, non ergo peccatis, dantes ei quod ſuum eſt, præſertim petenti, & requirenti. Neque Dei in hoc præcepta tranſgredimini, modo & ei quod ſuum eſt detis, decimas ſcilicet, ſacrificia, & bona opera. Neque enim obſequium Cæſaris à cultu Dei ſolius vos auocat, cum & in Cæſare tanquam miniſtro ſuo Deus colatur.

Documenta Concionis vigeſimæſecundæ.

A*Beuntes Phariſæi conſilium inierunt.* Venit Chriſtus vt homines concionibus ſuis, ad ſe attraheret, ouesque perditas congregaret, quod cum audiunt pij, ſequuntur eum, & accedunt; mali vero alienātur ab eo, & recedunt. Vna Chriſti vox, *Ego ſum*, Petrum ex naui traxit in mare; eadem Iudæi audita, ad lapides proruunt vt Chriſtum lapident, & qui veniebant ad capiendum eum in horto ceciderunt retrorſum. Sermonibus bonis indurantur, deterioresque fiunt mali, & ſicuti cibo bono nutritur morbus, dum eum in materiam peccantem, noxiosque humores conuertit, ſic & mali, quicquid vel boni audiunt, vel à Deo accipiunt, in malum deflectunt: diaboli inſtar, qui bonum omne vitiat. Contra vero Deus, etiam

Matth. 14.
Ioan. 8.
Ioan. 18.

etiam ex ipsis nostris, malis occasionem accipit vt nobis benefaciat. Propter Adæ peccatum incarnatus est Dei filius, & per peccata crucifigentium Dominum, remedium consecuti sumus omnium peccatorum. Imitemur Deum & ex malis bona eliciamus.

Abeuntes à Domino consilium ineunt contra eum, quicquid enim singuli pro statu & conditione sua comminiscuntur, ad Dei tendit offensam, superbi in consequendis honoribus, auari, in quæstu temporali; impudici, in voluptatibus; hæretici, in disseminandis erroribus, & fallendis Catholicis. Multo in nequitijs suis prudentiores sunt, & diligentiores, quam sint pij in promouendo tuendoque Dei honore. Malum igni qui nunquam quiescit, sed nouum semper sibi alimentum quærit omnino simile est. Tu vero frequēter tecum delibera, quo modo animi passiones superes, virtutes consequaris, familiam ad Dei honorem dirigas, omnes tibi commissos ad bonum promoueas, ac proximum ad salutem perducas. *Mali igni similes.*

Vt caperent Iesum in sermone. Multorum vitam, & opera inuenies irreprehensibilia; sed admodum paucorum verba, & sermones. Lingua enim præceps, & incōstans membrum est, difficile moderatu; præsertim si improuisum aliquod, & nouum occurrat, sæpe enim passio linguam mouet, eamque ad superba, impudica, iracunda, futua aut similia agitat. Propter quod frequenter scriptura, diligentem linguæ custodiam monet, ab ea enim vita nostra regitur, sicuti à gubernalo nauis, & de illa etiam Deus post mortem iudicabit. Natura linguam duobus inclusit vallis; dentium, & labiorum, ne facile quid ex ore, nisi appensum bene, & ponderatum, dimittamus: sicuti non facile quid ex crumena, nisi prius examinatum damus. Hinc & pueri tunc dentiunt primum, cum iam verba balbutiunt, quo vel sic prudenter doctrinam hanc obseruemus. Sperabant ergo Pharisæi talem quoque in Christo defectum, sed errabant omnino, neque enim verbū vllum otiose Christus vnquā locutus est, aut citra fructum; quemadmodum nec in scriptura, iota vnū est, sub quo non aliquid sit mysterium, ad Dei honorem, & nostram II. *Pauci in sermone irreprehensi. Iacob. 3. Matth. 12. Lingua vallata. Nota.*

Multi hodie Deum volunt in sermonibus reprehendere.

& nostram salutem. Sunt nihilominus & hodie multi, qui Deum conantur in verbis suis reprehendere. *Primo*, omnes hæretici, qui Dei verbum falsis explanationibus suis, in patrocinium trahunt sui erroris, sicuti & olim quosdam, Epistolas Pauli deprauasse, conquestus est S. Petrus. Quod lubet,
1. (2. Pet. 3.) in Scripturis inueniunt, quia nihil ita falsum, quod non aliqua Scripturæ parte vestiri possit. Verbi gratia, Christum esse Patre minorem, non esse in Eucharistia, non esse in Noua Lege aliquod Sacrificium, sed sacrilegium, Papam non esse Ecclesiæ Caput, sed verum Antichristum, cultum Sanctorum, & imaginum venerationem, esse idololatriam, &c.
2. *Secundo*, Peccatores Catholici, qui Scripturas pro suorum allegant defensione peccatorum: vt pro gula sua, omnem creaturam Dei esse bonam; pro ebrietate, quod Timotheum monuerit Paulus vti vino; (1. Tim. 5. 23.) pro auaritia, & diuitijs, quod Abraham, Isaac, Iacob alijque Patriarchæ, multa possederint; pro ambitione, quod multi Sanctorum Reges fuerint; pro obduratione in peccato, quod Deus misericors sit, qui sub vltimo vitæ flatu etiam per vnicum gemitum peccata remittat.
3. *Tertio*, Qui ex Scriptura occasionem sibi faciunt scrupulorum, vt quibus nunquam sua confessio satisfacit, quia non omnia timent se dixisse, qui ex paruis, citra rationem vllam, faciunt peccatnm mortale, & in omnibus quæ agunt mortale inueniunt peccatum, qui preces suas, præsertim ad quas obligantur, vt horarias, & pro pœnitentia impositas inchoare non possunt, sine resumptione; quia vel in verbis, vel in attentione timent se defecisse. Peccant hi omnes dum ex verbo Dei quod dulce, suaue, benignum est, & consolatorium absynthij sibi conficiunt amaritudinem.
4. *Quarto*, Omnes ei qui quæstus & lucri ergo vera detorquent in falsa; quod iniusti faciunt Aduocati, & iudices, qui testamenta, & codicillos adulterant falsis interpretationibus, & causas; quarum falsitatem vel sciunt, vel saltem suspicantur, promouent. Hi non solum peccant mortaliter, sed ad restitutionem quoque obligãtur, omnis damni, cuius occasionem dederunt. Atque hæc quatuor hominum genera Christum in verbis suis capiunt; sed proprio animarum

Aduocati quando obligentur ad restitutionem.

marum suarum malo. Alius vero modus est, quo ad salutem vtiliter in verbis suis capitur Deus. *Primo,* cum oras eum per promissiones nobis per ipsum in Scriptura præstitas. Sic orabat Dauid. *Memor esto verbi tui seruo tuo in quo mihi spes, &c.* & Apostoli, *Domine qui per os patris nostri Dauid, pueri tui dixisti. Quare fremuerunt gentes, &c. respice in minas eorum.* Sic & tu ora, Domine, Ecce promissio, & vox tua est. *Impietas impij non nocebit ei in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua.* Et, *Non te deseram nec derelinquam. Petite & accipietis, &c.* Totum me ad te conuerto, oro, quæro, pulso, fac quod spopondisti. *Secundo,* cùm exempla aliorum allegas qui ab eo exaudiri fuerunt. Sic Dauid, *In te sperauerunt Patres nostri, sperauerunt & tu liberasti eos.* Item, *Deus auribus nostris audiuimus, Patres nostri annuntiauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum.* Ora & tu similiter. Scimus Domine quod iam olim famulos tuos, ex omni necessitate eorum erueris, obsecro, vt me quoque famulum tuum non deseras.

Deus vtiliter capitur in verbis suis.
1.
Psalm. 118.
Act. 4.
Ezech. 33.
Hebr. 7. 13.
Matth. 7.
2.
Psalm. 21.
Psalm. 43.

III. *Et mittunt ei discipulos suos.* Doctores mali malos reddunt discipulos, attende ergo cui, & te, & liberos tuos instruendos tradas. Doctores sunt, Superiores omnes, singuli pro conditione sua. *Primo*, Prælati Ecclesiastici, quibus animarum cura incumbit, Episcopi, Pastores, Concionatores, Confessarij, &c. quibus præcepit Deus, vt legem, ac mandata Dei exponant, ac vita bona bonisque operibus præluceant. Sic Timotheum monebat Apostolus & Titum. *Prædica verbum, argue, obsecra, increpa. In omnibus te ipsum præbe exemplum.* In cuius rei figuram sub mortis interminatione Aaroni, Iudæorum summo Pontifici præcepit Deus, vt ad vestis sacerdotalis fimbriam, aurea appenderet tintinnabula, & malogranata purpurea, vt per ea officij sui moneretur, nempe vt ignitis Diuinæ prædicationis verbis tanquam tintinnabulis aureis, sonum ederet bonum, & operibus per charitatē factis, tanquam malogranatis ornaretur, constabant enim mala ista granis multis, ex purpura, cocco, bysso cōpositis. *Secundo,* Sæculares quoque Magistratus, Doctores sunt; non vt concionentur, Scripturam explicent, vel Ecclesiasticas constitutiones sanciant, sed vt subditos legibus suis, ad obseruationem

Doctores qui.
1.
2. Tim. 4. 2.
Tit. 2. 7.
Exod. 28. 33.
Figura.
2.

moneant mandatorum Dei, & Ecclesiæ, ac si opus sit cogant. quod in veteri testamento Dauid fecit, & Ezechias, Iosias; in Nouo autem, Constantinus, Theodosius, Carolus Magnus alijque qui in iure ciuili, ad fidei Catholicæ, & Ecclesiæ promotionem vtilissimas leges decreuerunt. Similiter Doctores
3. filiorum suorum sunt parentes omnes quorum est illos in Religione, ac doctrina Catholica instruere quantum ipsi sciunt, & in his quæ nesciunt curare, vt ab alijs instruantur.
Ephes. 6. Vnde Apostolus vos ait *Patres educate filios in disciplina & correptione Domini.* Instruentes nimirum eos, in fide ac mandatis
Tit. 2. Dei. & de mulieribus idem scribit, *vt bene doceant filias.* Mariti, vxorum quoque Doctores sunt; præcipit enim mulieribus
1. Cor. 14. Apostolus ne in templo loquantur sed *domi viros suos interrogent* cum dubitant. Patresfamilias & matres, famulorum & famularum sunt Doctores ideoque incumbit eis vt hos & fidem doceant Catholicam & vitam bonam. dixit enim Apo-
1. Tim. 5. stolus. *Si quis suorum, & maxime domesticorum, curam non habet*
Gen. 17. Gen. 18. *fidem negauit & est infideli deterior.* Circumcidit omnes vernaculos suos Abraham, & laudatus est à Deo, quod *cum omni domo sua* timeret Deum. Omnes ergo Magistri, & qui subditos habetis, satagite commissi vobis à Deo officij, exegit enim à vobis exactam de omnibus rationem, imputans vobis ignorantiam, & peccata subditorum. Docete itaque eos & verbis, & præcipue operibus bonis; plus enim vita valet & mores, quam edicta & leges.

IV. *Cum Herodianis, dicentes.* Diffidebant multum à se mutuo hæ duæ, Pharisæorum, & Herodianorum sectæ; hi enim Herodem dicebant esse verum Messiam, eo quod ipsius tempore defecisset sceptrum de Iuda, deuolutum ad alienigenam, ipsum scilicet Herodem, adeoque impletum esset Patriarchæ Iacobi vaticinium, quo prædixerat non defecturum de Iuda
Gen. 49. sceptrum, donec veniret *qui mittendus est.* Illi contra, Herodem, non Messiam, sed tyrannum asserebant, à quo multa passi essent, & Messiam suum in Scripturis promissum adhuc expectabant. Duæ tamen hæ tam dissectæ sectæ, inter se aduersus Iesum conueniunt, easque in hoc imitantur mali omnes, ac præcipue hæretici. Etsi enim magnum sit Lutheranis,
Calui-

Caluinistis, Anabaptistis,&c. inter se odium: conspirant tamen, & collaborant in Ecclesiæ oppressionem, instar vulpium Sampsonicarum, quæ capitibus licet diuisæ, caudis tamen connexæ, frumenta, vineas, & oliueta exurebant. Alij nequam, etsi se mutuo aliquando non laudent (nequitia enim nec amorem meretur, nec laudem) sæpe tamen vno ore bonos rident, eisque detrahunt, & insultant. Qui mala cogitat, non consulit bonos, illi enim mala dissuaderent, sed alium sibi similem quærit, cuius consilio peruertatur, quemadmodum Roboam contigit Iudæorum regi, qui spreto senum & sapientum consilio temeritatem iuniorum secutus est. Consilia stultorum fuge, & vide, quicum consulas: *hæreticum hominem*, vt Apostolus monet, *deuita* ne eadem te cum illo pœna inuoluat. Iudic. 15. 3. Reg. 12. Tit. 3.

V.

Magister. Hypocritæ Deum, vocant Magistrum, quasi ab eo instrui velint, eumque pro Magistro habere. Non vocant Dominum, quia obedire nolunt, sed tantũ scire, cum tamen multo sit saluti vtilius, bona facere, quam nosse. Interim beatus est, qui Christum habet Magistrum, hic enim vbique docet: nam creaturæ omnes, libri eius sunt, è quibus discas: &, *cœli enarrant gloriam Dei*, ac formicæ prudẽtiam docent. Docet Christus nos multipliciter; præcipue vero, per prosperitates, & aduersitates. Neque exterius solum, vt homines, sed interius quoque intellectum illuminans ad notitiam, & voluntatem excitans ad operationem, spirituali suauitate hominẽ ad se trahens, & dona doctrinasque multas reuelans, quæ absconditæ sunt à sapientibus huius sæculi. Hoc Magistro Paulus, & Antonius Eremiticam vitam inuenerunt, & alijs demonstrarunt. Franciscus paupertatẽ voluntariam, vt ne quidem in communi aliquid possideret, ab eodem accepit. Simeon Stilites sub dio habitabat in columna. Simeon Salus affectabat videri stultus. Alia fecerunt alij etiam cum sapientũ contradictione. Notandũ vero vt si quis Christũ velit Magistrum ad scholã eius, id est, Ecclesiam veniat, in qua suos ille instruit, eosque ante omnia, fundamenta docet, sicuti pueri Grammaticam prius, quam Philosophiam discunt. Fundamentum Catholicæ doctrinæ fides est, quã qui tenet, potest Beatus cui Christus Magister. Psalm. 18. Prouerb. 6. Schola Christi.

ei multa superædificare, & ad magnam sapientiam pertingere, etiam si in humaniori literatura versatus non sit. Sic sapiens fuit Antonius, qui (referente Athanasio) etiam Philosophos magnos conuicit, & tamen indoctum fuisse Augustinus testatur. Franciscus multas quæstiones Doctoribus difficiles resoluit, sine humano studio. Bernardus, & S. Thomas Aquinas plura à Christo, quam ex libris didicerunt. Ama ergo & tu doceri à Christo, sed errores caue, Ecclesiam audi, eius iudicio omnia submitte. Audi quoque condiscipulos in Christi Schola melius te versatos, quos tibi Christus instructores dedit, népe Doctores, & Concionatores Ecclesiæ, & si proficere vis, ama doctrinã Christi, diligenter ausculta, eamque conserua, frequentius tecum recole, & mandata perfice, magis enim ex opere, quam ex meditatione doctrinæ eius pendet, & magis factis augetur, quam verbis.

In vita Antonij. 1. Conf. cap. 8.

VI. *Scimus quia verax es.* Hypocritæ hi Christum de quatuor conditionibus laudant, vt sic eum ad aliquid vituperio, & reprehensione dignum prouocent. Sunt autem ista quatuor, omni Catholico Doctori necessaria, & in Christo perfecte fuerunt. *Primo, Verax es.* Minus exprimunt quã Christo conueniat; neque enim verax tantum, sed ipsa *veritas* est, fidei & spei nostræ fundamentum; quem qui audit, non solum non aberrabit, sed ad æternam gloriam perueniet. Dixit de Ecclesia quod *portæ inferi,* id est, scientiæ & vires humanæ, *non præualebunt aduersus eam.* Quod ipse cum ea sit vsque *ad consummationem sæculi.* Quod sit *columna & firmamentum veritatis.* Quod pastor eius sit Petrus, ac successores eius, cuius fides non deficiet, vt scias vbi schola Christi sit, & Doctores. De Eucharistia dixit, *Accipite & comedite hoc est corpus meum.* De via vitæ, *si vis ad vitam ingredi serua mandata, & qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit.* De perfectione; *si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me.* De malis; *Neq; adulteri, neq; molles, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; comessatores, neq; aliquod coinquinatum, aut faciens mendacium regnum Dei possidebit.* De iudicio Dei; *omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit.* Abscondita illic manifestabũtur, & libri conscientiarũ aperientur. De inferno;

Quatuor laudata in Christo.
1. Ioan. 14. 6. Matth 16. 18. Matt. 28. 20. 1. Tim. 3. 15. Ioan 21. 15. Luc. 22. 23. Matt. 26. 26. Matth. 16. 22. Matth. 19. 21. 1. Cor. 6. 10. Gal. 25. 21. 2. Cor. 5. 10.

Illic

Illic erit fletus, & vermis eorum non moritur & ignis non extinguitur. Matth. 25.
De cœlo; *Erunt sicut Angeli Dei.* Imo similes Deo quem videbimus sicuti est: *Quod oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis adscendit*; Quod *non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, &c.* Hæc sunt, quæ Christus docuit, ad quæ si attẽdas, facile peccata vitabis, & ad Christianam perfectionem ac æternam gloriam peruenies. Marc. 9. 1. Cor. 2. 9. Rom. 8. 18.

VII. *Et viam Dei in veritate doces.* Philosophi docuerunt viam naturæ, Mahometh, & infideles, viam inferni; Moyses, viam Dei in figura. Hæretici, viam veritatis profitentur, sed falso; solus Christus, viam Dei in veritate docet. *Deum* enim *nemo vidit vnquam, vnigenitus qui est in sinu Patris enarrauit nobis,* ideoque venit vt nos veritatem doceat: nam *qui de terra est de terra loquitur,* nec nouit diuina. Cum ergo viam Dei quæris, noli carnales quantumlibet prudentes consulere, sed audi quid loquatur in te Deus, & spirituales consule, quorum est viam Dei in veritate docere: hæc enim est secunda Concionatorum, & Doctorum conditio, qui proin etiam hic monentur vt non tractent in concionibus vana, curiosa, impertinentia; sed ea tantum quæ ad Deum ducant. Sicuti enim Pharmacopola si veris herbis adulterinas misceat; vires earum destruit; sic & Concionator materijs inutilibus cõcionem corrumpit. Laudabile est, fateor, eam exemplis, figuris, similitudinibus, &c. illustrare vt melius verbũ Dei influat; sicuti absynthium pueris saccaro temperamus, sed turpe est, nil nisi delectationem quærere, aut inutilibus fructus vtiles impedire. Bonum est ex Scripturis viam Dei ostendere pulchram, amabilem, & ducentem ad lignum vitæ, virtus enim amabilis est, & cõscientiæ quietem parit, ac ad vitam æternã perducit. Hanc viam quisquis volet ingredi, pro baculo, crucem Christi, merita, passiones, & adiutorium habeat; pro viatico, Eucharistiam, quæ ambulantem confirmet, pro crumena, eleemosynas; pro societate, orationes, & exempla Sanctorum; ita fiet, vt securus ambulet ac certo perueniat ad domum Dei, & Angelorum. Ioan. 1. 18. Ioan. 3. 31. Secundũ in Christo laudatum. Simile.

VIII. *Et non est tibi cura de aliquo.* Sensus est. Nec Herodis, nec Cæsaris metu veritatem taces, ideo & nobis ad conscientiæ

securitatem, eam expone. Proprium Christo est, vt neminem timeat magnum enim & pusillum ipse fecit, & Dominus vniuersorum est. Patebit hoc cum in extremo iudicio promiscue omnes sine personarū delectu iudicabit, excepto eo, quod *potentes potenter tormenta patientur*. Nihil coram Deo magnum, præter virtutem, hac si cares, viles. Notatur hic tertia Concionatoris conditio nempe vt nemini parcat, neminem reuereatur, sic per Prophetam dixit Deus. *Speculatorem dedi te domus Israel. Audiens ergo me dicentem ad impium, impie morte morieris, si non annuntiaueris ei, nec locutus fueris vt auertatur à via sua impia, & viuat; ipse impius in iniquitate sua morietur sanguinem autem eius, de manu tua requiram.* Ideo nec Imperatoribus olim Episcopi parcebant, Fabianus Papa Philippum Imperatorem; Ambrosius Mediolani Episcopus Theodosium similiter Imperatorem templo exclusit, sine vlla eorum inordinata reuerentia, donec publice pœniterent. Deum enim reuerebantur. Oportet tamen in his prudenter, & cum spe emendationis procedere; non cum maiori scandalo. Vnde peccant hæretici Concionatores, qui quotidie Ecclesiasticorum peccata, siue vera siue falsa, declamant, vt populum auertant, cum tamen nulla inde emendatio sequatur, Ecclesiastici enim, quia absunt, reprehensionem non audiunt. Vtilius foret eos secundum Christi regulam corripere, quam cum impio Cham, verenda patris alijs ridenda proponere.

Sap. 6. 7. Tertium quod laudatur. *Ezech. 3. & 33.* *Matth. 18. 15.* *Gen. 9. 22.*

IX. *Non enim respicis personā hominum.* Quarta Catholici Doctoris conditio est, externa non respicere; sed interna, animam scil. ad imaginem Dei creatam, à Deo amatam, eiusque sanguine redemptam. Eodē modo Christianus quilibet, proximum suum cōsiderare debet, vt sic eum magis amet, & iuuet: Imo si nos ipsos non secundum diuitias, honores, aut similia dona externa consideraremus; sed secundum animam, nō ita facile peccaremus, aut præ alijs nos extolleremus. Notādum est quod Christus quia nemini debet, nō possit esse acceptor personarum, quisquis enim talis est contra iustitiam peccat: hæc autem præsupponit debitum. In eleemosynis non necessarijs, etiam si vni plus des, quam alteri; tamen personas non accipis.

Quartum laudatum. Christus non potest esse personarum acceptor.

accipis. Christus ergo qui omnia non obligatus facit etiamsi vni det quòd alteri negat, nemini iniuriam facit; interim vt omnibus se ostendat parcere, vnicuique dat gratiam secundũ quod se preparauit, & mercedem secundum merita, simul tamen, pro liberali arbitrio suo, diuersa distribuit dona, quibus ad salutem suam homines vtantur. Vide quæ dona tibi dederit, eisque vtiliter coöperare; sic fiet vt hic accipias plura, & in futuro æternam gloriam.

Dic ergo nobis quid tibi videtur licet censum dare Cæsari an non? X.
Hactenus vera locuti sunt; sed hic vulnus intentant, instar locustarum de quib' in Apocalypsi dicitur, quod faciem humanam caudas vero habeant scorpionum. Nota *Primo*, Modum quærendi, neque enim dicunt, Placet tibi? hoc enim modo discipuli vtuntur, & subditi. Sed, *quid tibi videtur* quæ hæreticorum phrasis est in negotijs fidei. Hoc mihi videtur, quid tibi? & fidem prout videtur mutant, eligentes quod sequantur, (vnde & hæretici dicti sunt, quod electores significat) & pro Christiana, vt dicunt, libertate, aut pro libertate conscientiæ, id est, proprio arbitrio, religionis libertatem eligunt, quasi ex arbitrio ipsorum fides pendeat, & arbitrium non debeat fidei submitti. Vbi electio hæc est, fides non est atque ita paulatim impletur, apud hæreticos quod dixit Christus. *Filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra?* Nota *Secundo*, Conscientiam eorum in rebus damnosis; contrà, libertatem in vtilibus. Peccatum dicebant dare non tamen accipere. Calices habebant & catinos furto acceptos & tamen citra conscientiam eos asseruabant. Luc. 18. 8

Horum similes, diuites multi sunt, qui liberaliter furantur, in erogatione vero eleemosynarum, difficultates multas faciunt, an fors bene collocata sint, quia multi paupertatem mentiuntur, an non præstaret eas proprijs liberis impendere, &c. quæ omnia ex auaritia procedunt nõ ex deuotione. Nota *Tertio*, Quæstiones ꝓ hominũ diuersitate esse diuersas: carnales enim carnalia quærunt; spirituales, spiritualia, hi quia libertatem amabant, de ea quoque quærunt. Melius causam amissæ libertatis quęsissent, nempe peccatum, & liberationis Qui his similes.

modum; semper de pœna querimur, culpæ immemores, quæ tamen maximum malum est & pœnæ causa.

XI. *Cognita autem Iesus nequitia eorum, dixit.* Christus, quia Deus est, cor intuetur, nec tã ad verba, quam cogitationes respondet. Vis ab eo iuuari, quia verbis clamas te eum diligere, eiusque in omnibus honorem intendere. Ille contra, aliud in corde tuo videt, nec orantem exaudit, quia male oras. *Eccl. 11. 19.* Disce hic vt non temerario responsionem præcipites, sed mature eam examina ex verbis enim suis iudicatur homo.

Quid me tentatis hypocritæ? Locuti fuerant illi blande, Christus contra loquitur austere; vt eorum malitiam detegat, eosque ad pœnitentiam prouocet. Vtiliora enim sunt hic nobis verba Dei austera, quam hominũ blanda. Hypocritas vocat, quia sicuti placet Deo simplicitas; sic contra simulatio displicet. Duo autem sunt hypocrisis genera; *Vnum* generale est & per omnia peccata extenditur, estque amor suiipsius quo homo peccata sua excusat, bonum dicit, malum; & malum, bonum, auaritiam prudentiam; superbiam, honestatem; gulam, discretionem; luxuriam, recreationem, &c. nihil enim est cui non boni species superinduatur. Hinc nascitur peccatorum ignorantia, vel contemptus: bonorum vero operum æstimatio maior quam mereantur, vt cum Pharisæo dicas. *Luc. 18.* *Ieiuno bis in Sabbatho, &c.* Item *quare ieiunauimus & non aspexisti? &c.* *Isai. 58. 3.* Alterum est, speciale peccatum veritati contrarium, sicuti enim non verbis solum, sed & operibus loquimur, sic eisdem mentimur. Fit autem hæc hypocrisis cum peccator se iustum simulat, quod fit tribus modis. *Hypocrisis fit 3. modis.* *Primo*, Perfecte. *I.* Cum vis esse malus, & videri bonus ita vt simul vtrunque intendas. Tales erant hi, & Pharisæorum discipuli, suntque etiam nunc multi eorum similes, vt hæretici in vestibus ouium, & Catholici qui sub simulatæ sanctitatis pallio, impudicitias, furta, &c. contegunt. Refert de Monacho quodã cænobij Tongolaton Iconij, S. Gregorius, *4. Dial. c. 38.* quod cum vixit, magnam simularit sanctitatem, occulte interim vacabat comessationi, & voluptati; hic cũ esset in extremis, cõuocauit Religiosos omnes, qui diligẽtissime cõfluebant optantes à tãtæ sanctitatis viro, bonas exhortationes audire, ꝓ extrema monitione. Ille vero omnibꝰ præsen-

præſentibus,cũ magna anguſtia dixit. Cum me putabatis ieiunare occulte comedebã,& nunc datus ſum draconi comedẽdus,qui iam genua mea,&pedes cauda ſtrinxit,& os ſuum ori meo inſerens,animã exugit atq; eo dicto exſpirauit. *Secundo*. Imperfecte. Cum vis videri bonus, etſi non ſis;interim nõ vis eſſe malus,etſi ſis.talis erat Dauid, cum poſt adulteratam Bethſabee,eius maritũ accerſiuit domum,vt non proderetur adulteriũ.Multi conſequendi honoris cauſſa,aut officij alios ſe ſimulant,quã ſint;qui tamen peccant,quia mendaciũ,quacunq; intentione fiat,peccatum eſt.Interim licet nonnunquã ſine peccato veritatem reticere,& peccata non prodere. neq; enim neceſſum eſt,vt omnibus peccata tua reueles,imo id foret ſcãdaloſum.eſtq; magnum diſcrimen, inter diſſimulationem mali, & ſimulationem boni,hæc enim mendacium eſt. *Tertio*, Imperfectiſſimè. Cum peccator facit publicum bonũ opus,nõ vt videatur bonus,ſed alia occaſione. hoc enim malum non eſt,ſi intentio nõ ſit mala. ſic peccatores audiunt ſacrum,&Religioſi mali,habitu vtuntur religioſo.ſic etiã ſancti nonnunquam ne alios ſcandalizarent ſimulatione vſi ſunt,S. Dominicus ſi ad prandium inuitaretur,ſolet prius domi ſitim ſedare,ne alios nimio potu offenderet. Diſcis ergo,Non omnes eſſe hypocritas,quos mali calumniantur tales,vt qui facit quod officij, aut conditionis ſuæ eſt, etſi omnes qui eiuſdem conditionis ſunt,id non faciant, verbi gratiã, qui in Eccleſia genu flectit,tundit pectus,hebdomatim confitetur,&cõmunicat,in quadrageſima abſtinet à lacticinijs,detractiones non admittit, proprietatem non habet, ſilentium indictum non violat,etſi omnes faciant contrarium.Noli ergo facile iudicare,ſed quod bonum eſt ſimpliciter ſine metu fac.

2.

2.Reg.11.

3.

Oſtendite mihi numiſma cenſus,at illi obtulerunt ei.Nota paupertatem Domini tui,pecuniam non habet,nec ea vtitur,ſoluturus aliquando vectigal,Petrum mittit vt illud in piſce quęrat. Si pretij alicuius pecunia eſſet,vtiq; Dominus eam habuiſſet, ſed inter ea quæ bona ſunt,infimo loco eſt.nempe ſordida,& luti plena,honor,& eruditio, digniora ſunt:ſed, omnium omnino digniſſima eſt gratia,ac virtus. Interim ea eſt hominũ cæcitas,vt pecuniam omnibus pręferant,ac de ea potiſſimum ſolli-

XIII.
Paupertas Domini.
Matt.17.27.

solliciti sint. Christum & Apostolos sequere pecuniarum cõtemptores, qui bona multo nobiliora possederunt. *Argentum,* ait Petrus *& aurum non est mihi quod autem habeo hoc tibi do, in nomine Iesu Christi Nazareni surge.* Si bona spiritualia habes, animas lucrare, quarum vna vniuersum mũdum pretio superat.

XIV. Imagines Principum.

Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc, & superscriptio: dicunt ei Cæsaris. Notum est Imperatorum & Principum imagines, diuersis modis ad eorum honorem formari solitas, nec Gentilium solum sed & Christianorum. Nam *Primo.* Signabantur eis monetæ, in recognitionem dominij; sicuti hic patet, & ex veteribus Imperatorũ numis. *Secundo.* Quidam eas ex collo suspensas gerunt, quod hodie licet adhuc videre, in eis qui aulæ officia administrant, tam hæreticis quam Catholicis. *Tertio.* In signis militaribus, ac præcipue in Labaris exprimũtur; imo milites omnes solent imagini Imperatoris illic expressę reuerentiam exhibere. *Quarto.* Erigebãtur eis statuæ, sculptæ, vel fusiles in locis publicis, cubiculis, ædibus, neque sine reuerentia, sicuti etiam nunc parentum imagines loco honesto adseruamus, auertentes ab eis omnem ignominiam, putamus enim imaginis iniuriam, in prototypũ redundare. Ideoq; B. Theodosius Imperator sui, suæq; coniugis Placillæ, tunc defunctæ iniuriam putabat, anno 388. quod Antiocheni suas & coniugis imagines deiecissent ac per plateas traxissent, ita vt propterea ciuitatem cogitaret cum ciuibus delere, nisi eum Flauianus ciuitatis Episcop⁹, & Monachi placassent. Quod ergo Imperatoribus, alijsq; semper in Ecclesia sine reprehensione factum est, cur Christo, & Sanctis ad eorũ honorem præstare non licebit? Ante annos 1200. honorarunt Christiani milites Imperatorum imagines, sine idololatria; sed honorem pręstabant debitum, sicuti nos cum Regem, aut Principẽ nominamus, vel nomen *Iesu.* Optime ergo Cõstantinus, circa annum 312. imaginem crucis, non in vexillis solum, sed & in armis militũ formari iussit, ac in plateis, & vicis: vt non minus in imagine sua honoraretur Christus, quã Principes, & Imperatores. Quanquam & longè ante ipsum à primo Ecclesiæ initio, ex Apostolica traditione (vt docet Basilius Magnus) Christi, & Sanctorum eius imagines honoratæ fuerunt. Hanc Catholicam

Margin notes: 1. 2. 3. 4. — *Chrys. in primis hom. ad Antioch. Niceph. lib. 12. c. 43.* — *Conci. Nica. 2. act.*

eam doctrinam sequere, imagines honora, in eis figuratum cogitans, quem honoras. Sicuti hominum imagines in corporea materia formas; sic in te imaginem suam formauit Deus, quam à te, & omnibus vult honestè cõseruari. Honoras eam, si Deo similem reddis, & virtutibus ornas, contra vero inhonoras, si peccato maculas, & bestijs, vel diabolis similem facis. Qui Imperatoris imaginem luto pollueret, vel, vt Nyssenus loquitur, ei cornua, longas aures, auium rostra, & vngues, aut similia belluarum membra appingeret, magnam ei irrogaret iniuriam. Tu autem Dei imaginem, id est, animam tuam peccato denigras, vt diabolo sit similis, & secundum peccatorum varietatem, varias ei figuras appingis, à quibus in Scriptura, peccatores dicuntur serpentes, viperæ, lupi, leones, canes, scorpiones, &c. Examina te, & vide si quærat Deus, *Cuius est imago hæc & superscriptio*? quid ei respondeas, illi enim adiudicaberis, cuius imaginem præfers. Deo, si Dei habes imaginem; diabolo autem, si ei similis es. & quidem eorum iungeris numero, quorum figuram habes, vt superbis, auaris, impudicis, &c. sunt enim iuxta peccatorum diuersitatem, diuersæ illic congregationes. Superscriptio in nobis formata est, cum in baptismo characterem accepimus indelebilem, in signum quod Christi simus, & sanguine eius redempti, eique similes facti. Si figura esset monstri alicuius quod caput habeat draconis, pedes leonis, corpus testudinis, eique superscriberetur, hæc est imago Cæsaris, quæ eum ad viuum exprimit, nunquid magna esset in Cæsarem iniuria? Tu vero non minorem Deo facis iniuriam, qui imaginem Dei animam tuam, non minus monstrosam reddis, cum interim ei inscriptum sit hæc est imago ad similitudinem Dei.

Ep. ad Har.

Anima quomodo per peccata vitietur.

Superscriptio.

Simile.

XV. *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Id est. Si vos fateamini Cæsaris subditos, præstate ei sua iura; vt regere vos possit, & defendere. Nota *Primo*. Esse peccatum iniustitiæ, & furti, si quis vectigalia, & legitimas impositiones non soluat. dantur enim hæc Principibus, ad regionis & vrbium conseruationem, ita vt qui in his quicquam defraudet, oblige-

Vectigalia debentur ex iustitia.

Reddite quid.

obligetur ad restitutionem. Ideo non dixit Christus *date Cæsari*, sed *reddite*. significans inter Cęsarem, & subditos esse contractum iustitiæ, non minus quam inter ementem & vendentem. Nota *Secundo*. Etsi omnia Dei sint, omniaque ei debeantur, placet tamen illi, vt quædam nobis; quædam proximo; quædam denique peculiariter ipsi impendamus. Sunt qui omnia mundo impēdunt, & sibi, Deo autem nihil, bona, tempus, ingenium, sensus ad lucrum abijciunt, & quæstum. Alij sed admodum rari omnia vellent impendere Deo, nihil sibi, aut corpori. Christus vult vt corpori impendamus necessaria; proximo, debita; & Deo quę Dei sunt. Explicat hæc Michæas. *Indicabo tibi ô homo quid sit bonum & quid Dominus à te requirat: facere iudicium* (corpus sobrie nutriendo & pro meritis castigando) *& diligere misericordiam* (proximos iuuando sicut teipsum) *& sollicitum ambulare cum Deo tuo*, eum colendo, & super omnia amando, omnia ad eius honorem referēdo, eum in omnibus proponendo, vbiq; enim pręsens est, & omnia, etiam cogitationes cordis, intuetur. Nota *Tertio*, Prius hic Cæsaris mentionem fieri à Christo, quam Dei; tribus de caussis *Primo*, Quia non suscipit à nobis Deus, quod suum est, nisi & proximis sua dederimus. sic *Si offers munus tuum ad altare & ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te*, iuberis relinquere ibi munus tuum & prius illi reconciliari quam offeras. *Secundo*, Quia qui se totum Deo vult tradere eique seruire, mundo, prius renuntiare debet, *Vade*, ait Christus, *& vende quæ habes & da pauperibus & sequere me*. Effunde primo aquam è vitro, & postea superinfunde vinum. Mundum fuga, & Christus succedet. *Tertio*, Quia in fine mundi Lucifer damnatorum princeps primo suos accipiet, aç dein Christus suos; hoc enim Scriptura significat.

Michæa.

Cæsaris prius quam Dei mētio.

1.

Vt beati pœnas persecutorum suorum videant ad consolationem: damnati vero gloriam iustorum non videant, quia indigni. Inspice iam conscientiam tuam, & vide cuius sis, cuius symbolum geras, cuius voluntati obedias, cum hoc enim sine dubio æternam mercedem accipies. Si diabolicum aliquid, vel mundanum in te est, cum hoc habitare Deus nō potest; est enim *Dominus zelotes* qui soli sibi animum tuum vult,

non

non cum inimicis suis. permittit quidem corpori necessaria, sed nō nisi necessaria, ad nominis sui gloriam. Si ergo aliquid in te, aut familia tua vides, quod ei displiceat, siue peccatum, siue bona iniusta, siue vanitatem, & amorem sæculi, omnia expelle, Deo locum para, vt adueniens in te animum primò, dein corpus secum in gloriam assumat. Amen.

ORATIO.

O Iesu Christe, æterna sapientia Patris cœlestis, qui neminem respiciendo, & timendo, rectam cœli viam ostendis, qui per teipsum mundum docendo, à mundo tamen contemptus, reiectus, & ad supplicium mortis multis medijs & insidijs quæsitus es, quæ tamen semper sapienter euasisti, vsque ad tempus à te in æternitate electum, vt homines per passionem tuam & mortem saluos faceres: Nos *Christiani, qui nomen discipulorum tuorum gerimus pleni ignorantia & fraudis, viuimus admodum simulatè tecum, labijs quidem petendo veritatem tuam & voluntatem cognoscere, sed corde sequendo falsitatem, & mundo seruiendo, admodum sæpè verbo tuo diuino ad tuum dedecus abutendo; atq; hoc fit, quod, cum Diabolo, principi huius mundi subiecti simus, ab ipso etiam in illa subiectione per nostras malas propensiones teneamur, & eius similitudinem in nostra anima magis quam tuam portemus; cum tamen nos ad tuam imaginem & similitudinem creaueris, & signum tuum in Sacramento Baptismatis animæ nostræ impresseris, quod æternum nos, tanquam iuratos tuos seruos, internoscere faciat. Oramus te, exonera nos hac diabolica seruitute, nosq; colloca in tuam Christianam libertatem, & ipsius tyrannide liberati, nec cogitationes, nec verba, nec opera, quæ omnia ei, tanquam suum numisma restituere deberemus, ab ipso habeamus. Reforma in nobis imaginem tuam, fac nos in omnibus tibi ita similes, vt quilibet nos videndo, te in nobis, tanquam in tua imagine intueatur, & nos ab omnibus maculis purgati, tibi hic placeamus, & postea à te suscipiamur, & tanquam numisma tuum in thesauro tuo cœlesti cum omnibus alijs pretiosis tuis monilibus custodiamur ad gloriam nominis tui. Amen.*

DOMI-

DOMINICA XXIII. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Matth. 9.



N illo tempore: loquente Iesu ad populum, ecce Princeps vnus accessit, & adorabat eum dicens: Domine filia mea modo defuncta est, sed veni impone manũ tuam super eam, & viuet. Et surgens Iesus, sequebatur eum, & discipuli eius, Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro & tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se: si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. At Iesus conuersus, & videns eam, dixit; Confide filia, fides tua te saluam fecit: Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat. Recedite: non est enim mortua puella sed dormit. Et deridebant eum: & cum eiecta esset turba, intrauit: & tenuit manum eius, & surrexit puella. Et exijt fama hac in vniuersam terram illam:

Breuis Euangelij enarratio.



Marc. 5. Luc. 8.

V o hæc miracula Marcus & Lucas plenius prosequuntur, ex quibus ea mutuabimus quæ breuitatis studio Mathæus prætermisit. Cum Christus Ioannis Baptitæ discipulos instrueret, ne reprehēderent Apostolos, eo quod non ieiunarent: accessit eũ Archisynagogus nomine Iairus, & procidens adorabat eũ, petens

petens vt dignaretur in domum suam descendere, eo quod filia duodennnis agonizaret, ac manu imposita eam sanare. Christus sciens eam iam obijsse; voluit præsens eam excitare, ad diuinitatis suæ manifestationem, ne suspicarentur homines eam solum è graui somno (sicut frequenter fit) euigilasse; aut saltem non esse à Christo excitatam. continuo surrexit, eumque comitatus est, prosequente illum magna hominum, excitationem videre volentium, turba. Cumque in via esset; aliud miraculum, ad Archisynagogi huius fidē vacillantem adhuc confirmandam, fecit. Mulier enim quæ duodecim annis fluxum sanguinis passa, & medicorum ope frustra vsa fuerat; accessit inter cæteros retro (timebat enim se aperire, ne propter morbi immunditiam, qua ipsa & alij polluebantur, ab omnibus reijceretur) & tetigat fimbriam vestimenti eius; illud apud se firmissime credens, quia si tetigero fimbriam vestimenti eius, salua ero: & cum tetigisset stetit fluxus, ac sanata est. voluitq; ipsa tecte domum redire; sed Christus volens manifestare Diuinitatem suam, in quam omnes credere debent; & mulieris fidem, quam omnes debent imitari, quasi admirans rogat. *Quis me tetigit*. Negant omnes se tetigisse; & Petrus. *Domine*, ait, *turbæ te cōprimunt, & rogas quis te tetigit?* Ghristus vero respondit; non ego de corporeo tactu loquor; sed de alio, sentio enim virtutem de me exisse. Sentiebat autem hoc non corporaliter, sed diuina sapientia, quæ omnia nouit. interim nolebat ipse designare mulierem, sed exspectabat vt ipsa se aperiret. quæ cum Christo videret opus hoc notū, & iram eius ac reprehensionē metu-

metuens, quod quasi furtim sanitatem ab eo recepisset; tremens prodit, ac in terram procidens, fatetur coram omnibus quid factũ sit, Christus cognita eius fide, licet imperfecta (putarat enim miraculum Christo ignotum) & metu reprehensionis, ac amittendæ sanitatis; eam solatus est dicens. *Confide filia, fides tua te saluam fecit, vade in pace,* & esto libera ab infirmitate tua. His adhuc durantibus, veniunt quidam ex Archisynagogi domo, nuntiantes filiam iam obijsse, vt proin Christo molestus non sit; neque enim putabant virtutem eius ad mortuorum suscitationem extendi. Christus vero confortans eum, dixit, vt non timeret; sed crederet solum. Accedens ad domum, neminem ex turba aut discipulis admisit; præter tres ex sua parte, Petrum nempe, & Iacobum, & Ioannem, tanquam Apostolorum Principes, quos plura voluit docere, & plura eis mandare. Petro Ecclesiam, Ioanni matrem suam, & Iacobo testimonium veritatis, vtpote primo martyri inter Apostolos. Ex parte autem virginis, patrem eius assumit, & matrem. volebat enim miraculum hoc nunquam ante factum, in occulto præstare: tum vt doceret nos humilitatem, tum ne Pharisæos prouocaret. necdum enim venerat hora eius, sed supererat adhuc biennium prædicationis, post quod Lazarum quatriduanum & fœtidum erat excitaturus, & per Iudæorum inuidiam moriturus, ac gloriose tandem resurrecturus. Sufficiebant hi quinque testandæ veritati. Ingressus domum, videt amicos & ex plebe multos flentes, tibicines quoque, qui cantu suo, iuxta Gentium consuetudinem, lachry-

crymas cierent, iubetq; omnes egredi, dicens, non est mortua puella sed dormit: Ridebant illi, scientes eam mortuam, Christo autem mortua non erat, cui tam erat facile eam à morte, quam nobis sit à somno excitare. Appropinquās cadaueri cum illis quinque supra positis, apprehendit manum eius, sicuti nos cum quenquam excitare volumus, dicens, *Talitha cumi*, id est, puella surge; & statim vi verborum anima ex limbo ad corpus redijt, illaque reuixit, ac in signum sanitatis ambulare iussa est, & comedere. Parentes eo viso attoniti sunt; Christus autem mandauit ne cui dicerent, illi nihilominus dissеminauerunt vbiq; virtus enim quo plus premitur, eo magis celebratur.

Documenta Concionis vigesimætertiæ.

LOquente *Iesu ad populum, ecce Princeps vnus accessit ad eum.* Tribus modis loquitur Christus populo. *Primo*, In concionibus, cum verbum eius & voluntas hominibus annuntiatur. *Secundo*, Cum dat prosperitatem. sic enim docet nos suam benignitatem, vt nos ad se alliciat, quemadmodum pueri saccaro alliciuntur. *Tertio*, Cum immittit aduersa, famem, bellum, pestem, aliaq; mala quibus homines ad se compellit. Concionibus vocat nos iuxta illud Sapientis. *Sapientia foris prædicat in plateis dat vocem suam.* Prosperis inuitat dicens, *gustate, & videte quoniam suauis est Dominus.* Aduersis cogit. malum enim quod nos arctat, ait Gregorius, ad Deum cogit: Cum ergo Deū his modis loquentem audis, noli obturare aures, nec hominum cogita monitiones, aut aeris vel cœlo accepta tempora, vel hominū inuidiæ aduersa impures, sed altius assurge, & à Deo esse cum B. Iob cogita, examinans quid intendat, eiusque intentionem perfice. Nota, verbo *Ecce*, duo hic significari mira. Vnum est, quod durante adhuc sermone aliquis ad Christum accesserit: Alterum quod homo ille non fuerit plebeius, sed

I. Tripliciter loquitur Christus populo. *Primo. Secundo. Tertio.*

Prouer. 1. Psalm. 33.

Iob. 1.

Ecce duo insinuat. 1. 2.

Princeps. Quæ duo etiam hodie admirationem merentur. etenim tam deplorata est hominum malitia, vt pauci concionibus corrigantur, præsertim inter Principes; quibus verba hominum magis, quam Dei, curæ sunt. & licet nonnunquam sub concione compungantur, illa tamen expleta, ad antiquum redeunt, imo fiunt deteriores.

II. **Christus admisit in terris adorationes.** *Deut.6. Matth.4. Lib.6. de sacerdotio.* *Hom.24.in 1.ad Corin. Isa.66. Psalm.98.*

Et adorabat eum dicens. Etsi in mundum venerit Christus non vt adoraretur, sed vt abijceretur, & crucifigeretur; neminem tamen adorantem corripuit, aut reiecit. scriptum est enim. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Vbicunq; Deus est adorari debet. ac proin miranda est Lutheranorum stupiditas, qui cum Christum fateantur in Eucharistia præsentem; tamen negant adorandum. Scribit Chrysostomus, Angelos nonnunquam ad altaria adorantes adsistere; quodque non minus debeat à nobis Christus adorari in Eucharistia, quàm à Magis in presepi. nam & scabellum pedum eius, quod vt Isaias ait, terra est, adorare iubemur, illudque in terreno Christi corpore, quod in Eucharistia est, adoratur; quisquis enim suscipit illud, prius adorat. iuxta Dauidis vaticinium, *Psalm.21.* *Adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. Manducauerunt et adorauerunt omnes Reges terræ.* Non erubescas igitur ad Eucharistiam genu flectere, eique honores, etiam hominibus exhiberi solitos, præstare: quales sunt lumen accendere, in processionibus prosequi, auro & argento ornare; sed neque erubescas vt Deum inuocare, & adorare eiq; te totum submittere & tradere.

III. **Omnis ætas morti obnoxia.** *Gen.2.17. 2.Reg.14.14.* *Simile.*

Domine filia mea modo defuncta est, Puella hæc duodennis fuit vt discas omnem ætatem morti obnoxiã. quotidie enim morimur vnde & Adamo Dominus dixit, *in quocunq; die comederis ex ea arbore morte morieris,* Et Thecuitis illa Dauidi dicebat. *Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur, quæ non reuertuntur.* Vita enim nostra continua mors est, & ad eam statim, vt viuere incipimus, properamus. ideoq; sicuti recepta phrasi dicimus, furem suspendi cum in via est, aut in scalis; etsi laqueum necdũ induerit, eo quod ista omnia, nempe deductio, ascensio scalarum, ligatio, ad laqueum ordinantur: sic & vita mors dicitur; quia ad mortem ordinatur. Quidã ad mortem stulte properant,

rant, gloriabundi, nescientes qua vadant. Stultus esset fur ille, *Simile.*
qui ad crucem ductus, pompam omnẽ, honorẽ suum putaret.
vt quod curru vehatur, vtrimq; assidentes habeat duos Sacerdotes, turbã deniq; peditũ & equitum ab omni parte stipantem. nã si in his glorietur, tandẽ patibulo appropinquans, deceptum se videt. prudentius de via euadendi cogitaret, & salutis. Similiter stulti sumus nos Christiani, nõ cogitamus omnia, quæ nobis hic fiũt, instrumenta esse mortis. vestes mortis symbola sunt, sicuti vincula & cõpedes furũ. cibus ad mortẽ vehit, vt currus; filij te ad mortẽ deducũt, corpus dico cũ quatuor quibus constat elementis. Esto prudens & vide vt veram mortem effugias; quod fiet si per bona opera, corporis mortẽ transitũ feceris ad veram vitam. Corporis mors effugi nõ potest data est nobis satelles perpetuo intentans vulnus, fac vt non tã illa tibi ante oculos sit quam tu illi. Mane cogita, fors non attingam vesperum, vesperi rursus fors noctu mors me, sicut alios multos, extinguet. cum exis nescio num rediturus sim. cum quid inchoas, aut consiliũ quæris, cogita quid in hora mortis optabis factum. Cum tentatio exurgit, mortem intuere. fieri enim potest vt illa peccato vix consummato te extinguat; sicut multis contigit. Onam, filius Iudæ Patriarchæ, *Gen. 38. 10.* cõmisso impudicitiæ crimine à Deo statim percussus est. simi- *2. Reg 6. 8.* liter Oze, & 70. nobilib. de Bethsames ac 50. millibus plebis, *1. Reg. 6. 19.* cum Arcam minus reuerenter attigissent, aut conspexissent. Quinq; regna Sodomæ, Gomorrhæ, Adamæ, Seboin, & Se- *Genes. 19.* gor, nemine quicquam suspicante, cum vrbibus & vicis suis absorpta sunt. Idem tibi contingere potest. videtur enim cuique Deus certũ statuisse peccandi terminum, & numerum, quem nemo trãsgredietur. sic Abrahamo *necdum completæ sunt* *Gen. 15. 16.* *iniquitates Amorrhæorum vsq; ad præsens tempus*. & Iudęis *Completa* *Isai. 4. 2.* *est malitia vestra*. Nescis quis tibi numerus fixus sit, & quan- *Threnor. 4. 22.* tum iam attigeris, Hoc certum peccatis, demerentibus non- *Peccata vitam præcidũt, & curr.* nullis, plus quam vitæ medietatem præcidi, iuxta Dauidicum illud. *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.* *Psal. 54. 24. Genes. 38.* Patet hoc in filio Iudæ Her, & in Ammon, ac Absalon, filijs Dauidis &cæt. Contingit vero illud, partim ex Dei misericordia; qui cum nullam videt emendationis spem,

Luc.13.8. ne grauius peccent, ac grauius proin puniantur, arborem infructuosam præcidit, partim ex diaboli industria, qui omni conatu peccatoris mortem procurat, præsertim si timeat eum pœnitentiam acturum. sic Ammon in ebrietate, Absalon in patris insecutione occisus est, patre eum viuum optante, vt posset pœnitere partim denique ex peccato ipso, quod naturam lædit ac aliorum inuidiam prouocat, peccatum enim naturæ, & proximis, contrarium est. vnde videmus quotidie superbos, auaros, impudicos, gulosos, iracundos, inuidos &c. ab omnibus reijci. Frequenter ergo quantumlibet sis iuuenis mortem cogita, & Dei iudicium. sicuti enim senes non diu possunt viuere, sic & iuuenes mori possunt, imo quotidie moriuntur. plures enim videbis pueros & iuuenes, quam senes, quia iuuenum numerus, antequam senescant, multum imminuitur.

2.Reg.13. *2.Reg.18.*

IV. *Sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet.* Prudenter hic præsentiam Christi statim postulat. filia mea ait modo defuncta est, sed veni noli tardare. filia hæc prima est inter tres à Christo suscitatos, qui tria significant spiritualiter mortuorum genera. *Primi.* Habent peccata animo concepta, opere necdum completa, & hi in domo sunt. *Secundi.* Opere ea compleuerunt, vt iuuenis, qui efferebatur extra portas. *Tertij.* Consuetudine obduruerunt, & coram Deo ac hominibus fętent. hos Lazarus figurat, quatuor dies sepultus, & præ putore fœtidus. Hinc aduertere potes iustum Christo comparari posse. hic enim duas habet in vna persona naturas. Diuinam scilicet, & humanam. Similiter in illo interior homo est diuinæ consors naturæ, vt Petrus loquitur; & exterior quem videmus. Exteriorem anima vegetat, à qua quinq; sensus, virtus motiua, operatiua, & sui defensa oritur. interiorem vegetat Spirit. Sanct. à quo *filij Dei nominamur & sumus*; &, sicut ab anima corpus habet suos sensus, sic & spirituales sensus in ea Spiritus Sanct. operatur. De quibus scriptura. *Audi filia & vide. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Curremus in odorem vnguentorum tuorum. Quod vidimus, quod audiuimus, & manus nostra contrectauerunt de verbo vitæ annunciamus vobis.* Fiunt hæc per dona Spiritus Sanct. quæ non tantum conferunt nobis vt credamus,

Tres à Christo suscitati quid significent. *Primi.* *Secundi.* *Luc.7.10.* *Tertij.* *Ioan.11.39.* *2.Pet.1.* *1.Ioan.3.1.* Spirit.S. dat sensus sicut anima corpori. *Psal.44.11.* *Psal.33.9.* *Cant.1.4.* *1.Ioan.1.1.*

damus, sed etiam vt sentiamus vera esse quæ credimus. virtutes dant animæ vigorem ad bona opera, peccatorum reiectionem, & à diabolo defensionem. Vita hac, & donis, ac virtutibus, homo destituitur statim, atque mortale peccatum commisit: est enim hoc instar lethalis veneni, quod hominem citissime enecat.

In hoc cum incideris noli tardare, festina ad Christum, ora vt veniat, ac manum animæ tuæ imponat, venit cum veram contritionem infundit, vt peccata defleas & cum dolore confitearis. Manum imponit cum Sacerdos sacramentaliter absoluit, tunc cum donis & virtutibus vita redit, animamque viuificat; augetur autem vita cum corpus Christi seu Eucharistiam suscipis, hoc frequenta si sanus & vigil esse velis. **In confessione hac mystice implentur.**

Et surgens Iesus sequebatur eum & discipuli eius. Nota *Primo.* Benignitatem Christi, qui vt puellam à morte excitet, eiusque parentes in fide confirmet, statim vt rogatur, surgit, cum tamen à Pharisæorum Principe rogetur, forte vno ex his qui eum persequebantur. Esto & tu ad proximorum subsidia paratus, nec respicias vtrum diues an pauper, gratus sit an ingratus. ratio enim iuuandi eos non est bonum quod ex ipso speras, sed Christus. imo quanto minus motiuum in ipso est, tanto euidentius te amore Christi id facere testaris. Ideoque qui inimico benefacit, magnum ostendit perfectionis signum, & à Christo dicitur Deo Patri similis; & qui non hominum remunerationem, sed solum Dei intuetur amorem, sine dubio perfectius amat, & syncerius. Sol & luna quia se ipsis lucent, & luminis plus & vtilitatis ferunt, quam ignis, candela, aut lampas, quæ cera, oleo, lignis, foueri debent. **V.** **Benignitas Christi.** *Mat. 5. 48.* ***Simile.***

Nota *Secundo.* Quod Christus, qui nos ad se sequendum monet, hic alium sequatur, vt ostendat benignitatem suam, qua se hominibus frequenter attemperat. Petrum, Andream, Iacobum, & Ioannem, ad se traxit captura piscium; Paulum deiectione in terram; alios cibo in solitudine dato, & hodie vnum coniugio, alterum castitate, tertium vocat Religionis ingressu. Atque hæc potest esse vna ratio, cur **Christus varie trahit.** *Luc. 5.* *Act. 9.* *Ioan. 6.*

Regulum, qui idem petebat quod hic Archiſynagogus, Dominus reprehenderit. videbat enim illum ſic eſſe trahendum: hunc autem Archiſynagogum, vtpote doctum & ſapientem, occulte trahebat: beneficijs eum inſtruens & trahens neque enim fortius eſt vinculum ad virtutem, neque maior peccati in te commiſſi correptio, quam peccanti benefacere, & vincere in bono malum.

Rom.12. 21.

Ecce notat mira.

Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis. Verbum *Ecce* rem ſignificat magnam hic contigiſſe. *Primo*, Miſericordiam qui etiam *pertranſiit benefaciendo*, nuſquam à beneficijs ceſſans. *Secundo*, Feruorem mulieris, & deuotionem in Christum, quæ magno labore per omnem turbam ad eum peruenit. *Tertio*, Miraculum quod attactu veſtis Chriſti factum eſt, Chriſto non præmonito. Quænam fuerit hæc mulier diſſentiunt Authores, Ambroſius Martham putat, Magdalenæ & Lazari ſororem; Petrus de Voragine Marcellam, Marthæ ancillam. Euſebius ſignificat Cæſarienſem fuiſſe, & diuitem, cuius vrbis idem Euſebius, tempore Conſtantini primi, Epiſcopus fuit. Refert enim ſuo tempore adhuc ibi domum huius fœminæ extitiſſe, & è regione eius duas ſtatuas æneas, in perpetuam huius beneficij memoriam ab ipſa poſitas: quarum altera Chriſti erat erecti, altera mulieris inclinatæ, & manum extendentis. inferius herba creſcebat nullius vigoris, vſque dum ad fimbriam veſtis Chriſti excreuiſſet. tunc enim valebat aduerſus omnes morbos. Stetit hæc ſtatua ad annum vſque 362. quo Iulianus Apoſtata eam deiecit, ſuamque ſubſtituit. quæ tamen ſtatim fulmine deiecta, & protrita eſt. imaginem autem Chriſti, ad honeſtum templi locum, cum reuerentia Chriſtiani deportarunt, eiq; debitum honorem exhibuerunt. Ita refert Sozomenus, qui vixit anno 430. & poſt eum Nicephorus ac alij.

Primo. *Secundo.* *Tertio.* *Lib. de Salomon. oa. 5.* *Lib. 7. hiſt. cap. 14.* *Hiſtoria.* *Lib. 5. c. 21.* *Lib. 10. c. 30.*

Quinq; obſeruanda de imaginum cultu.

Ex hac autem hiſtoria diſcis *Primo*, Antiquitatem imaginum, in Eccleſia. *Secundo*, Earum cultum Deo placitum, ignominiam vero diſplicere. *Tertiò*, Deum pro ſua ſapientia ſolitum miracula facere ad vnam imaginem, & non ad aliam. nam vt idem Euſebius refert, erant eodem tempore plures

res imagines Christi, & tamen ad illas facta miracula non legimus. *Quartò*, Imagines in templis cum omni honore collocandas. *Quintò*, Iconoclastas esse Iuliani Apostatæ imitatores, eisq; paratum intolerabilem & æternum ignem.

Impenderat hæc mulier per duodecim annos facultates omnes in medicos, & plus afflicta, quam adiuta videbatur. quod partim ad declarandam Christi potentiam contigit, qui morbos etiam desperatos, & insanabiles, tam facile sanat. partim ad declarandum modum quo homines ad se trahit. Pueros imitatur qui trochum scutica impellunt; non vt frangant, sed vt eo moueatur quo ipsis placet. Christus mulierem hanc volebat ad se accedere. ibat illa duodecim annis ad medicos, à quibus nihil adiuta, tandem ad Christum confugit. Nota Patientiam Dei qui postquam duodecim annis mulierem exspectasset, eam clementer admittit. licet non venturam, si ab alijs fuisset adiuta.

Cur duodecim annis morbus nõ curabatur?

Simile.

Discis ergo non semper inutiliter nos ab hominibus deseri. tunc enim ad Deum confugimus qui sperantes in se, & opem humiliter implorantes, non derelinquit. Sunt qui vsum Medicorum reprehendant; quasi hic in Euangelio vituperetur: præsertim cum & Asam scriptura reprehendat quod confisus sit in ope medicorum. Sed eadem prudentia licebit eis esum reprehendere, & potum. hæc enim medicinæ sunt aduersus famem, quæ est magnus morbus, & variorum morborum sunt antidota. Scriptura medicos iubet honorandos, propter necessitatem; nimirum ciuili honore, & honesta mercede, quæ eorum præstantiæ conueniens sit. nam & Deus illos fecit, & herbas quibus vtuntur. Asa vero non propter vsum Medicorum, sed abusum reprehenditur: quia non sperauit in Deo. Infirmus enim ante omnia Deo se reconciliare debet, atq; eius opem implorare; ac dein medicos, tanquam Dei ministros, & medicinas tanquam media à Deo ordinata, adhibere, sicuti pauper, dum à diuite stipem petit, Deum non deserit, qui eo fine diuiti opes concessit, vt pauperi subueniret.

Nõ semper inutiliter deserimur ab hominibus.

2. *Par.* 16.

Eccl. 38.

Notandũ vero quod mulier hęc statim laborare cęperit, simul ac Archisynagogi filia duodẽnis nata est. sanata quoq; sit, simul

Mysteriũ in morbi tempore.

simul ac hæc fuit mortua. Quo significatur tunc in Abraham electos Iudæos, cum gentes se ad idola conuertissent, relictos vero, ac velut mortuos, cum Apostoli per vniuersum terrarum orbem missi sunt, Euangelium annuntiaturi. Præterea significantur occulta Dei iudicia, qui vni concedit, quod ab altero tollit, & nunc hunc, nunc illum exaltat, vel humiliat. *Esth. ca. 3. & 7.* Exaltatus erat Aman, humiliatus Mardochæus; & paulo post hic exaltatur, ille deijcitur. hæc est inconstantis mundi vicissitudo. vis permanentiam? Deo inhære & cœlum desidera, vbi nemo semel exaltatus humiliatur.

VII. *Accessit retro & tetigit fimbriam vestimenti eius.* Mulier hæc Gentilis erat, laborabatque morbo infami. ideo non audet aperire se, sed tecte accedit retro. Peccatoris typum gerit. (Typus peccantium.) qui deserto vero Deo, falsis adhæret, eisque omnia sua honorem, opes, & vires impendit. Multorum Deus venter est. *Phil. 3. 19.* Laborant hi fluxu sanguinis, quia per peccata fluit & recedit ab eis omnis gratia, decor animæ, merita, imo & corporis sanitas. fluunt ex vno peccato in aliud, tum propter inclinationes ex prioribus peccatis natas; tum propter iustum Dei iudicium, qui peccatum peccato nouo punit. *Rom. 1.* v. g. superbiam impudicitia, pro vt euidentissimè docet Apostolus; tum denique propter diaboli tentationes, *Immissiones per Angelos malos*, ait Dauid, *viam fecit*, Deus, *semitam iræ suæ.* *Psal. 77.* id est, vt explicat Gregorius, *Lib. 25. Moral. c. 13.* peccata ex diaboli immissione seu suggestione nata faciunt, vt ira Dei in peccatores plenius, & quasi patente via effundatur, quæ antea paulatim & minor ingruebat. Vis ab hoc morbo sanari? idololatriam fuge, & inordinatum amorem tui, ac creaturarum. Christum sequere: ita enim ille monuit, *Ioan. 12.* *qui mihi ministrat me sequatur.* id est, de peccatis dole, emendationem propone, perrumpe hominum turbas, spretis eorum sannis & tentationibus, accede ad Christum, vestem, id est, corpus eius tange, quo Diuinitas vestitur; tanges autem illud in Sacramentis.

VIII. *Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum vestimentum eius salua ero.* Tantum de Christi sanctitate fidebat, vt nihil dubitaret

taret quin peculiaris virtus omnibus, quæ eum continge- *Ioann. 9.*
bant, inhæreret. ſputo ſanauit cœcum, verbo traxit Mat- *Matth. 9.*
thæum, reſpiciens conuertit Petrum, fimbria veſtimenti *Luc. 22.*
multos curauit: erat autem fimbria hæc Iudæorum more in *Matt. 25.* *Num. 15.* *Deute. 22.*
quatuor angulos villis intexta, vt Iudæi veſte ab alijs diſcer-
nerentur, & mandatorum Dei eſſent, memores quæ per
villos hos ſignificabantur. Deberemus & nos Chriſtiani re- *De luxu veſtium.*
ligionem noſtram veſte profiteri, abiectis diaboli ſeu mun-
di inſignibus, & reiecto Gentilium habitu, qui tamen nunc
in Turcia, & Indijs, ac vbique decentius multo veſtiuntur,
quam nos, ſuperbia luxu & faſtu omnes ſuperamus; cum
tamen in Baptiſmo ſimplicitatem profeſſi ſimus, vbi veſtem
albam induimus, ad ſignificandam non ſolum conſcien-
tiæ puritatem, ſed & veſtium ſimplicitatem. inſtar primo-
rum Chriſtianorum, qui libenter pallio Philoſophico, tan- *Tertull. li. de pallio.*
quam veſte decente, vſi ſunt. Monet fœminas Sanct. Petrus, *1. Pet. 3.*
vt habitu modeſto vtantur, nec ſit earum capillatura ex-
trinſecus, aut circumdatio auri, aut indumenti veſtimento-
rum cultus; ſed in omni humilitate, manſuetudine, mo-
deſtia, & obedientia, Saræ inſtar, & aliarum ſanctarum quæ
virtutibus magis quam monilibus ornabantur. Quantum
Deo ſuperbia veſtrum in fœminis diſpliceat, ex Iſaia patet: a- *Iſai. 3. 19.*
pud quem interminatur ſe ablaturum ab eis mundum omnē
& torques, murenulas, armillas, annulos, in funicula verſurum
& cilicia, & quod erit pro ſuaui odore fætor, pro criſpāti crine
caluitium. Quod & factum tunc eſt, & nunc quoque fit, in
futuro autem ſeculo fiet horribilius. Conuincit hæc mulier
& damnat omnes hæreticos, qui cum parente ſuo Vigilan-
tio, reliquiarum cultum negant: propter quod illum ante
1200. annos Eccleſia damnauit. Fimbria & veſtis Chriſti,
non habuerunt virtutem hanc à ſeipſis; ſed à Chriſto: ſic- *Act. 19.*
uti ſudaria & ſemicinctia Pauli omnes curabant infirmitates,
non ex ſe ſuaq; vi, ſed ſanctitate Pauli. Sic quotidie miracula
ad Sanctorum reliquias & oſſa fiunt; quia hæc inſtrumēta vir-
tutū, & Spirit. S. inhabitantis fuerunt. Solent olim Chriſtiani
magna deuotione ad loca iſta peregrinari, Romā, Epheſum,
&c. & reliquias tangere, & oſculari, eis aduolui, terram ſepul-

cris impositam, domum referre, ac in gratitudinis signum, aliquod donariũ offerre, præcipuè figurã membri quod sanatũ esset. Extant huius rei documenta apud [a] Chrysostomum, [b] Nyssenum, [c] Augustinum, [d] Theodoretum, [e] Gregorium Turonensem, & alios. Serua ergo fidem Catholicam, inuoca Sanctos, honora eorum reliquias, nihil de auxilio dubitans & defensione aduersus diabolos, qui quia virtutem eorum formidant hæreticos excitant ad eorum contemtum, blasphemiam & consumtionem ad ignominiam Christi.

a Serm. 32. ad Rom. serm. 8. ad Ephes. lib. con. gentiles. b de S. Theodoro. c lib. 22. de ciuita. Dei c. 8. d lib. 8. affect. græcarum. e In glor. Martyrũ & de S. Iulian.

IX. *At Iesus conuersus, et videns eam, dixit.* Marcus & Lucas Christũ conuersum, dicunt rogasse. *Quis me tetigit, eiq; respondisse discipulos. Præceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt; et dicis quis me tetigit?* Multi Christũ comprimunt, sed pauci vtiliter tangunt. *Primo*, Premunt Hæretici oẽs & Ecclesiæ impugnatores. *Secundo*, Catholici mali, qui peccatis suis Sanctam Ecclesiam, eiusq; Prælatos, (qui per Christi vestem iuxta Augustinum intelligũtur) grauant, hi à Christo lõge absunt, & tamen in turba premunt; sed, vt Gregor. ait, vita bona eum non tangunt. *Tertio*, Qui indigne cõmunicant: qui ita eũ premũt, vt Apostolus etiã dicat quod conculcent: proijciũt enim corpus sacrum in cloacam; & sanctum sanguinẽ profundunt. *Quarto*, Qui studio distrahũtur in oratione; hi enim corpore Christo adsunt, spiritu absunt; cũ tamen Deus, quia spiritus est, spiritu orari debeat, & tãgi. Qui vero distrahitur inuitus, ex naturæ infirmitate, equidem Christũ tangit. etsi enim cogitatione absit, corde tamẽ & intentione adest, ac oratio, licet distracta, vim suam nõ amittit.

Multi Christum comprimunt. 1. 2. Serm. 6. de verb. Dom. Libr. 2. Mor. cap. 16. 3. Hebr. 10. 4.

Nota Quod Christus miraculum occulto factum noluerit occuli. *Primo*, Quia nõ venerat ad sanitatem corporum dũtaxat, sed & animarũ per fidem. Ideo enim miracula faciebat, vt Diuinitatem homines cognoscerent & adorarent. *Secundo*, Vt doceat non sufficere si quis peccata apud se defleat, sed requiri vt eadem coram Sacerdote, non obstante verecundia, confiteamur. Minus enim verecundum est ea corã solo Confessario detegi, quam coram toto mundo, sicut in die iudicij fiet, vbi omnes ea videbunt, & detestabuntur teq; condemnabunt, nisi ea hic per confessionem ablueris. si vero hic ea confitearis, magnam inde animi quietem sentis.

Christus oraculum occulte factum cur noluerit occuli. 1. 2.

Confide

Confide filia, fides tua te saluam fecit, Duas hic virtutes Christus nominat: fiduciam, & fidem, vt ostendat eas à se mutuo distingui, quod imperite hæretici nunc negant. fiducia enim fidei innititur, estque spes roborata, quæ operibus bonis quotidie roboratur. de qua Apostolus, *spes non confundit.* Nititur enim promissis Christi, fide cognitis, qualia sunt, quod omnis qui ad eum venit, cum vero dolore peccati, & sacramenta debite suscipit, remissionem peccati consequatur: quod omnis qui pie viuit mereatur augmentum gratię, & vitam æternam. quod Christus electorum suorum preces exaudiat, in his quæ saluti expediunt. quod qui in gratia perseuerat, saluetur: & similia quę Deus promisit. Cum hæc fide cognoscimus (est enim fides in intellectu, sicuti & aliæ virtutes cognoscitiuæ, vt sapientia, scientia, opinio) vitam eis paulatim conformamus, dolemus de peccatis, confitemur, Sacramenta suscipimus, damus eleemosynas, oramus, ieiunamus, &c. ex quibus non consequimur certitudinem fidei, vtrum Deo placeamus, & peccata nobis sint remissa: neque enim fide certi sumus impletas esse conditiones, idq; propter cordis nostri duplicitatem, nobis ipsis non plene cognitam. quam Ieremias, Iob, & Salomon deplorant. nescimus an dolor sufficiat, an intentio sit syncera, ita vt in solum Deum feratur, an non admixtus sit amor proprius, &cæt. Ne tamen dubitatio nos reddat inquietos, aliam Deus virtutem infundit; non intellectui, in quo subiectatur fides, sed voluntati: nempe spem, quæ secum animi quietem adfert. dũ homo se putat fecisse quod potuit, nec, se ipsum examinans, aliter se inuenit confessum, orasse, eleemosynas fecisse, &c. quam secundũ legem Dei, nempe ex Dei amore. atq; hinc fiducia nascitur, cum homo sic cõstitutus, & simul ad Dei promissiones adspiciẽs, omnino exaudiri sperat, & iuuari. Quæres. Quomodo possit homo esse quietus, & gaudere; cũ non sit fide certus quod Deo placeat, ac peccata sibi remissa sint? Respondeo. Quia spe & fiducia certus est, in multis securi sumus quæ tamen non credimus fide. hæc enim ad solum Dei verbum, & quod aliter se habere nequit, extenditur: eo quod Deus nequeat fallere, verbi gratia, quod Petrus, & Magdalena parentes tui sint, nõ dubitas; & tamẽ id non

X.

Fiducia qd & quomodo à fide distincta.

Rom. 5.

Ierem. 17.
Iob. 9.
Eccl. 9.

Quæst.

Responsio.

Simile.

non credis fide diuina, ſed tantum quia ipſi dicunt; qui tamen homines ſunt, & mentiri poſſunt. Cum ad templum vadis,aut forum,ſecurus es de incolumitate domus,neque times eam vento,aut igni læſam,etſi lædi poſſit. ſimiliter ergo homo pius,qui quantum putat facit quod poteſt, quietus eſt de gratia Dei,& quies iſta ac gaudium quotidie, iuxta bonorum operum quantitatem,augetur.

In fide mulieris huius duo notanda. Nota duo in fide huius fœminæ.*Primo*, Credit contactum veſtis Chriſti ſibi vtilem. *Secundo*, Laborat vt eandem contingat. Ex quibus diſce Primo. fidem iuſtificantem non eſſe
1. otioſam,nec conſiſtere in hoc ſolum vt Chriſtum cogitemus,
2. **Fides nõ eſt otioſa.** pro nobis paſſum. Mulier enim hæc per fidem operatur, & non ſine difficultate ad Chriſtum venit. *Simile.* ſicuti enim ex cogitatione cibi aut potus nemo ſatiatur,ſed ex ſumtione, ſic ſola paſſionis Chriſti meditatio nihil prodeſt,niſi eam tibi per Sacramenta applices: ſalus enim non in cogitatione,ſed in opere ſita eſt.*Secundo*,Eſſe opus Catholicæ ſeu Euangelicæ fidei,ſi quis Treuiros eat,vbi veſtis Domini aſſeruatur. neque enim illa vim ſuam amiſit,quia Chriſtum non tangit,ſicut nec Pauli ſudaria,ad abſentes miſſa. *Act.19.* Atque hinc infertur vlterius, fidem hæreticorum,qui reliquias omnes contemnunt, non eſſe Euangelicam: cum fide enim huius mulieris non conuenit,ſed hæreticam.

XI. *Et ſalua facta eſt mulier ex illâ horâ.* Non cum Chriſtus ei locutus eſt,vt ex alijs Euangeliſtis patet; ſed poſt fimbriæ contactum ſanata eſt. hic autem Chriſtus ſanitatem confirmat. Significat præterea Euangeliſta, fidem non habere ex ſe vim ſanandi,ſed à Chriſto.Accede cum hac fide ad Euchariſtiam, in qua vere CHRISTI corpus eſt, ſed ſub panis & vini ſpecie quaſi veſte contectum; tange veſtem hanc,& animò ſuſcipe, ſic omnium morborum ſanitatem conſequeris. Dolendum vero quod mulierem Gentilem veſtis Chriſti attacta ſanet,nos autem Chriſtiani corpus eius ad mortem & iudiciũ, *1.Cor.11.* vti Apoſtolus ait, manducemus.Magni morbi indicium eſt, ſi medicina præſentiſſima in venenum conuertatur. hoc autem fit per peccatum: ſicuti enim arborem viuam humor *Simile.* & æſtus vegetant, mortuam vero extinguunt; ſic animam

viuam

viuam Euchariſtia multis bonis ornat, mortuæ vero maioris mali occaſio eſt. vnde & in Iudam poſt Euchariſtiam Sathanas introiuit.

Mulier hæc publice ſanata eſt, ante filiam Archiſynagogi, domi defunctam: quia publici peccatores nonnunquam citius peccatorum remiſſionem conſequuntur, quam occulti. Patet id in [a] Magdalena, [b] Publicano, [c] Mattheo, [d] Zachæo. qui publici peccatores cum eſſent ad Chriſtum acceſſerunt. Phariſæis interim qui maiora, ſed occulta habebant peccata, eum reſpuentibus. Dixit hoc Phariſæis Chriſtus. *Amen dico vobis: quia Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.* nempe quia ipſis credentibus vos non creditis. Cum maculam habes in facie, laboras vt tollatur, quia omnibus conſpicua eſt, at ſi in pede ſit, vbi eam caligæ tegunt, & calcei, parum de ea ſollicitus es quia nemini patet. Peccatum nullum, etiam cogitatione duntaxat commiſſum, occultum cogita, Deus enim, & Angeli, ac Sancti, quibus reuelare illa voluerit, omnia vident.

Myſteriū in miraculorū ordine.

[a] *Luc.7.* [b] *Luc.16.* [c] *Matt.9.* [d] *Luc.19.*

Matt.21.

Simile.

O ſi numerum videres eorum, quibus peccata tua patent, vt poſtea teſtentur aduerſum te, magis à peccata horreres, quā à furto, aut alio facinore quod pœnam mereatur, coram Rege ac teſtibus, committendo. Examina conſcientiam tuam, & vide peccatum, non in pede occuli, ſed in facie ſpectandum tam multis ad tui condemnationem exhiberi. Feſtina, laua, & munda animum tuum. ſi enim opprimat te improuiſa mors, nunquam lauaberis, eriſq; in perpetua ignominia omnium creaturarum ludibrium.

Peccata omnia Deo patent.

XII. *Et cum veniſſet Ieſus in domum Principis, et vidiſſet tibicines & turbam tumultuantem dicebat.*] Erat apud Gentiles in more, vt ad dilectorum funera tibicines conuocarentur, qui lacrymas cierent; quia ſpem non habebant alterius vitæ, mortemque putabant ſupremum malorum. Iudæis vero, quia animæ immortalitatem & reſurrectionem credebant, nihil de his fuerat in Lege præſcriptum. Adeoque non erat Legi conforme, quod ad Gentium ritus declinabant, ſicuti & nos Chriſtianæ legi ſæpè difformiter viuimus, plus de temporalibus ſolliciti, quam fides permittat. Poſſunt defuncti laudabiliter lugeri duplici

1.Theſſ.4.13.

Defuncti recte lugentur.

Primo. duplici de caussa. *Primo*, Ex naturali affectione, quæ in nobis non minus quam in alijs hominibus est, per quam charorum absentiam lugemus. Secundo. *Secundo*, Ex amore Ecclesiæ, cui fidus subtrahitur minister cum pius aliquis moritur; sic de se Phil. 2. 27. testatur Apostolus quod mortem Epaphroditi lux'flet, propterea quod Euangelio vtilis esset. Debet tamen hic dolor Luctus temperandus. esse moderatus, neque necessum est eum instrumentis prouocari; imo & naturam moderari debemus duplici ratione. Primo. *Primo*, Quia certi sumus defunctum in extremo die resurre- Secundo. cturum. *Secundo*, Quia speramus eum esse cum Christo. quod enim veteris Testamēti Patres luctum habuerint diuturnum Gen. 50. 4. verbi gratia, Ioseph septuaginta septem dierum, non ex animi impotentia erat, sed pro defunctorum animabus ex fide orabant. Tibicines hi factum significant quod Dauid dixit, Psal. 9. 8. *perijt memoria eorum cum sonitu*, id est, sicuti sonitus, sic & hominum memoria statim perit. quid enim est vita hominis secularis præter sonitum, verba, & promissa aurea, exterior species pro qua homo multum laborat, sicuti tibicen vt inflet tibiā. Adueniente autem morte, nemo defuncti amplius meminit. Sap. 5. 1. *fuit*, vt de se apud sapientem queruntur impij, *quasi non esset.* Pereunt præterea cum sonitu, quia in magnatum obitu magnus est eiulantium & lamentātium sonitus, campanarū præterea, & cantorum; sepulto autem cadauere, omnia deinceps silent. Anima vero cū maiori sonitu & vlulatu ad loca digna deducitur. Sanctos Angeli prosequuntur ad cælum, & Sancti alij, quemadmodum de seruulo quodam paupere & paraly- Lib. 4. dial. c. 14. & 15. tico narrat S. Gregorius, cuius animam Angeli cum cantu susceperunt. & de Romula paralytica, in cuius obitu suauis virorum & fœminarum (Sanctorum nempe) cantus in platea audiebatur. Damnati cū magno strepitu in abyssum præcipitan- Apoc. 18. 21. tur, instar lapidis molaris. peccatum enim talenti plūbi instar Zach. 5. 7. vt Zacharias docet quo illi grauantur. Hunc strepitum dia- §. 8. boli suo vlulatu augent & damnati stridore. Vidit hoc Drie- Lib. 5 hist. Anglic. c. 13. thelmus (vti supra cōcione quinta ex Beda narratum est) atq; & lib. 8. colla. tantum inde fuit compunctus, vt renuntians seculo grauiter Bredemb. c. 8. se ieiunio, oratione, æstu, frigore, vigilijs, afflixerit, & amicis monentibus responderit. Maiora adhuc tormenta vidi, & maio-

maiorem æstum &c. quæ si vidissetis & vos non me admiraremini,sed maiora præstaretis.

Recedite. Cum Christus quoquam accedit auditur sonitus, sed ab eodem sedatur. Initio Ecclesiæ sonabat & strepebat totus mundus, ad nouam Euangelij annunciationem, & exurgebant graues Imperatorum persecutiones.Cũ inter Christianos perfectionem aut docemus , aut vitia præsertim magnatum reprehendimus , offenduntur multi:sic Hieronymo qui multos ad Monasteria abducebat, irascebantur Romani, & Chrysostomo Imperatrix Eudoxia, quod ab eo reprehenderetur. similiter cum tecum proponis vitæ emendationem, exurgunt statim impugnationes à concupiscentia , sicut Augustino accidit qui cum vitæ emendationem serio meditaretur, sensit il ico passiones quibus hactenus seruierat & obsecundarat contra se tumultuantes, quiritantesque quo pacto deserere nos poteris, quo modo sine voluptate vitam transiges,non quidem diei vnius sed annorum forsitan compluriũ. Verum quemadmodum Christus tumultuantem hanc turbam ac ludiones vno verbo *recedite* exegit , ita statim quo intromittitur ac recipitur hospitium tranquillat. XIII.

Non est enim mortua puella sed dormit. Etsi Christus puellam non dubitaret mortuam,dormire tamen dicit. tum quia ipsi dormiebat , qui eam & poterat , & volebat statim suscitare. tum quia mors, præsertim piorum, somno simillima est , nisi quod sit paulo diuturnior. præbet enim quietem,à laboribus,& tandem terminabitur in malis, ac bonis , quando anima corpori reunietur. Noli hic putare animas sic dormire,vt cum damnato olim Vigilantio Lutherani,& Caluinistę somniant:quasi illæ in cœlis Deum non videant; sed ad iudicium vsque in locis occultis delitescant. Christus enim quum sanguine suo viam nobis aperuisset,in die ascẽsionis, eo cum Patribus veteris Testamenti,vt ex Dauide probat Apostolus,ingressus est. qui etiam diserte addit , stante priori tabernaculo, id est , Moysis lege, *necdum fuisse propalatam Sanctorum* , seu secundi tabernaculi quod cœlum est , *viam* , sed quod iam accesserimus *ad multorum millium Angelorum* (qui *vident*, vt Christus ait , *faciem Patris*) *frequentiam* , *& Ecclesiam primitiuorum:* XIV.

Mors cur dormitio hic dicta.

Caluinistarum & Vigilantij heresis.

Eph.4.10. Psal.67.19. Hebr.9.8. Heb.12.22.

Matt.18.10.

Philip.1.23. 2.Cor.5.6. Luc.16.22. *rum:* Propterea optabat idem *dissolui*, seu mori, *& esse cum Christo*. nec ipse solus, sed & Christiani omnes; *quamdiu enim sumus in corpore, peregrinamur à Domino.* Si epulo iam sit damnatus (vt Christus dixit) ad pœnas; beati certe admissi sunt ad coronas. neque enim ad vindictam promtior est, quam ad gloriam. Hæc ergo est Catholicorum fides, & solatium in aduersis, quod quasi ab ore anima ad cœlum euolet, si nihil in ea sit quod purget. Hoc crede, labora diligenter, suffer patienter, nec molestias verearis: appropinquat finis, merces magna, duratio æterna.

XV. Multi ridēt Christum. *Primo.* Prouer.9. 14 & 22. Ephe.1.4. & 5. *Et deridebant eum.* Rident quia puellam obijsse, vt Lucas ait, certo cognoscebant, vt tanto maius esset miraculum. Multi Christum rident, & à Scriptura irrisores vocantur. *Primo.* Hæretici omnes qui Ecclesiam, quæ Christi corpus est, rident: quia verba Christi male intelligunt, sicuti & hi male intelligentes, putabant Christum nescire puellam mortuam. sic rident nos hæretici cum ieiunamus, Sanctos inuocamus, imagines honoramus, cruce insignimur &cæt. *Secundo.* Mali Catholici rident pios, qui peccata timent, & salutis suæ per opera bona satagunt. sicuti ridetur hic Christus cum mortuam vult viuificare, sic Iob, & Tobias ridebantur, vt scrupulosi, & Apostoli quasi purgamenta mundi. Scribit Sanct. Leontius vitam Simeonis, qui dictus est σαλος id est stultus, quia stultitiam affectabat, optans rideri à seculo. Sanct. Basilius quoque narrare solet, virginem quandam in Monasterium ingressam, simulasse stultitiam. Deus autem Simeonem multis post mortem miraculis honorauit, & Abbati Piterio, dictæ virginis sanctitatem reuelauit: quam ille inuisit, & toti Monasterio quanta esset detexit. Quam vero hæc à nobis longe absunt, qui non tantum perfectionis, sed & necessitatis opera omittimus, præ metu irrisionis: magis æstimantes stultorum contemtum, quam Christi gloriam, qui nos intuetur, & in virtutibus nostris, sibi complacet. Rideant illi hic; non ferent profecto impune: *nam & Deus in interitu eorum ridebit cum ipsis quod timebant aduenerit.* Videbunt peccatoris subuersionem iusti, & ridebunt dicentes. *Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarū.*

(Margin: *Secundo.* — 1.Cor.4. — Tom.4.Sur. die 1.Iul. — *Exempla.* — Prou.1.26. — Psal.51.8.)

Tunc

Tunc impij irrisores videbunt iustorum gloriam, & dicent, *Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperij. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est?* Noli bonum metu irrisionis omittere: nam in cœlo maiorem habebis gloriam & qui erubuerit Christum, id est, bonum, & CHRISTVS eum coram Patre suo erubescet. *Sap. 5.* *Luc. 9. 26.*

XVI. *Et cum eiecta esset turba, intrauit*. Notat hic Gregorius, non posse Christum ad animam nostram ingredi, vt eam à peccati morte suscitet, nisi eiectis primum sollicitudinibus, & cupiditatibus temporalibus. Marcus, & Lucas addunt, intrasse, simul Petrum, Iacobum, & Ioannem, ac parentes puellæ: vt discamus occulta peccata, occulte esse sananda, nemine nisi Confessario, & parentibus qui iuuare possunt ad sanitatem, conscio. ideoque detrahunt, & mortaliter peccant, qui occulta aliorum peccata propalant. imo etsi alijs nota sint, tamen non expedit de eis multum loqui. *Primo,* Quia sic diabolo redderis similis, qui nihil nisi peccata nostra cogitat. *Secundo,* Minuitur in te & auditoribus amor proximi, & ęstimatio. *Tertio,* Malam & noxiam consuetudinem induis. *Quarto,* Negligis te ipsum, sicuti qui semper aliena curat sua negligit. *Quinto,* Rarum est vt de his instituatur sermo quin eis aliquid addamus, atque ita de proximo mentimur, & ad retractationem mendacij obligamur. Caue ergo hæc, & te ipsum examina, habes enim illic quod cures. *lib. 11. Moral. cap. 25.* Aliena vitia cur tacenda. 1. 2. 3. 4. 5.

XVII. *Et tenuit manum eius, & dixit: puella surge, & surrexit puella.* Lucas Dominum clamasse scribit, & redijsse puellæ spiritum. Marcus ambulasse eam. Lucas denique iussisse Dominum, vt ipsa manducaret. Vt ex his modū suscitandi peccatoris discamus. *Primo* enim clamat Deus in concionibus, dicens *surge*; facit vt homo iam ad eas incipiat attendere, & paulatim sentire, vt sic spiritus redeat ex concepto inferni metu. *Secundo,* Manum porrigit in amicitię symbolum, & adiutorium. his enim duabus de caussis manus porrigi solet. Fit hoc cum suscitat nos spe remissionis peccatorum, & operibus pœnitentiæ, quæ per Dei gratiam facimus loco peccatorum. Cum vero adiutorium eius & manum sentis, porrige & tu manum, Quomodo spiritualiter mortuus suscitetur. 1. 2.

non chirothecam, aut manicam vacuam, id est ex animo fac quod agis, confitere, ac reliqua, non ex hypocrisi, sed in sin-
3. ceritate perfice. *Tertio,* Iubet eam ambulare, id est, in bonis procedere. In Christiana. n. vita nolle progredi, & regredi; nō
a Serm. 64. proficere, est deficere; nō vincere, est perdere, vt [a] Leo, [b] Cas-
b Coll. 6. c. 14 sianus, & [c] Bernardus docent. *Quarto,* Iubet vt manducet. Eu-
c Epist. 341.
4. charistia enim non minus ad animæ conseruationem necessaria est, quam panis quotidianus corpori. Ideoque tam multi sunt infirmi, quia tam diu à cibo hoc ieiunant.

XVIII. *Et exijt fama hæc in vniuersam terram illam.* Alij Euangelistæ dicunt vetuisse Christum ne miraculum hoc diuulgarent: sed non poterat manere occultum. honoris natura est fugientem sequi, & fugere sequentem. Vis honorari? fuge honorem. humiles enim exaltantur, superbi humiliantur, ambitiosi sperr-
Quæstio. nuntur. *Quæres*? Cur voluerit Christus miraculum fœminæ
Responsio. contactu vestis sanatæ propalari. *Respondeo,* Ad cōfirmandam Archisynagogi huius fidem. Cum sine fastu opera bona corā
1. Cor. 11. alijs facis, ad eorum instructionem, hoc Christianum est: sic
Matth. 5. Apostolus labores suos enarrat, & Christus, eiusque Vicarius Petrus mandat vt luceat lux nostra coram hominibus, quo & ipsi ad similia excitentur. Vanus & inanis quorundam metus est, qui, ne superbiant, bonum coram alijs omittunt, aut si tentatio superbiæ irrepat, intermittunt etiam inchoatum. Diaboli hæc fraus est, vt bonum impediat ac proximorū salutem. Respondeas ei cum B. Bernardo. Hæc res neque propter te cœpta est, neque propter te omittetur. Perseuera
Matth. 10. in bono: *qui,* enim, *perseuerarit vsque in finem, hic saluus erit.*

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, mitissime potentissimeq́; Deus, qui per fimbriæ tuæ contactum sanguinis fluxum in gentili fœmina stitisti, puellā duodennem manus admotione ac diuina iussione potenter à mortuis resuscitasti, firmasti parētes eius in fide, ac nobis operosæ charitatis, ac profundæ humilitatis reliquisti exemplum: miseri homines eodem sanguine

guine fluimus, per peccata enim nostra omne robur, omnis gratia, omnes virtutes à nobis effluunt, ac sine te non possumus quin simul ad aeternam mortem decurramus; anima etiam in corporis nostri domo defuncta iacet, & tantum iam efferri, ac in gehenna sepulcrum inferri reliquum habet. Quamobrem ex animo deprecamur, contingamus vestimenti tui fimbriam, & bonorum operum, mediante corpore tuo factorum, fiamus participes. Tange nos, & diuinae opis manu erige: dona nobis vitam tua gratiae, ac vires ad virtutum omnium incrementum. Ciba nos crebro Sacrosancto tuo Corpore, vt ex hoc in animae sanitate, atque alijs omnibus tibi acceptabiles, ad vitam perueniamus aeternam. Amen.

DOMINICA XXIV. POST PENTECOSTEN.

Euangelium Matth. 24.



N illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: cùm videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, stãtem in loco sancto: qui legit, intelligat: tum qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua, & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Væ autem prægnantibus & nutrientibus illis diebus. Orate autem, vt fuga vestra nõ fiat in hyeme aut Sabbatho. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi, ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur erit ab oriente, & apparet vsque in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ

cadent

cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur, & tunc apparebit signum filij hominis in cælo. Et tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum, vsque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam, cùm iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia propè est æstas. Ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec hæc omnia fiant. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.

Compendiosa Euangelij exegesis.



VM Dominus Iesus tertia Palmarum Hierosolymis in templo docuisset; vespere, iuxta consuetudinem, exijt in mõte Oliueti, pernoctare in oratione ad Patrem. Exeunti è templo, discipuli pretiosam, magnificam, ac solidam templi structuram ostendêre. quibus ille, [a] *videtis*, ait, *has ædificationes* b, *venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem.* Conscenso monte, Petrus, Ioannes, Iacobus, & Andreas, *quando*, inquiunt, *hæc erunt*. Quærentes simul quod signum foret aduentus sui nouissimi. Ad vtrumque plene respondit, & destructionem quidem templi non statim futuram, at alia multa debere præcedere. *multi*, inquit, *venient in nomine meo, dicentes: ego sum Christus*. Erunt prælia multa, & *consurget gens in*

Luc. 21. 37.

a *Marc. 13. 2.*
b *Luc. 21. 6.*

Ibid.

Matt. 24. 5. & seq.

gentem, & regnum in regnum: erunt pestilentiæ, & fames, & terræ motus. vos quoque multa patiemini, & occidemini, multi fidelium in persecutionibus à fide deficient: *multi Pseudoprophetæ surgent, & seducent multos,* & prædicabitur, & diuulgabitur hoc Euangelium in vniuerso orbe. & tunc veniet consummatio templi, & Hierusalem. Et hæc omnia facta sunt. Omnes. n. Apostoli, excepto Ioanne Euangelista, occisi sunt ante hanc destructionem, prædicatum fuit vbiq; Euangelium, testante Apostolo in ea quam ad Romanos, anno Domini 58. & ad Colossenses 60. dedit. His dictis, pergit Christus ad verba hodierni Euangelij. *cum videritis abominationem desolationis, stantem in loco sancto, quæ dicta est à Daniele,* quæ quia intellectu difficilis, subiungit, (*qui legit intelligat,* id est, conetur intelligere) tunc fugietis. Daniel namque, *erit,* ait, *in templo abominatio desolationis,* quæ contigit, factâ Hierosolymis anno Domini 68. ingenti discordia, optimatibus arcem, *Syon* dictam, custodientibus, seditiosis *templum* inuadentibus, ac foris intusque sanguinem multum effundentibus. Quod primo quidem mense Augusto, deinde etiam Octobri accidit, Sestio Syriæ Præside cum Romano exercitu Hierosolymam obsidente. Tum locus sanctus, id est, Templum multa sanguinis profusione, alijsq; abominabilibus desolatum, ac prophanatũ & eodẽ tẽpore ciuitas obsessa est; etsi non occupata, vsq; dum anno septuagesimo secundo, eã Titus circumdedit, & tandem inuasit, & cum templo destruxit. Ideoque Christus duo signa futuræ destructionis assignat, abominabilem nempe desolationem in templo, & vrbis, vt Lucas refert

Rom. 10. 11. Colos. 1. 6.

Dan. 9. 27.

refert obſidionem. Cum videritis hæc ſigna, ait Chriſtus, non modo ex vrbe, imo ex omni Iudæa, fugite; & qui in tecto eſt, (erant namque plana Iudæorum tecta) non deſcendat in domum ſuam, ſi aliunde detur euadere; aut ſaltem ne curet tollere aliquid de domo ſua. Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam. Tum namque incipiet vindicta innocui ſanguinis Chriſti, quæ tam erit immenſa, vt quilibet non niſi de euaſione ſit futurus ſolicitus. Male itaque erit prægnantibus & nutrientibus, quibus nec longe nec commode fugiendi facultas; Deum orate vt non fiat fuga hæc in hyeme, qua nec procul, nec commodè fuga fit, & ob lucem exiguã, & ob tempeſtates: vel in Sabbatho, quo per legem Moſaicam iter facere ſuper vnum miliare non licebat.

Hanc Chriſti præmonitionem de ſignis propinquæ deſtructionis, Chriſtiani obſeruarunt, ac tempeſtiue cum vxoribus & liberis Hieroſolyma fugerunt, in vrbem quandam trans Iordanem, nomine Pellam, ſecum pariter Diui Iacobi primi Hieroſolymorum Epiſcopi, cui inſidere ſolitus erat ſellam aſportantes: quæ deinde bello finito, eodem relata eſt, qua & vltra trecentos annos Epiſcopi Hieroſolymitani, ſancti Iacobi ſucceſſores, Euſebio teſte, ſederunt. Poſt dicta ſigna ſequitur tribulationis & anguſtiæ Hieroſolimitanæ, ſuæ deſtructionis tempore; magnitudo, quæ tanta erit, CHRISTO teſtante quanta nunquam fuit ab initio mundi, nec erit, nec (vt Græcus habet) eſſe debet: Hanc etenim Antichriſti immanitas ſuperabit. Obſeſſa erat vrbs decimo quarto Aprilis, anno Chriſti 72. & vrbs inferior occupata eſt, & templum combuſtum, lib. 7. hiſt. c. 14.

octauo Augusti. Syon autem vrbs superior, octauo Semptembris superata: adeoque intra hos quinque menses, vltra vndeties centena hominum millia, peste, fame, gladio, flamma, alijsque miserijs periere, & nisi electi, ij nempe quos Deus videbat ex Iudæis, vel eorum filijs, aut posteris, ad Christianam fidem conuertendos, obstitissent; diuturnior fuisset obsidio, nec vnus quidem reliquus. Eodem dictæ tribulationis tempore, multi erunt, inquit Christus, dicentes se esse Messiam, habentes Pseudoprophetas suos, ac Doctores, doctrina sua populum hortaturos, ac fictis miraculorum signis, nedum fascinationibus, ad se tracturos, adeo vt electi etiam, si possibile esset in errorem ducti fuissent. fuerunt hæc pręcipue duo vel tria, quę Christus in Euangelio his verbis significare videtur. *Si dixerint vobis. Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus nolite credere.* Templum namque, quod hic domus dicitur, occupatum erat à duobus capitibus, qui, tanquam Christus, vel Messias volebant recipi: Ioanne, qui cũ exercitu suo partem exteriorẽ, & Eleazaro, qui cum suis interiora occupabat. Simon cum prædonibus ac sicarijs 40000. & vltra extra Hierusalem omnia turbabat, ac tandem etiam in arcem, Syon dictam inuasit. hos ac similes dicit Christus falsos Christos: in secundo namque Christi aduentu non dicetur: ecce intus aut foris est, sed omnibus apparebit conspicuus, sicut fulgur in Oriente paret ad Occidentem. & sicut carniuoræ volucres, Aquilæ maxime, quæ odoratu valent, & à longe prospiciunt, statim ad cadauer aduolant; ita & electi omnes statim videbunt venientem, & ad eum conscendent. Hæc ad primum Aposto-

lorum

lorum quæsitum responsio est: sequitur ad secundum, de signis extremo iudicio præuijs, de quibus vt proximis Christus loquitur, tametsi iam anni 1500. transierint, vt nihil de hoc certi habentes quouis momento parati essemus. Itaque *statim*, inquit, *post tribulationem dierum illorum*, id est, non multò post destructam Hierusalem: nam mille sexcenti, aut bis mille anni nihil ad æternitatem, imo apud Deum, *mille anni ante oculos* eius, *tanquam dies hesterna quæ præterijt.* Signa iudicium præcedentia hæc erunt, Sol & Luna obtenebrabuntur, & lumen nõ dabunt. Stellę cadent de cælo, non reuera, sed igne cadente desuper, vt sæpe videtur in aere; stellæ non lucebunt in cælo, & virtutes cælorum mouebuntur, nimirum Angeli, mirantes super altercatione in creaturis futura. Et cæli ipsi cum Sole, & Luna, & Stellis, quæ item virtutes cælorum appellantur: omnia enim ea immutabuntur prius omne lumen amittentia, & iudicio peracto, vt Isaias ait, lucidiora futura. Obtenebrato sic orbe, Crucis signum in cœlo apparebit, quam homines huius sæculi, mundum magis quam Christum secuti, videntes, præ timore magno eiulabunt ac flebunt maximè. Tum Christus cum inenarrabili claritate corporis sui, & innumerabili Angelorum copia, è cælo veniet, splendida nube, tanquam Dominus omnium, sedens: quemadmodum in cælum ascendens, in nube ex oculis Apostolorum sublatus est. Tunc vndequaque congregabunt Angeli corpora hominum, & ingenti sono defunctos omnes ad iudiciũ vocabunt, pios maximè ab impijs separabunt & ad dexteram Christi iudicis collocabunt. hæc sunt futura

Psal. 89. 4.

Psal. 32.

Isaia 30. 26.

iudicio præuia, quæ cum fient dubio procul iudiciũ & Dei regnum mox subsequentur: sicut non dubitamus, quin prope sit æstas, cum iam fici ramus tener fuerit & folia nata. *Amen*, inquit Christus, *non præteribit generatio hæc donec omnia hæc fiant.* id est Iudaica natio, etsi vt dictum est, multa patietur, non præteribit multis tamen alijs transeuntibus, at in consummationem vsque sæculi (testante illud Iesu vero Messia) permanebit, quem tanto tempore expectantes, alium non accipient, hęc ipsa veritas est quæ fallere non potest. Prius namque cęlum & terra, & quicquid in ijs est præteribit, quam Dei verbũ in minimo deficiat.

Documenta Concionis vigesimæ quartæ.

I. **Cur hęc Dominica Romano vsu, semper vltima.** DIXIT *Iesus discipulis suis.* Euãgelium hoc de iudicio extremo, semper nobis, secundum Romanum vsum, Dominica vltima post Pentecosten, ante Aduentus proponitur, cum Dei iudicium rerum omnium vltimum, ac sæculi consummatio futurum sit, sicut hæc Dominica Ecclesiasticũ annum claudit. **Ecclesia quomodo diuidat tẽpora.** Sancta namque Ecclesia diuinum officium ab Aduentu incipiens, totius sæculi cursum tripartitum significat. *Primo.* *Primo*, in Aduẽtu, tempus ab Adamo ad Christum vsq;. *Secundo.* *Secundo*, à natiuitate Christi, ad primam Dominicam post Pẽtecosten, omnes Christi annos: pueritiam nempe eius, ad Purificationis vsque recolimus, vitam eius laboribus atque ærũnis plenam, ad quintam Quadragesimæ Dominicam: Sanctã eius passionem, mortem & sepulturam, ad Pascha vsq;. Quadraginta dierum à sua resurrectione; decem ab ascensione, & magnæ festiuitatis Sacræ Pentecostes, qua primum sanctum Spiritum in Ecclesiam suam misit, & Apostoli multa hominum millia ad Christum perduxerunt, à Paschate ad Octauã Pẽtecostes, memoriam agimus. *Tertio.* *Tertio*, reliquum anni ad Aduentum

uentum vſque, omne tempus Eccleſiæ vel etiam mundi ſignificat, ab Aſcenſione Chriſti, & miſſione Spiritus ſancti ad nouiſſimum vſque diem, & extremum iudicium. Decet itaq; omnes fideles, qui fidem habent horrẽdi iudicij diuini, iam cõſcientias ſuas examinare (quæ in extremo iudicio toti mũdo patebũt) & quid anno iam exacto fructuum fecerint, an profecerint, an defecerint, & quantum, an iam parati ſint ſiſti iudicio Dei, & quam multi ex ſua cognatione hoc anno è uiuis ad Chriſtum vocati ſunt, reddituri coram ipſius tribunali de factis, dictis, & cogitationibus ſuis omnibus rationem, cogitare. Quod contigit illis hoc anno, & vobis anno ſequẽti, opinione veſtra celerius contingere poſſit.

Cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto. Cum Chriſti diſcipuli pretioſam ſtructuram templi, cum voluptate & admiratione ſuſpicerẽt, monuit eos Chriſtus de eiuſdem excidio, quod ad mundi vſque finem duraturum putabant, ideoque & de templi, & ſęculi conſummatione ſimul inquirebant. Diſce omnia finem habere, quantumuis magna, pretioſa, pulchra, potentia, fortia, firma. Ideoque ſi quid admirandum aut pulchrum occurrat, admirari, ac moueri deſinite; cor veſtrum non apponite, nec Deum minimo cupiditatis peccato offendite: at breui finem fore cogitate. In dignitatis ac voluptatum motibus, finē reſpicite: Et verba Chriſti attendite. *non relinquetur lapis ſuper lapidem.* Sublimitas humiliatione, diuitiæ paupertate. gaudia luctu, voluptas mœrore fruitur, è contra humiles ac deſpecti exaltantur, pauperes diteſcunt, triſtes conſolantur, famelici ſatiantur. Vtrum vis elige, aut luctum aut gaudia, aut in præſenti temporalia, aut in futuro æterna. Abominabilis deſolatio templi ſignum eſt finis, non modo templi, aut Hieroſolymæ, imo *Primo*, etiam mundi, cuius tum finis in proximo eſt, cum Dei templum vaſtatur. Quod licet plene futurum eſt Antichriſti tempore, qui omnem Dei extinguet cultum, & Eccleſias deſtruet, & ipſe in templo quod Hieroſolymis extruet adorari volet: videntes tamen noſtro ſęculo monaſteria dirui, Eccleſiaſque vaſtari, non eſt quod dubitemus Antichriſti prodromos eſſe, qui hęc moliuntur, hoc

Marginalia: II. — Omnia finē habent. — Deſolatio templi quid pręſignarit. — I.

hoc pacto illi locum parantes. *Secundo*, hominis qui iustè rogi-
2. tet instantem sibi mortem, cum in anima sua (quæ templum est Spiritus sancti) desolationem videt, à peccato factam. Vnum namque peccatum mortale, Dei gratiam repellit, cum christianis virtutibus omnibus: priuat hominem omnibus meritis, & ad omnia reddit inutilem, & nihilo viliorẽ: efficit eum dæmonum habitaculum, spirituum immundorum custodiam, & immundarum atque exosarum auium nidum. Si itaque in conscientia tua peccatum aliquod mortale inueniatur, time mortem, exemplum ab illis, qui in peccato mortali subito moriuntur, vt Sodomitis, Gomorrhitis, cum alijs tribus regnis, ab Holoferne, Balthassar, Babyloniorum Rege, Amnon filio Dauid, Anania & Saphira, & alijs multis, quos refert Scriptura, sumens. Peccator namque omni creaturæ odibilis est, & ad mortem appetitur.

1. Cor. 6. 19. *Apoc. 18. 2.*

Qui legit intelligat, hoc admonet Christus, *primo* vt doceat
III. Scripturam Sacram non vbique adeo, vt multi putant esse apertam, *sunt* namque in ea *quædam difficilia intellectu quæ indocti & instabiles deprauant*, & in contrarium sensum torquent. Omnes Sancti Doctores difficultatem hanc contestantur, q̃ nõ omnibus; sed multis Scripturæ locis est, tũ ne diuina mysteria Ecclesiæ Catholicæ, ab impijs cognita, rideantur; nec sanctum detur canibus, aut mittantur margaritæ ante porcos, tum vt omni cum diligentia, pijsque precibus Dei Spiritum peteremus, vt per eundem Scripturas intelligamus, per quem Spiritu sancto inspirante scriptę sunt: tum vt verum Scripturæ sensum, non è nostro cerebro, sed ex Ecclesię Catholicæ doctrina, perciperemus: quæ totius mundi magistra est, & *columna veritatis*, à qua non modo Scripturæ textum habemus, sed & synceram expositionem, id est, spiritum cum litera. Cauete ergo à quibusuis hæreticis, qui quouis tempore pro suo arbitrio Scripturas interpretantur, & in graues errores incidunt. Verum sensum extra Ecclesiam nõ est inuenire, hæc enim, vt est Christi spõsa, eius interpretationẽ sequitur, & veritas super eam, vt firmam petram, fundata est & ab ea sola habetur & vobis data est magistra, quam qui non audierit sicut ethnicus erit. *Secundo*, ne verbum Dei flocci pendamus:

Primo. Cur Deus noluerit omnes Sacras scripturas esse planas. *2. Pet 3 16.* *Matth. 7. 6.* *2. Pet. 1. 21.* *1. Tim. 3. 15.* *2. Cor. 3. 6.* *Matth. 18. 17.* *Secundo.*

mus: si enim verba, promissa, aut minas Principum ducumue parui non facimus, & dicta doctorum in pretio habemus: pueriles autem fabulas, stultos, indoctos, mendaces, non curamus, sane qui Dei verba ac minas nihili facit aperta impietatis suæ testimonia reddit. vt itaque Deum vos timere declaretis, audite eius verba, frequenter ruminate, stimulamini in amorem, ac desiderium bonorum, quæ promisit, & in timorem malorum quibus peccatores terret. *Tertio*, solidatur hic fides nostra, certo, vt iam dictum est, extremum Dei iudicium secuturũ, cum iam destructio templi quam & Christus prædixit, vt figuram ac vmbram iudicij, facta sit. Credite ergo nihil eorum quæ Christus promisit præteriturum, at omnia tempore suo implenda, vt impletum est, quicquid olim prædixerunt prophetæ. *Tertio.*

IV. *Tunc, qui in Iudæa sunt, fugiãt ad montes; & qui in tecto non descẽdat tollere aliquid de domo sua : & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam.* *Nota primo* prouidam Dei benignitatem, monentis electos suos in tempore pericula euadere, & extra Iudeã fugere, ne cum incredulis Iudæis magnã obsidionis angustiam experiantur. Scribit Iosephus stupenda præcessisse prodigia. Cometam specie ensis oblongi supra ciuitatem, integro anno apparuisse. Octauo Aprilis circiter Paschæ nocte lumen aliquod, instar diei, dimidia hora templum & altare circumfulsisse: eodem festo vaccam, in sacrificium ad templum adductam, agnum enixam esse. Ostium æneum templi ad Orientalem plagam, adeo graue vt vix à viginti claudi posset, dimidia nocte vltro patuisse. Vigesima prima Maij ad vesperam, circa Solis occasum, milites multos in aere armatos, quasi terram peragrare visos & vrbes circumdare. Nocte sacræ Pentecostes, Sacerdotibus in templo, vt secundum cõsuetudinem sacrificarent existentibus, magnum murmur auditum, & postea vocem hęc sæpius iterãtem: migremus hinc, migremus hinc. Denique Iesum quendam Ananiæ filium virum de plebe quadriennio ante obsidionẽ nihil aliud, quam voce lamentabili, & gemitibus multis nocte & die exclamasse: væ væ Hierusalem vox ab Oriente, ab Occidente & à quatuor ventis, super Hierusalem, super templum, & super omnẽ populum.

Dei cura pro nobis. *Lib. 6. Belli Iudaici. c. 30.* *Præludia vastationis portentosa.*

populum. Et quantumuis eum cæderent & flagellarent vel ad ossa vsque non tamen clamare destitit nec misericordiam precabatur, nec lachrymas vllas fundebat, sed inter ictus clamabat: væ væ Hierusalem. Iudæis incredulis signa hæc præstita erant ex misericordia immensa, vt se conuertentes pœnam imminentem euaderent. Testatur Eusebius Christianos singulariter monitos Deo reuelante, inde trans Iordanem fugere in ciuitatē Pellam nomine, quod sine mora fecerūt. Deus namq; multū de suis curat vt in multis veteris legis exemplis, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Moyses, Dauid, alijsq; timoris viris ac fœminis patet. *Dat metuentib. se significationem vt fugiant à facie arcus*, & armis inimicorum suorum, *oculi enim Domini super iustos*, ne illis quid noceat. Itaq; Deum time, illum habe præ oculis, fac quæ illi maxime placent adeoque illo nitere. *Nota Secundo*, quid hortetur nos Christus facere dū Ecclesia à gentilibus vel hæreticis persecutionem patitur, nimirū fugere & infideles vitare, præstat namque in montibus cum feris viuere, & quæ habes, relinquere quam cum hæreticis & fidei hostibus manere, qui te blanditijs, promissis, tormentis aut minis possent peruertere. fecit hoc Mathathias in lege veteri cum quinq; filijs & alijs pijs Iudæis persecutionem Antiochi fugientes, quæ habebant relinquebant, sub dio habitabāt in montibus & bestiarum instar fœnum edebant. In noua lege frequentarunt hoc S. Martyres, & plurimi Confessores, vt Athanasius Patriarcha Alexandrinus, qui fugiens Arrianos & Iulianum Apostatam multis ac longinquis regionibus peragratis sexennio in sicca cisterna, quadriennio deinde in paterno sepulchro delituit. Maximianus Nolæ in Campania Episcopus in syluā fugit, vbi omnino despectus & inops vixit quo ad vsque à Sancto Fœlice Presbytero suo pene mortuus est inuentus. Sanctus Paulus Eremita, persecutionis ergo, quindecim annorum adolescens primus deserta incoluit, vbi ad centesimum decimum tertium annum vixit. De alijs multis refert Victor Africanus & alij Scriptores Ecclesiastici. *Nota Tertio*, *tria* hic hominum genera ad fugam moneri. *Primo*, qui in Iudæa sunt, id est, Deum confitentur & laudant. *Iudæa* namque Hebræum est *confes-*

Lib. 9. hist. cap. 5.

Psal. 59. 6.
Psa. 33. 16.

1. Mach. 2. 28
2. Mach. 5.

Tria hominum genera ad fugā monentur.

confeßio ac laudatio. Hi sunt pij omnes fideles, qui hęresiō tempore ad montes fugient, id est, ad auxilia Sanctorum iam in cœlis regnantium, ad doctrinam Sanctorum Patrum, Sanctæ Ecclesiæ quam inter Pastores & doctores Catholicos inueniunt. Item deserent valles, id est communem populi vitam & corde ac affectibus in cœlis habitabunt vitamque cęlestem ducent. *Secundo*, qui in tecto sunt, id est, Religiosi, qui omnia relinquentes & sub pedibus calcantes, in perfectionis statu viuentes, solo Deo occupantur, nec statum suum deserent, nec ad seculum se recipient, etenim Deus singulariter prouidebit illis.

Tertio, qui in agro sunt in vita actiua satagentes circa victum quærendum, aut proximo subueniendum, vt sibi caueant ab in domum suam reuertendo, & tunicam accipiendo ne redeant ad malam vitam semel relictam, nec tegant se peccatis, nulla namque à fide relabendi occasio aptior quam mala vita. Et cum modo sint hæreticæ tyrannidis tempora, vita libros, doctrinam, & communionem eorum: amplectere antiquorum Ecclesię Catholicæ fidem, vni te sæpius Deo, inuoca Sanctos, audi doctores, suscipe Sacramenta eius, & confide Christum te ab omni hæretico furore seruaturum.

Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. orate autem vt non fiat fuga vestra in hieme vel Sabbatho. Quatuor fugam impediunt: prægnare, nutrire, incommoda in hieme via, & de non fugiendo mandatum. Itaque cum fugiendum esse videris nullum horum te impediat, nec te circumueniat angustia, sicuti matrem illam de qua Iosephus, quod proprium filium occidit, assauit, comedit: cum tamen ingenua nobilis atque opulenta matrona esset. Certus es animam tuam semel corpus hoc deserturam, at de tempore incertus; para te tempestiue in hanc fugam. nam sicuti Quæstor præsciens aduentum Domini sui, ad rationem petendam; discipulus magistri sui se examinaturi, & miles Capitanei sui ad pugnam ituri, non deferent in vltimam horam se parare, possent namque grauiter puniri: itidem vnumquemque fidelem aduentū Iudicis prę oculis habere, seq; tēpestiuę ad mortē, q̄ nulli parcit, nec

nec inducias, nisi in aduentu suo paratos inueniat, concedit, parare oportet. Prægnant, inquit Hilarius, qui pleni sunt vitijs vel consensum in illa in animo ferunt, vel (vt alij) qui quidem inspirationes, cogitationes desideria bona habent, ea tamen ad opus nõ applicant. Lactant illi, qui in peccatis pergunt & ea malis suis passionibus, quasi lactę lactant ac nutriunt. In hieme sunt, qui tristantur aduersis, vel amissione tẽporalium bonorum. Sabbathũ, id est, festus dies Iudæorũ significat quietem ac delectationem in temporalibus. Discis ergo hinc ineptos admodum esse qui in persecutione aut morte persistant, qui temporalibus corda apponunt, qui peccatis fortiter non resistunt, qui inspirationes Dei ad opus non applicant. Scribit hac de re Beda exemplum mirabile de quodam nobili Anglo mundanis delicijs admodum dedito, & paruam salutis animę suæ rationem habẽte, hic monitus cõfiteri, semper distulit, & in morbum interim incidit, in quo cũ denuo moneretur respondebat velle se primum conualuisse: nam, aiebat, ridere me possent, quasi mortem timens cõfiterer. Cum ergo morbus inualesceret, & Rex Conradus qui eum summopere amabat, eum inuisurus aduenit, æger horribili voce exclamat, quid modo tentas? quid hic agis? serum est: Iuuare me non potes. Venerunt iam ad me speciosi duo adolescentes cum pulchro, attamẽ paruolibello, quo quicquid vnquam boni feceram scriptum erat, mox magnũ Diabolorum agmen ingressi sunt cum horribili libro quo omnia peccata mea habebantur quę vnquam commisi, non modo verbo & opere, sed minima etiam cogitatiõne. hunc mihi eorum vnus legendum porrexit, qui ad dictos duos adolescentes aiebat: Quid hic moramini, certo scientes hunc esse nostrum? Respondebant: vera dicis, tolle eum, atque in vestræ damnationis cumulum abijce. Confestim euanuerũt, & duo malignorum spirituum furcis me percusserunt, alter in capite, alter in pede, qui iam superne atque inferne intra viscera mea serpunt, me inenarrabilibus tormentis afficiẽtes. & cũ simul illi cõuenerint, ego moriar, & ab illis in carcerem infernalẽ trahar. Hæc locutus expirabat. hoc tibi sit speculũ ac para te in contritione, confessione, & pœnitentia ne similiter tibi accidat.

Lib. 5. hist. Angl. c. 14.

Erit

Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet. Iudæi plura à Deo beneficia acceperant quam alia quæuis natio, rectam habebant Dei notitiam, veram fidem, veri Dei cultum, verbum diuinum & ex ijs Deus natus est, conuersatus est cum eis annos tres & triginta in vita probata admonendo, docendo, multo labore terram eorum perambulauit, cuiuis benefecit & innumeris miraculis homines iuuit &c. Iudęi è contra ingrati semper & diuinæ voluntati restiterunt, qui tandem etiam Messiam suum tot ante sęculis promissum & expectatum negauerunt, reiecerunt, turpissima ac grauissima morte affecerunt, & vindictam eius in se ac filios suos receperunt. Non ergo mirum si Deus magnam ijs pœnam immiserit destruens ciuitatem eorum Hierusalem cum templo sancto & omni Iudęa dispergens qui ex toties centenis millibus reliqui erant, in omnes terras vbi in grauissima seruitute & ignominia ad nouissimum vsque diem permanebunt, in confirmationem fidei, quam in Scriptura veteris legis custodiunt. *Nota* quod qui plura beneficia acceperunt plura tormenta per suam ingratitudinem patientur, fatendum est nobis Christianis beneficia Dei nobis collata omnibus Iudæorum pręstare. nos namq; Deum plenius nouimus, fides nostra certior, Sacramenta nostra sanctiora, Sacrificium nostrum perfectius, Sacerdotes nostri potentiores, qui non corporalem lepram dignoscunt, sed peccati maculam diuina authoritate abluunt Christus Deus & homo adest nobis visibilis, & intrat in nos cum carne & sanguine, anima & corpore. Deus & homo non in figura sed veritate gratiam suam nobis dat abundanter, semper patentem habens suorum vulnerum fontem vt merita sua nobis impertiatur. Si ergo ingratus es, time maiorem hac Iudæorum pœnam, quę vmbra tantum fuit futurorum malorum: & licet Deus non statim peccata tua puniat, cogita eo peiorem futurum finem quo iam Dei misericors patientia maior est, Iudaica namque natio maiorem nunquam pœnam sustistinuit quam in hac sui dispersione ac destructione. VI.

Et nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. O summam Dei benignita- VII.

tatem qui & in summa ira misericordiæ non obliuiscitur: iustitia eum compellit ad pœnam, misericordia retardat manum eius. Vbi est iustitia eius ibi misericordia eius, & in ipsis inferni tormentis vbi damnati infra merita sua puniuntur. Sed aduerte abbreuiationem hanc tribulationum propter electos factam: nam vbi vnus est pius ibi Dei præsentia & misericordia. Rex Sodomorum & alij Reges quatuor, & omnis eorum populus ab hostibus capti, propter Loth iustum liberati sunt cuius præsentia longo tempore seruauit Pentapolim, quæ tandē ob multitudinem iniquitatum suarum demersa est. Paulus à Deo, ne quis eorum, qui secum in naui erant, naufragio periret obtinuit. Beatus Gregorius Turonensis scripsit ante annos 1000. Nicetium Episcopum Treuirensem aliquando Deum grassante peste feruenter orasse pro conseruatione suæ ciuitatis. Media ergo nocte sonus factus est magnus qui populum excitaret, & audita est vox dicentis: O socij quid hic efficimus? ad vnam namque portam Eucharius ciuitatis est custos, ad aliam maximinus. Medius est Nicetius: nihil hic efficere possumus. Eo modo ciuitas à peste seruata est. ad vnam namque portam S. Eucharij Monasterium est: ad aliam S. Maximini, in quibus Religiosi & Nicetius in ciuitate Episcopus per eorum preces & merita Dei auxilium ciuibus impetrarunt. Vtilius itaque est ciuitatibus Cœnobia multa Religiosis vitæ probatæ plena habere, quam fortia mœnia ac munimenta extruere. de Oxirincho scribit Euagrius plura ibi Cœnobia quam ciuium domus fuisse per quos fiebat nullum ibi esse hęreticum, at vniuersos ciues in pace concorditer viuere. Qui Religiosis alijsque Dei amicis egentibus benefaciunt procul dubio participant de bonis eorum operibus vt cooperatores ansamque perseuerandi in bona vita præbentes. Itaque Religiosos honora, opera charitatis ac largas eleemosynas ijs impende, tuere ac prodesto ijs quantum possis: magna enim hic erunt merita tua, & fortia, vtpote vnita eorum ieiunijs precibus, pœnitentiæ; ac virtuosis operibus, & posthac recipient vos in ęterna cælestis gloriæ tabernacula.

Gen 14. & 19. *Act. 27. 37.* *In vitis SS. patrum c. 17.* *In vitis patrū* *Luc. 16.*

Tunc

Tunc si quis vobis dixerit ecce hic est CHRISTVS *aut illic: nolite credere surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ.* Bifariam hoc exponi potest, nempe per, *hic*, intelligentes, aut personam aut locum. Si personam intelligas patet multos olim se Christos dixisse: & in nouissimis diebus Antichristus à Iudæis vt CHRISTVS accipietur, sed delusos se videntes ad verum se Christum conuertent. Heresiarchæ omnes & si id verbis non prodant, haberi tamen pro Christo volunt: nam ab ipsis asseclæ sui dicuntur ab Ario Ariani, à Macedonio Macedoniani, ab Hus Hussitæ, à Luthero Lutherani, à Caluino Caluinistæ, à Zvvinglio Zvvingliani, à Suenckfeldio Suenckfeldiani, &c. vti nos à Christo Christiani appellamur. nouum etiam Euangelium condunt quod cum Euangelio Christi non conuenit, quandoque enim textum immutant semper autem nouas interpretationes afferunt. Certum est non esse Euangelium in exteriori litera sed in sensu, vbi ergo nouus est sensus nouum est Euangelium: quemadmodum Iudæi ob carnalem sensum suũ tenent veteris legis Biblicam doctrinam aliam à nobis Christianis qui Spiritualem eius sensum tenemus. Arij Euangelium Dei filium creaturam constituebat, quod etiam de Spiritu Sancto Macedonianum, Caluinianum CHRISTI verum corpus in Eucharistiæ Sacramento non esse, & infantes sine baptismo saluari posse. Lutheranum in sacrosancto Eucharistię Sacramento panem manere. Omnia Neotericorum Euangelia Missam ac SS. imagines reijciunt, rident indulgentias non agnoscunt septem Sacramenta, Pontificem faciunt Antichristum docentque similes ineptias multas, nos Catholici alium Christum nescimus præter Iesum filium intemeratę virginis Marię cuius S. Euangelio & Scripturis credimus, iuxta antiquum atque vnanimem sensum ab Apostolorum temporibus nobis syncerum traditum. Sin per, *sic*, locum intelligis, significatur diuersis locis doctores diuersos quemque suos errores hominibus vt veram Christi doctrinam effutire. Quod in omni hæresi fieri solent. Antiqui etenim Ariani & Iconomachi VIII.

plerique in Græcia dominabantur, donatistæ in Africa, Hussitæ in Bohemia, vt modo LVTHERANI in Germania, Caluiniani in Gallia, Puritani in Anglia: at nostra CATHOLICA Religia ab initio hactenus per vniuersum orbem dispersa est. Pseudoprophetæ sunt hęreticorum ministri per locustas in Apocalypsi descripti faciem hominis habentes, & mulierũ crines, id est affabilem diuini verbi prætextum, sed caudas scorpionum plenas veneno mortifero, animas occidentes. Ecclesias expilantes, Cœnobia destruentes, Catholicos persequentes, agros depopulantes, hos tanquam Antichristi prodromos de uita ex operibus suis cognosces illos. Paulus vitam ac mores eorum tam aperte describit ac si iam tum eos vidisset. *In nouissimus diebus*, inquit, *erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes ingrati scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, proditores, sine benignitate tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei: habentes speciem quidem pietatis virtutem autem eius.* id est pia opera, *abnegantes*. Aliud nihil vides in hæreticorum ministris, qui iuxta nouum suum Euangelium à quo Euangelici dicuntur eiusmodi vitam agunt.

Apoc. 9. 3. — *2. Tim. 3. 2. & seq.*

IX. *Et dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.* Tempore Antichristi fient signa ab illo ac ministris illius, vti Ioannes Euangelista prædixit, sed alia à veris Christi miraculis aut Sanctorum eius. *Primo* namque, vt Apostolus ait, erunt prodigia mendacia apparentia talia, oculis magica arte fallentibus quæ quandoque homines in feras, folia in aurum transformare putatur. *Secundo*, nihil supernaturale fiet quod diaboli vires excedat, nulli mortui suscitabuntur, nullis cæcis visus restituetur, &c. Cæterum mirabilia erunt quod ea diabolus sua virtute, astutia, agilitate dabit qui maiora quam nos homines, potest efficere, potest occulta elementorum & humorum permixtione omnia bestiarum genera, sicut magi Ægyptij, dracones serpentes & ranas producere. sicut enim bruta non aliam formam quam quæ è materia educitur habent, sciens diabolus quæ cuique materia sit necessaria potest illam continuo conflare, sicque animal brutum producere potest, morbos curare occulta naturalium

Apoc. 14. — *2. Thes. 2. 9.* — *Exod. 7. 8.*

turalium remediorum applicatione, poteſt loqui facere beſtias (vt patet in ſerpente, qui Euam decepit) mouens earum linguas, & in aere verba formans. Poteſt fantaſiæ hominis ſpecies quaſdam proponere quibus abſque ſtudio multa ſcire videatur doctus eſſe Latina, Græca, & alijs linguis ante ſibi ignotis loqui, de ſublimibus diſputare. Poteſt, quod fit in remotis partibus ſtatim tibi dicere, cogitationes etiam, quas tuæ fantaſię imprimit, alijs indicare, hæc aliaque poteſt diabolus eaque per congruentiſſimum ſibi miniſtrum Antichriſtum efficiet. Gen. 3.

Tertio Antichriſti miracula nulli proderunt ſed in oſtentationem quandam tantum fient, vti Sanctus Ioannes *ignem*, inquit *faciet de cælo deſcendere*. Diabolus namque nulli prodeſſe, omnibus nocere appetit: non niſi corporale ſubſidium animæ poteſt nocere, non ergo mirum erit homines diabolicas has virtutes neſcientes cum miniſtros Antichriſti dicta ſigna facere viderint à fide defecturos maxime animales homines nil niſi terrena ſapientes. Hi maxime decipientur partim tormentis, quibus vtetur Antichriſtus, territi, partim videntes admiranda prodigia, quaſi Deo placerent quæ fierent. Tum CHRISTVS electos ſuos cuſtodiet, ne his fraudibus deficiant: dabit illis verum veritatis ſenſum, & fraudes dignoſcere & contra tormenta omnia confirmabit, vt & te vera ſui cognitione illuminet conſtantiam in omni aduerſitate concedat, & à dictæ perſecutionis tempore cuſtodiat, ora. Quod quidem aperte necdum aduenisse aduertimus cum nulli hæreticorum omnium miniſtrorum quoddam prodigium, quod miraculi ſpeciem habeat huc vſque fecerint, niſi haberi velis miraculum quod tam breui tempore tot hominum millia ad hæreſin declinauerint. At quod homines carnales carnalibus ſe doctrinis ſectiſque dedant, non maius miraculum, quam ſaxa ferri deorſum. Itaque Ioannes de hęreticis agens, *Ipſi*, inquit, *de mundo ſunt, ideo de mundo loquuntur & mundus eos audit*. Si nolis decipi ſeculi delicias vita, ſpiritualiter age & ſecundum Dei voluntatem, frequenta eius Sacramenta, in quibus Dei ſpiritus datur & conatus Diaboli non tibi nocebit. Apoc. 13. 13. 1. Ioan. 4. 5.

X. *Ecce prædixi vobis.* Certum iudicij sui extremi tempus Christus non prædixit, vt in omne tempus nos disponeremus, significauit tamen nobis persecutionem horribilem, & signa aduentus sui, vt cursum sæculi discutientes studiose consideremus an in diebus nostris signa hæc fieri incipiant, vti & olim id Sancti fecerunt. multa hodie videmus monentia nos diem iudicij propinquum videri, Euangelium namque sanctum toti orbi annuntiatur, vbi nunquam auditum erat, quod signum est à Christo prædictum, Catholicorum sedes hęretica prauitate inficiuntur & ab Ecclesia recedunt quod aliud signum est ab Apostolo descriptum. Paulatim ergo tertium sequitur vtpote defectus fidei in terra. Vnde Christus, *Putasne*, inquit, *filius hominis, veniens inueniet fidem in terra*? decens itaque est, ne negligenter instantem persecutionem (monente Christo) expectemus grauantes corda nostra crapula & ebrietate & curis huius vitæ, eo vero contra diligentius Dei præceptis insistamus orationi etiam, pœnitentię mortificationi sui ipsius, desiderio vitæ futurę, & contemptui præsentis, quo consummatio mundi & præuia persecutio magis propinquet quę quasuis ab vllo vnquã tyrãno motas persecutiones, Deo permittente superabit. *Prima* quod diabolus hoc fore certamen suum nouissimum sciens, omnẽ conatum adhibebit vt vniuersam Ecclesiam Catholicam destruat & plenitudinem numeri electorum impediat, vt eo necdum impleto eo diutius stet mundus & ipse plus habeat temporis in hoc aere, antequam cum damnatis in carceres inferni, quod tempus supra modum timet, perpetuo mancipetur. *Secundo*, ad fideles, qui in fine sæculi inuenientur per tribulationes, angustias, & tormenta à peccatis suis expurgandos in hoc mundo, cum exacto diuino iudicio, purgatorium non sit futurum ad animas cum maculis discedentes purgandas, tum autem illud Apocalypsis implebitur: ***Beati mortui, qui in Domino moriuntur, amodo requiescent à laboribus suis.*** Hæc cogita & te para.

Matth. 24. 14. *2. Thess. 2. 3.* *Luc. 18. 8.* *Luc. 21. 34.* *Apoc. 14. 13.*

XI. *Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.* Monet hic Christus *duo*. *Primum*, est non

exire,

exire,id est Ecclesiam non deserere,in qua sola salus & vera fides inuenitur. Hinc enim exiens perderis , vti omnes submersi sunt in diluuio Noetico , qui extra Arcam inueniebantur,& in Hiericho occidebantur quotquot extra Raab domum erant, nulli crede etiam tibi ab Ecclesia Catholica congregationem ostendenti,ab ea inquam quæ iam à mille quingentis annis vbique talis est habita. Omnium hæresum initia nota sunt , nemo Lutheranus ante Lutherum, Caluinianus ante Caluinum,alteriusue sectæ hæreticus ante suum hæresiarcham. Sicuti ergo foret magna stultitia hominibus velle persuadere Franckendaliam Germaniæ oppidulum,aut aliam non ita pridem extructam ciuitatem Romam illam antiquam esse vbi ante mille annos Cæsares tam potentes imperabant, ita & crassa quædam insania est credere, apud Lutheranos, Caluinianos aliosue hæreticos Catholicam Ecclesiam inueniri.Et qui hæreticos Euangelicos, hęresin eorum Religionem,aut conuentus eorum Reformatam Ecclesiam nuncupant,dicentes: Euangelicus est, de religione,de Ecclesia reformata est, non minus blasphemant, quam si diabolum Deum , damnatos omnes , Dei Sanctos dicant. Dicendi sunt hæretici, opinio eorum insania, conuenticula eorum Synagoga. *Alterum* est intra pœnitralia se recipere, id est , non abdita quærere,non recens efficta s opiniones,non occulta conuenticula quod semper omnes solent hæretici. Inueniunt namque nouum Scripturæ sensum & interpretationem hactenus mundo ignotam, dant se congregationi,quæ (vt dicunt) annis iam mille quingentis in obscuro delituit nulli hominum vnquam visa. Ante annum namque Domini 1517. quo primum Lutherus insaniam suam prodidit,ab Apostolorum temporibus nullus apparuit qui,vt modo Lutherani,Caluiniani alijque hæretici crederet.fuge itaq; hos latibularios,amatores tenebrarum, ac quicquid dicant, ne crede hæreticis.Etenim in verbis suis omnibus & operibus decipere te quærunt. Crede matri tuæ Catholicæ Ecclesiæ certę ac fideli magistræ nobis à sponso eius Christo traditæ.

XII.

Sicut enim fulgur exit ab Oriente,& paret vsque in Occidentem,ita

erit & aduentus filij hominis. Christus non quærit tenebr
Matt.5.14. vult Ecclesiam suam latere vel nesciri, sed vt in aperto
lut ciuitas in monte excelso. In primo itaque adu
Matth.2. suo iam tum magos ab Oriente misit, vt natiuitatem
vbique nunciarent. Factus annorum triginta totam t
perambulabat prædicans aduentum suum, & infinitis
raculis nomen suum in orbe dilatans. Post ascensio
eius Apostoli, & eorum discipuli in omnem terram E
gelizarunt Sanctam Ecclesiam doctrina sua ac vitæ sanc
te plantarunt miraculis confirmarunt, sanguine suo
runt ita vt quisque statim cognosceret, quis CHRIST
esset, & vbi sancta eius Ecclesia quæ iam à 1500. annis
innotuit. Quidam hæretici vtpote Caluiniani, in l
ginquis quidem terris innotescunt, non quasi prędica
res Euangelij, sed vt grassatores ac piratæ, quærentes
pes Indicas, & quas possunt diripientes: quod non
mundum illuminare sed malitia obfuscare. Hic de prim
suo aduentu CHRISTVS non loquitur, qui non fuit,
star terribilis ac transeuntis fulguris sed Solis iucundi
Ioan.8.12. mi, vtilissimi, ac diu stabilis. Ideo CHRISTVS,
Matt.5.14. *sum*, inquit, *lux mundi.* & de Ecclesia sua in Apostolis præ
gnata: *vos estis lux mundi.* CHRISTVS namque & s
Ecclesia syncera sua doctrina vniuersum orbem illumina
& in finem, id est, extremum iudicium, perseuerant: I
secundo enim aduentu tanquam fulgur apparebit vtput
peccatoribus omnibus terribilis, quos claritate sua & aspe
ctu horribili, velut fulgure valde percellet, omnium animo
conscientiam, opera, verba, cogitationes aperiet omnibu
Matt.25.41. creaturis ac tandem hac tremenda sententia. (*Discedite a*
me maledicti in ignem æternum) velut graui quodam to-
nitruo in abyssum pœnæ infernalis deijciet. Et sicuti ci-
to fulgur transit, ita nec iudicij tempus diuturnum erit,
quod diaboli & damnati digni non habebuntur, Gloriam
Christi & Sanctorum eius diutius intueri; quã necessum erit
vt magis doleant se per sua peccata à tali gloria in æternum
Sophon.1.14. exclusos. Etsi dies hæc à Sophonia vocetur dies magna,
non ob durationem suam, sed ob magnum opus faciendum,
Christo

Christo iudicaturo & præmiaturo quicquid ab initio sæculi, ad eum diem vsque indies quilibet fecerit, locutus sit, cogitauerit. Ita viue vt Christus tibi eo die non quasi horribile fulgur aut tonitru, sed iucundum & vtile Solis iubar reluceat.

Vbicunque fuerit corpus illic congregabuntur & aquilæ. Licet auium multæ, vt corui vultures, &c. ad cadauera conuolent, Christus tamen de solis hic aquilis meminit, vt per eas nobis Sanctorum proprietates significet, qui hic Christum sequuntur, & ad eum posthac sursum volabunt. Remotissima namque, & ipsum solem illæsa oculorum acie intuentur, valent odoratu, altissime volant. habentes durum aliquid quod frangere non possint, vt conchas, è summo in lapidem grandem deijciunt, vt ita frangatur. Longæuæ quoque sunt, &, vt inquit Scriptura, renouant iuuentutem & plumas suas. Cum aduncum illis ita creuerit rostrum, vt nec illud aperire, nec cibum sumere valeant ad saxum allidunt, & fracto, vt prius, edunt. In sublime volant, quorum conuersatio in cœlis est, Deum semper præ oculis habentes. Si difficultatem sentiunt siue in passionibus superandis, siue in interna, aut externa tribulatione in petram, qui Christus est, deijciunt, qui omnia conterit, & emollit. Longæui sunt, quorum mors non est mors, sed transitus in vitam æternam, vbi iuuenescunt, nouas plumas, nouum rostrum recipiunt, id est clare lucidum corpus in quo Deum incessanter laudant, ac benedicunt. Discis hinc *primo*, vbi Christum in mundo hoc inuenire sit, puta in Iustorum ac Sanctorum congregatione. Hæreseon itaque tempore, multis dubitãtibus vbi vera sit fides, vide in qua congregatione fuerint sancti Doctores, Basilius, Athanasius, Ambrosius, Augustinus, &c. & alij viri Sãcti, quorum vitã sanctã & cęlestẽ gloriã Deus miraculis, & in vita, & post mortem firmauit, ibi namque est corpus, vbi aquilæ congregantur. Admodum tibi caue à congregatione cuius nullum nosti, quem diuino aliquo testimonio miraculorum scias vitæ sanctæ fuisse, aut modo post mortem beatum. Nulli Lutheranæ, Caluinianæ, aut cuiusuis alterius hæreticæ sectæ habet hoc testimonium. Itaq; procul ab illis fuge, ne te in damnatio-

XIII.

Psal. 102. 5. *Isa. 40. 31.* *Philip. 3. 20.* *1. Cor. 10. 4.*

nationem æternam (quo omnes pergunt) ſimul trahant. O miſerum ſtatum,& exiguum hæreticorum ſolamen,quorum ſectæ nullus in cœlis eſt. Nos vero fœlices Catholici,cum fidei noſtræ multi in cœlis ſint, vt Bernardus, Franciſcus, Dominicus, Vincentius, & innumeri alij, qui Lutherani nunquam,at Catholici fuerũt Monachi,hoſtes Henticianorum, Petro Bruſianorum,& Albigenſium, qui multa Lutheranæ noſtræ hæreſis tuebantur. Diſcis *Secundo*,magnam admodum gloriam Sanctorum,quorum animæ plene expurgatæ mox à deceſſu in cœlum ad Chriſtum tranſeunt, vbi & mox à reſurrectione in corpore erunt manentibus impijs cum abominabilibus ſuis,& peccato ſordidis corporibus in terra, donec accepta horribili damnationis ſententia in infernum demergentur. In cœlis Sancti inenarrabili voluptate ſatiantur accipiendo, & in ſe poſſidendo Dei eſſentiam quæ eos adeo interius exteriuſque nutrit ac ſatiat, vt dij magis quam homines videantur, veluti carbo ignitus, ac flamma magis ignis quam carbo, aut fumus vocantur. hic aquila eſto,ad Chriſti corpus vola ex eo iam ede cum deuotione famelica, vt poſt hac eius deitate fruaris,& ex ea in æternum ſatieris.

XIV. *Statim autem poſt tribulationem dierũ illorum ſol obſcurabitur & luna non dabit lumen ſuũ,& ſtellæ cadent de cœlo,& virtutes cœlorũ cõmouebuntur. Nota* tẽporis breuitatẽ quæ hic per, *ſtatim*, ſignificatur,vbi tamen includitur totum à deſtructione Hieroſolymitana ad iudicium extremum vſque ſpacium;videtur nobis longum,nõ modo 100.annorum,ſed & vitæ noſtræ tempus, licet eius multi iam anni tranſierint. Magis ad ſalutem noſtram faceret, ſi tempus vt vere eſt, fluxum ac breue diceremus. Aduertas hoc *Primo*, in tempore præterito, tum namq; reſciſcimus quouſque ſtatim effluxerit. *Secũdo*,in præſenti cum illud in gaudio tranſigimus, tum nobis dies videtur vna hora, & hora vnum momentum; ſicut è contra dies vnus in dolore annus, & hora vna dies videtur. Chriſtus qui ſecundum animam gloriam diuinitatis intuebatur, vt Sancti in cœlis de eo loquuntur, dicebat de tempore, qui præ vbertate voluptatis ſuæ nullum tempus longum ducunt, ſicuti damnati præ grauitate pœnæ ſuæ nullum

breue

breue. Si itaq; hic in delicijs viuis, temporis breuitatẽ cogita, & futuros vitæ tuæ dies aut annos diuturniores non esse prę-teritis. Sin vtiliter longum habere velis, ex eo tœdium cape & ad gloriam vitæ cœlestis anhela, cum Dauide inquiens: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea.* Proponit Christus terribilia quatuor signa, quæ vere fiẽt, vt hic describuntur Sol enim obscurabitur, & niger fiet, *tanquam saccus cilicinus,* ait S. Ioannes, *& luna conuertetur in sanguinem,* testatur Ioel, stellæ non dabũt lumen suum, & in his totius mundi tenebris virtutes cœlorum mouebuntur, excitantes in aëre ingentem ventorum ac tempestatum procellam, quæ omnia subito fient, populis nihil minus expectantibus, at secure mundo seruientibus, vt terrore signorum & aduenientis stricti Iudicis à peccatis discedant, & in dolore misericordiam flagitent. Sicut namque Deus in terrore descendit, decem verba sua in Sina monte tradens, ita quoque multo terribilior ab omnibus rationem exacturus veniet. Mundus tenebris, quasi panno nigro velatus, & quasi lugens Dominum suum, id est, humanam naturam, cuius finis propinquat, docebit homines dolorem & luctum de peccatis suis quorum pœna æterna est proxima. S. Augustinus & alij Doctores, signa hæc mystice explicant, per Solem & Lunam Ecclesiam interpretantes, quæ in Scripturis *pulchra,* appellatur, *vt Luna electa vt Sol:* per stellas & virtutes cœlorum doctos Religiosos, & personas celebres hominibus vt splendida lumina per suam sapientiam ac vitam probatam prælucentes: hi temporibus Antichristi obscurabuntur, nimirum Catholica Ecclesia præ persecutionibus admodum exigua, nec aperta, sed tecta, & quasi liber, clausa, latens in specubus ac cauernis, multi à fide deficiẽt eruditione celebres, & lumina mundi apparentes. Signa hæc iam pridem temporibus nostris incipiunt, dum multi Sacerdotes, nec non Religiosi, sanctum suum ordinem deserentes à Catholica fide declinarunt ad hæreses, ducem suum Lutherum sequentes, qui stella est, vt Ioannes inquit de Religionis sanctæque Ecclesiæ cœlo decidens, & puteum abyssi aperiens, viam parans locustis, id est, diabolis qui exiliunt ad capiendos

Marginal references: Psal. 119. — Apoc. 6. 12. — Ioel. 2. 31. — 1. Thessal. 5. — Cant. 6. 9. — Apoc. 6. 13. — Apoc. 9. 1.

dos homines, & post se trahens multas alias stellas, vt suo exemplo in illũ decidant. Caue ab his locustis, quæ in hæreticorum ministris habitant, nec mireris, si à fide decidant Religiosi quidam, aut Ecclesiastici, habent enim locustæ illæ faciem & capillos sicut mulierum, id est, hæreses nostræ effœminatæ sunt, & omnino animales. Caro decepit immortalē Adam, inuictum Sampsonem, mitem Dauidem, sapientissimum Salomonem, & si Sacerdotes, & Monachi, qui modernas hæreses sectantur fex solum, ac sordes sui ordinis sint qui nunquam bene in Religione viuebant, sed eam mala, inobedienti, indocta vita grauabant. Sicuti Lutherus primus eorum magister de se testatur confitens se supra modium salis cum diabolo edisse.

XV. *Et tunc parebit signum filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ.* In densis his tenebris Sole, Luna, Stellis non lucentibus magnus è cœlo fulgor descendet, clarior Sole illuminans totum mundum puta verum lignum Crucis, vt quidam ex qua Christus pependit, quæ iam in tot particulas per orbem dispersa reunietur ab Angelis sicuti hominum cineres, ac membra vndequaque denuo connectentur. Crux hæc olim à Iudæis & Ethnicis despecta inenarrabili gloria & cœlesti fulgore splendebit, vel erit solummodo splendidum Crucis signum, quale Constantino Augusto in cœlis apparuit. Signum hoc erit Christi præambulum in cuius figuram Summo Pontifici & Archiepiscopis crux argentea præferri solet. Ratio est vt discamus *Primo*, Christum per Crucem totum orbem sibi subiecisse, conterentem ea omnes conatus hostium suorum & aperientem cœlos quorum clauis est crux, & gladius est victoriosi pugilis. *Secundo*, nullum cum Christo ad gloriam æternam cum triumpho ingressurum, qui non cum illo fortiter sub crucis vexillo certauerit ac vicerit. *Tertio*, omnia opera nostra per crucem mensuranda, nam quisquis huic cruci confixus sit, id est, particeps passionis Christi existens in statu gratiæ signatus pretioso eius sanguine recipiet mercedem æternæ gloriæ. Omnia autem mala opera & quicquid peccator in statu peccati mortalis fecerit quantumvis id bonum ac vtile videatur, reijcietur, tanquam

quam cœlo indignum. Pij videntes hanc crucem summopere gaudebunt, quia eam amauerunt, in vita sua in corde gestabant, præ oculis semper habebant & in ea omnem fiduciam collocabant, hos præcedet & manebit in cœlis, vt Christi misericordem charitatem, & clementem bonitatem perpetuo intuentes, de feruentiori dilectionis eius igne arderẽt. Sed nationes terræ, id est impij, intuitu crucis valde tristabuntur & terrebuntur, plorabunt & eiulabunt, sed frustra, qui vitæ suæ tempore, quo luctus prodesse poterat, ne vel lachrymulam pro peccatis emiserint. Tum se summopere accusabunt, qui hic semper in peccatis se excusant. tum videbunt grauem suorum peccatorum malitiam, quam nunquam hic agnoscebant, videbunt peccata sua hanc crucem erexisse & filium Dei illi affixisse, & dicunt tum fratribus Ioseph in angustijs: *En sanguis eius exquiritur*, id est, vindicatur iam sanguis Christi, cuius nos caussa fuimus, & nullum inde fructum recipimus, scilicet in pœnam maiorem: si enim in viridi ligno hæc fecerint, in arido quid fiet? id est, Si Christus omni sanctitate exuberans, tanta passus est, quanta ne homo in hac vita ferat, pro peccatis nostris: quanta nos aridos ac steriles pro propria culpa manent tormenta, qui Christi meritis priuati iam sumus. Videbunt tum, quod in hac vitá credere recusarũt puta facilitatẽ Deo seruiendi, præ hominibus placendo, in eo namque quod naturæ nostræ non mortificatę difficile est, gratia nobis & merita crucis succurrunt, & emollit, quæ acerba videntur, dolebunt tum impiam suam incuriam, qui remedia omnia spernunt, & dicent, grauabamur peccatis nostris, ac semper cõscientię morsum experiebamur, videbamus pios tranquilla mente gaudentes Deo seruire, & maiori cum commodo, quam nobis erat: quare imitati eos non sumus? quid nobis amplius, quam illis obstabat? quam exiguum ac facile erat confiteri peccata tam multis Sacerdotibus sedentibus nosque ad cõfitendum hortantibus, exspectantibus, alijsque bonum exemplum cõfitẽdi prębentibus, nulla iam nos ignorantia excusat, nec naturæ infirmitas. nam in Sacramentis gratia abundás & virtus datur, Dei mandata seruandi, & voluntatem eius exequendi. Gen. 42. 22.

O Chri-

O Christiane hæc cogita in tempore gratiæ, cum in die magno iustitiæ, ac iudicij, nulla cogitatio, nullus dolor, nullæ lacrymæ, nullę preces, nullæ blanditiæ, nulli eiulatus, ploratus, clamores cuiquam proderunt iam aperi oculos tuos, tum enim videre te non proderit.

XVI. *Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa & maiestate.* Omnes homo videbit Christum non Deitatem eius, quæ merces iustorum erit, sed in humana natura, quæ cum virtute multa & gloria apparebit. *Primo*, in omnipotentia eius qua creaturas omnes vno verbo annihilare potest. *Secundo*, in ministerio omnis creaturæ, quæ seruient illi ad gloriam bonorum & pœnam malorũ, misericordia eius aut gloria videbitur. Virtus eius patebit *Primo*, in glorioso, ac pellucido corpore cuius respectu claritas Solis vmbra tantũ est, in hoc corpore, quinque vulnera singulariter lucebunt. *Secundo*; in Sanctorum multitudine & gloria qui ad eius honorem simul cum illo egredientur, vtpote gloriosa eius mater Maria virgo, Regina cœli ac terræ, omnes Apostoli Patriarchæ, Martyres, Confessores, Virgines, cum Sanctis omnibus, insuper omnes Angelorum chori quorum infinitus est numerus. nullus in cœlo manebit, omnes cum Christo descendent, tum vt stupendum hoc iudicium videant vbi omnia opera, verba, cogitationes, iustam mercedem, quæque prout sunt gesta, recipient, tum vt per publicam filij Dei sententiam in æternâ gloria confirmentur. Nam sicut diabolos tum simul cum impijs damnationis æternæ sententia comprehendet, ita quoque sancti Angeli coram vniuerso mũdo digni habebuntur à Christo possidere cum Sanctis æternam cœlorum gloriam. Aduerte iam *Primo*, quæ futura sit impiorum confusio & ignominia, cum omnes eorum immunditię, vel publicè, vel secreto factæ patebunt omni creaturæ: *Nihil enim est opertum, quod non reuelabitur.* quantum ibi à quolibet arguentur, ac vt Dauid ait, subsannabuntur? quanto pudore coram vniuerso mundo suffundentur quos hic secreto pudet Sacerdotì confiteri! quanta cum impatientia grauem hanc ignominiam ferent, qui hic adeo honores ambiunt, vt ne verbulum quidem contra suas laudes ferant.

Matt. 10. 26. Psal. 2. 4.

Refert

Refert Euagrius de adolescente quodam se in Monasterium volente tradere, matre id nolente, quam, vt consentiret, permouit, dicens: obsecro te, dimitte me saluare cupio animam meam. In Monasterio existens negligenter viuebat & defuncta matre & ille in grauem ægritudinem incidit, in qua videbat se quasi ante tribunal Dei inter damnatos consistere, matrē vero cum reliquis stare. Quæ filium suum videns admodum turbata dicebat. Cur ita fili? & tu inter damnatos es? vbi verba tua, quæ ad me, permitte me, aiebas, Monasterium ingredi; animam meam saluare volo? his auditis filius confusus est valde ac reuersus ad se recuperata corporis sanitate, dedit se pœnitentiæ cum precibus & lachrymis, adeo vt fratres eum aliquando de moderando monerēt. Quibus ille respondit: ah! quid vultis vt agam si exprobrantem matrem non tuli quomodo in diuino iudicio confundi coram Christo & Sanctis illius feram? Aduerte *Secundo*, magnum horrorem quo tum peccatores concutientur, Christus etenim Iudex qui placido vultu Iustos respiciet, ac respiciens consolabitur, terribili contra vultu iniquos terrebit: quo namque charitas eius maior extitit in hunc mundum, eo irasceretur magis, ac furorem suum omnino effundet. Sicut enim fluuius multis annis retentus, defluxu suo impedito supra accrescit ac multas aquas colligit, instar Iordanis, transeuntibus eum Israelitis, sublato autem obstaculo omnis aqua cum sonitu deorsum fluit, ita in hac vita Dei ira quam indies peccatis nostris excitamus, eius misericordia cohibetur, adueniente Diuino iudicio tolletur omne obstaculum & furor eius cum magna virtute nos obruet. Confert itaque CHRISTVS aduentum suum cum illo diluuio, quod Noe temporibus omnes omnino, abysso ac cataractis cœli ruptis obruebat. O! quantus tum impijs timor incutietur cum eum grauiter furentem videbunt, qui pro se tam multa fecit, tot annis in terris operatus est, sanguinem suum effudit, omnia passus est, animam suam tradidit, turpissimam ac grauissimam mortem gustauit. *Patientia læsa fit furor.* videns ergo iratum contra te Dominū illum magnum, qui omnipotens est, & qui te perpetim grauioribus possit tor-

Lib. 4. de vitis Patrum.

Iosue 4.

Matt. 24. 37. Genes. 7. 7.

tormentis punire, quam tu possis excogitare, an non est timendi occasio. Obsecro te illud tempus ne expectes, ini cum illo amicitias in hac vita, vt amicum illum habeas in æterna.

XVII. *Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis à summo cœlorum vsque ad terminos eorum.* Christo cœlis egredi incipiente iussu eius Angelus sonora voce mortuos omnes ad iudicium suscitabit, quod hic tuba fieri dicitur, quod populus in lege veteri per tubam conuocari solebat. Non erit hæc tuba materialis, sed ingẽs sonus dicentis, *ecce sponsus venit, exite obuiã ei.* Vox hęc, inquit Christus erit filij, non ꝙ Christus eam edet, nam dicente Apost. Arch. puta Michael vocem formabit, sed quod iussu Christi fiet habens ab illo virtutem in ictu oculi mortuos omnes suscitandi simul ac enim Angelus vocarit omnium corporum membra vnientur, & corpora perficient in quæ continuo virtute Dei cuiusque anima reuertetur, vti Lazarus statim prodijt vocante Christo, *Lazare veni foras.* Nota *Primo,* magnam Dei virtutem, qui in momento ex omni mundi regione omnia corpora congregabit ac denuo viuificabit. *Secundo,* eius sapientiam immensam, qua eandem numero materiam cuilibet corporum, quam prius habebant reddet, & si namque multa membra diuersis iam locis quiescunt & in alia mutata sint, vt in terram, herbas, bestiarum carnes, &c. scit tamen Christus, quo quodque pertineat, & in locum proprium restituet. Time hanc virtutem & sapientiam, vt enim nihil illum tui corporis latet ita nec vlla opera, dicta, cogitationes tuæ, quibus cum virtute magna reddet bona vel mala, pro meritis, plura quam capias. quod dicit, *à summo cœlorum vsque ad terminos eorum,* significat nullum in vniuerso mundo, siue in cœlo, siue in terra, siue etiam intra eam non ibi sistendum. *Nota* nuncupari hic solos electos, non quod impij non resurgent, surgent enim omnes boni ac mali, & stabunt ante tribunal Christi, sed *primo,* quod citatio hæc maxime fiet ad honorem electorum quorum gloria omni creaturæ patebit. *Secundo,* quod impij ad æternam mortem resurgent etsi corpora eorum per animam victura sint semper: nihil namq; hæc habebunt

Matth. 25. 6.
1. Tess. 4. 15.
1. Cor. 15.
Ioan. 11. 43.
1. Cor. 15.
2. Cor. 5.

bunt à vita nisi sensum doloris & non mortua esse, id est, quicquid in vita ac morte est mali, ac nihil quod in illis est boni. mors nostra bonum hoc habet, vt animam à corpore separans, nos ab omni corporis dolore liberet, quod ibi bonũ non erit, at solum malum puta dolor mortis, vermis & fœtor *Isa. 66.* cadauerum. Hæc namque corpora abominanda erunt, plena vermibus, impotentia se tueri aut mouere, & intra terram in perpetuum sepulta, immũdiora cadaueribus, quorum immunditiam qui semel vidit vlterius videre non volet, dabunt ergo operam omnes miseros illos repellere. Angeli eos à pijs *Matth. 13.* abigent & in varios quasi manipulos colligabunt. Beati eos acerbe alloquentur, arguentes, subsanantes, ac sententiam Iudicis probantes. Diaboli eos in abyssum inferni vi magna deijcient, terra aperiens os suum deuorabit eos. Ignis eos perpetuus aduret, sed maiori, quam in hoc mundo, ardore. Alia elementa omnem in illos immunditiam emittent vt extra infernum omnis pulchritudo ac splendor, & cum damnatis in inferno omnis fœtor, abominatio, amaritudo, omnia mala, omnes immunditię sint. hoc time, & purga te hic, ne in diuino iudicio infectus inueniare, & eo abijciaris, vbi nil nisi immunditia & iniquitas.

Ab arbore autem fici discite parabolam, cum iam ramus eius tener XVIII. *fuerit, & folia nata, scitis quia prope est æstas: ita & vos cum videritis hæc omnia scitote quia prope est in ianuis.* Parabola hac docet Christus, *primo*, quod regnum Dei non tardabit post omnia hæc præuia, sicut æstas mox succedit vbi arbores refloruerint. Nã quod floreant arbores, æstatis initium est.

Secundo, regnum Dei necessario signis hisce successurum, vt æstas necessario ac naturaliter germinationi.

Tertio, pijs dicta signa videntibus non esse tristandum, at gaudendum. vt enim germinatio arborum certum indicium est hyemem cum omni frigore suo, ac incommodis transijsse, & æstatem propinquare, & in ianuis esse; ita iam dicta, cum fient, certum erunt bonis signum omnem iam luctum, ac mala transijsse, & gloriam æternam datum iri hac sententia Christi Iudicis: *Venite benedicti Patris mei possidete paratum vobis* *Matt. 25. 34* *regnum à constitutione mundi*. Impijs autem dicta signa initium

horroris æterni & tormẽtorum erunt, nisi se ante Christi aduentum ex animo conuertant. disce quod meditatio mortis vel extremi iudicij Christianos nos contristare non debeat, sed exhilarare. multi hæc cogitando multum terrentur summo, vti Fęlix Præses Apostolum audiens de iudicio disserentem quem statim dimisit, ita moueri non cupiens. Eiusmodi sunt peccatores qui meditationes aut verba de morte pro posse deuitant, vt sine timore in peccatis persistant. At siue ea cogitent, siue non, mors tamen appropiat, cogitatio efficit ne mors nobis mors sit, sed transitus ad vitam æternam, & nos iudicium accepturi simus securius si fidem viuendo teneamus. Sancti etiam quidam mortem aliquando timuerunt, vt de Hilarione Hieronymus scribit, quod vel naturaliter accidit cum natura horret mortem, vel diuina misericordia, quæ hoc timore animam expurgare intendit ab omni inquinamento. Quidam boni ac mali hæc meditando non mouentur. Boni, vt fructum Spiritus S. internum, vtputa gaudium ac pacem in hoc mundo degustent, Deoque secura mente seruiant: mali vero propter cordis sui duritiam, cui timor Domini qui initium sapientię est, prodesse nequit. Alij pij gaudent in meditatione mortis & eam appetunt, vti piscis aquã, quod Petrus, Paulus, alijque Apostoli faciebant. Hos sequere virtuosis operibus: multum enim valent ad hominum mentes pacandas, & gaudia etiam in mortis meditatione subministranda, quos non secus oportet habeas, atque ad vitam æternam introitus, atque eo potius gaudeas quo vitæ tuę finis est propior, vti filius ex remotis partibus rediens vbi multis iã annis agebat, eo magis gaudet, ac appetit, quo ad dilectorum parentum ædes accedit propinquius.

Act. 14.

XIX. *Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant.* Hæc à varijs varie explicantur, duas tantum expositiones adferam magis doctrinales. *prima*, est S. Hieronymi, qui per generationem, Iudæorum gentem intelligit, quę in finem mundi non præteribit; etsi per tribulationes & ignominiam multam per orbem dispersi sunt. Cupit namque Deus nos eorum afflictionibus in Christi fide roborari, certo scientes nullum alium Saluatorem expectari nisi Iesum Christum: iã

etenim

etenim mille ſexcentis penne annis expectantes de alio nullo reſciſcunt, ſed in ſumma miſeria viuunt, cum tamen notabilia Idololatriæ peccata nunquam patrauerint, quæ tam diuturnam, ac miſeram diſperſionem mereantur. Nam abominabilis Idololatria, & ſanguinis effuſiones Regum ſuorum, ſola Babylonica ſeptuaginta duorum annorum captiuitate punita ſunt. Quod ergo tanto tempore, ac tanta patiantur, non alia eſt ratio quam quod verum ſuum Meſſiam reiecerint, crucifixerint, occiderint, vindictã ſanguinis eius ſuper ſe ac filios ſuos poſtulantes. diſce illorum exemplo Chriſtum non abnegare, ſine quo nihil eſt bonum, & in quo omne bonum: ſine eo pęnam peccatorum tuorum portabis; & vindictam etiam pretioſi ſanguinis eius, qui per veſtra peccata fuſus, & à vobis eſt ſpretus.

Altera, expoſitio generationem hanc intellexit ſextam mũdi ætatem, quæ eſt à primo Chriſti aduentu ad ſecundum vſque id eſt finem mundi, iuxta hunc ſenſum ait Chriſtus, tempus hoc nouiſſimum tempus (vel vt Ioannes inquit nouiſſimam horam) eſſe quo notabilis nulla erit mutatio, vt in ſæculis præcedentibus. Eadem enim fides, eadem Sacramenta, eadem doctrina, idem Dei miniſterium à Chriſto inſtitutum & ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus vbique prædicatum, in finem vſque perſeuerat. hæretici itaque omnes Chriſtum cauillantur, quod doctrina, fides, ac ſancta eius Eccleſia mutata ac vitiata ſit, inferentes ſuam nouitatem à nullis noſtris maioribus viſam aut cognitam. Omnes eiuſmodi mendaces deuita, ac Chriſti verbo ex promiſſis inhære.

Cælũ & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. ne de verborum Chriſti veritate ambigas & iam dictorum certitudine, videns tam multis ante ſæculis prædicta, & necdum impleta, voluit Dominus hoc dicto concludere ac tibi aſſerere nihil tranſiturum & ſi tempus nobis longum videatur. Nihil eſt cœlo terraque ſolidius in principio ante omnia conditum & huc vſque perdurat, de quo Scriptura, *terra*, inquit, *in æternum ſtat*, &, *Statuit*, Deus cælos *in æternum & in ſæculum ſæculi*, ipſi tamen, vt inquit Petrus, *cum impetu tranſient & ſicut veſtimentum veteraſcent*, Et velut fumus liqueſcent: aiunt Dauid XX. Eccleſ. 1. Pſal. 148. 6. 2. Pet. 3.

Psal. 101. 27. Isa. 51. 6. & Isaias. Quod intelligitur non secundum naturam, quæ perpetua est, sed accidentia, quę in cælis ac omnibus elementis tantum mutabuntur, ac si ipsa esset mutata natura. Verbum autem Domini manet in æternum. Disce *Primo*: corporeis nullis animum apponere; omnia enim peribunt, & & licet tu illa non deseras, ab illis tamen deserere. Quid iuuat voluptas vbi transijt? animum tuum ad æterna applica, nec errabis: esto homini similis qui velocem aquam transiens, oculos in littus figit, non in aquas, à quarum fluxu caput eius gyrari, & ipse labi ac suffocari posset. Iacta tu quoque super Deum cogitatum tuum, sit tibi semper ob oculos, & non mundi creaturæ: ad quas solas qui respicit, plerumque decipitur, suffocatur, perditur.

Disce *Secundo*: verbum Dei in pretio habere, ac cum reuerentia suscipere; cœlo namque ac terra firmius est. Cogita quod promiserit nobis & in hoc sæculo, & in futuro; hic suam opem, ibi mercedem pro opere: & licet hic opem eius pro desiderio tuo non experiaris, ne dubites, quin secundum diuinum verbum suum, ac necessitatem tuam te adiuuet. Excitent te verba eius ad vitanda peccata, & virtutes sectandas, certum de ęterna mercede, Iustorum quidem inenarrabili bono, peccatorum autem ineffabili malo: Hoc time, illud desidera, ac desiderijs tuis vita respondeat.

ORA-

ORATIO.

O Domine Iesu æterna Dei veritas, ac iustißime hominum iudex, cuius nec sermo fallere, nec iudicium comprehendi potest; scimus omnia consummata esse, quæcunque de Hierosolymitanæ vrbis, templique excidio, ac gentis Iudaicæ per orbem dispersione prædixisti, neque vllatenus ambigimus, quin etiam illa quæ de mundi consummatione, extremique iudicij seueritate nobis in hoc Euãgelio proposuisti, executioni demandanda sunt. Antichristi namque prodromi iam nunc præ foribus sunt, dudum est, quod Christianæ professionis homines illa imminentis persequutionis indicia persenserint, adeo vt inde liquidò queat intelligi, diẽ illum, simul ac nouißimũ aduentum tuũ pedetentim appropinquare. Ea propter demissè admodum te rogamus, aspice oculis misericordiæ tuæ sanctam tuam Ecclesiam, libera eam ab omni perniciosa hæreticorum, aliorumque impostorum colluuie, extirpa è mundo omnem infidelitatis errorem, resera oculos, atque emolli indurata sectariorum omnium, maximè vero hæreticorum, pectora. Quales in primis sunt Lutheranorum, Caluinistarumque Ministri ac Prædicantes: quatenus errorum suorum stupiditatem, flagitiorumque enormitatem considerantes, ad rectam veritatis semitam sese postliminio recipiant, peccata sua defleant, contrarijsque doctrinis Christianæ plebis auiculas, pretioso sanguinis tui litro carè redemptas, atque ab illis in variorum labyrinthos errorum misere præcipitatas, ad vnicum Orthodoxæ fidei ouile reducant. Largire etiam Catholicis omnibus in vera tua fide insigne animi robur, ac perseuerantiam, constantiam, spem, & charitatem: ne per vllam infidelium siue hæreticorũ, siue aliorum quorumcunq; Antichristi præambulonum persecutionem à semitis mandatorum tuorum vel latum vnquem declinemus, sed potius inuicta animi fortitudine, coram toto terrarum orbe tam dictis quam factis, fidei tuæ veritatẽ publicè profiteamur. Memores nimirum, quauis hora aduentus tui, in quo & ipse palam confiteberis coram Patre tuo illos, qui hic nomen tuum coram hominibus sunt confeßi, reprobantes vero reprobabis. Quapropter in hoc misericordiæ tempore, misericorditer nobiscum age, vt in tempore iustitiæ, quando nimirum scrutaberis Hierusalem in lucernis, & iustitias ipsas iudicabis, nemini quidquam remittens, imperterriti, ac sine vlla formidine

dine supremo tuo tribunali assistamus. Esto ergo nobis hic, O clementissime Domine Iesu benignus ac indulgens pater, ibi vero misericors iudex, per sacratissima tua vulnera, per amarissimam tuam passionem, sponte pro nobis susceptam, per quidquid denique sanctum est, qui viuis & regnas cum Patre & Spiritu sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

Finis primæ Partis Concionum Costeri.





